
SIGILL : COLL : HARVARD : CANTAB : NOV : ANGL : 1650
CHRISTO ET ECCLESIAE

MISCELLANEA

MAXIMAM PARTEM

C R I T I C A.

EDI CURAVERUNT

FRID. TRAUG. FRIEDEMANN

ET

Johann Dietrich

J. D. GODOFR. SEEBODE.

VOL. I. PARTIC. I.

HILDESIAE,

APUD I. D. GERSTENBERGIUM.

MDCCCXXII.

Friderico Jacobs

et

Car. Bened. Hase

hoc

Miscellaneorum Volumen

Venerabundi

D. D. D.

Editores.

I.

EURIPIDIS fragmenta duo *Phaethontis* e cod. Claromontano in creatione Magg. et Philos. Doctt. (Lips. 1821) edidit *Godofredus Hermannus.*

Im. Bekkerus, cuius viri multam et humanitatem et liberalitatem expertus sum, quum ex Gallia et Britannia Berolinum rediens Lipsiam venisset, communicavit mecum fragmenta Phaethontis Euripidei, Parisiis e codice Claromontano a se descripta. Quae ego quum valde corrupta esse animadvertissem, seposui tractanda, si quando otio abundarem. Nuper vero, allato mihi novissimo volumine Diarii classici, in quo eadem fragmenta G. Burgesius edidit, quum huius coniecturis non multum profici viderem, ipse aliquot horas huic rei impendi, quumque edenda mihi aliqua dissertatio esset, iam in eo eram, ut aliquid de his versibus conscriberem, quum ex Frid. Osanno, qui Berolino Ienam se conferens me visum venerat, accepi, H. Hasium, Philos. D. qui Dresdae asservandis antiquis statuis praefectus est, diligenter ad ipsum codicem expressa descripsisse fragmenta illa. Itaque hunc virum, cuius nota mihi erat humanitas, rogavi, ut huius exempli mihi copiam faceret. Talia enim qui emendare aggreditur, figuras litterarum, quales in codice sunt, cognitas habere debet. Ab Hasio non solum liberalissime mihi missum est apographum illud cum exemplo dissertationis, quam, ut Analectis litterariis Wolfii insereretur, scripserat, sed etiam per litteras compellatus A. Matthiae, cui Hasius aliud idque accuratius etiam apographum, ab affine suo, Hasio, qui bibliothecae Regiae Parisinae praefectus est, cum ipso codice iterum iterumque collatum, dederat. Hinc Matthiae quoque, quae est eius erga me voluntas, ultro ac prius, quam litterae, quibus eum adirem, ipsi redditae erant, mihi scripsit, asservari illud apographum una cum dissertatione H. Hasii et suis aliquot emendationibus Berolini apud

Wolfium, a quo illud repeterem. Wolfio ea res ex memoria exciderat, sed quum accepisset, delitescere ista scripta apud Nauckium bibliopolam, reddita sibi remisit Altenburgum: unde ea statim Matthiae mecum communicavit. Ita factum est, ut horum virorum favore promptaque voluntate copia mihi fieret ex ipsis litterarum figuris coniectandi, quid scriptum esset in codice. De eo codice, cuius duo postrema folia, in quibus haec Euripidis fragmenta scripta fuerant, reciso imo margine magnitudini codicis aptata, rescripta sunt, deleta veteri scriptura, disseruerunt, quos nominavit Hasius, Wetstenius in Prolegom. in N. T. vol. II. p. 6. vel ex Semleri editione p. 544 seq. Michaelis, *Einleitung in die Schriften des N. B.* vol. I. p. 694 seqq. Griesbachius in Symb. crit. vol. II. p. 51 et inde Hug. *Einleitung in das N. T.* vol. I. p. 241 atque ipse Hasius in epistola ad Gailium, in eius libro, cui index *le Philologue*, vol. IV. scripturae, quae in codice est, specimine in primo volumine exhibito.

Mihi igitur quae adiumento fuerunt, haec sunt: primo quae Bekkeri diligentia eruit, quem legendis codicibus exercitatissimum, ita omnia recte legisse apparet, ut perpauca sint, in quibus oculum fugientes litterae eum fefellisse videantur; deinde apographum illud, quod in adnotationibus prioris nomine distinxi, quod Matthiae mihi misit, iterum iterumque, ut supra dixi, cum ipso codice collatum; alterumque, ab H. Hasio mihi missum, cuius dissertatio magis in describendo codice, quam in emendandis fragmentis versatur. Utrumque apographum ipsis litterarum figuris ad codicis exemplum pictis, sine medicamine factum est: unde factum coniicio, ut versibus et verbis nonnullis, quae Bekkerus dedit, in iis vacuum spatium relictum sit. In priore litterae, quae lectu dubiae sunt, asteriscis notatae. Denique quae A. Matthiae emendavit, quae non tam emendationes, quam declarationes scripturae sunt, in apographis illis ambiguae. Unde fere nihil aliud continent, quam quod etiam Bekkerus dedit. Folia illa duo codicis non iusto ordine iuncta sunt. Pars enim ea tragoediae, quae prior est, incipit fol. 162. verso et continuatur fol. eodem recto, pars posterior incipit fol. 163 verso et continuatur folio eodem recto. Scripturam in adnotationibus indicavi litteris capitalibus, sed, qui indicare de scriptura codicis volent, meminisse debebunt, tenuiores ductus, quales fere sunt, qui transversi currunt, in apographis aut nullos aut ambiguos esse. Itaque litterae *H*, *Π*, *M*, *N* sae-

pissime duplicis *I* speciem praebent, *II*, ut, ubi plures harum litterarum continuae sunt, admodum ambigua distinctio sit. Porro litterae *Γ*, *I*, *T*, *Υ*, *P* facillime confundi possunt. Quarum *Υ* et *P* plerumque eo discernuntur, quod longiore recta linea sunt, quam *Γ*, *I*, *H*, *Π*, *M*, *N*, *T*, et infra versum aliquantulum descendunt. *Υ* ab *I* etiam eo differt, quod in summo in duas tenues lineas, ut *ν*, finditur, quae ipsae interdum obscuriores sunt. Maxima etiam similitudo est litterarum *Λ*, *Δ*, *Α*. Porro rotundae sunt *E*, *Θ*, *O*, *C*, quarum tantilla differentia est, ut saepe vix dignosci possint. Denique *Ω* et *Φ* perexiguo discrimine discedunt, quum *Ω* eamdem formam habeat, quam *Φ*, nisi paullo minore linea recta. Auget difficultatem emendandi, quod codex hic illic vitiose scriptus est, id quod correctiones minio suprascriptae indicant, quae iisdem sunt litteris, et, ut videtur, ab eadem manu, quae codicem scripsit, factae. Hae medicamini veterem scripturam delentis fortius, quam atramentum, restiterunt. Visum est tamen, fragmenta, quo facilius legi possent, statim emendata dare, adnotata scriptura codicis.

Burgesius unde fragmenta ista acceperit, non dixit. A Bekkero tamen accepisse puto, siquidem nonnisi in paucissimis aliam scripturam, quam Bekkerus, exhibuit, saepe tamen pravis accentibus. Ipse perpauca attulit, quibus uti quis possit.

De fabulae argumento diligentius quaerere nunc nolo. Ad haec fragmenta intelligenda satis est scire, Clymenen, quae ex Sole clam Phaethontem pepererat, Meropi, regi Aethiopum, nuptam esse, Phaethontemque pro filio Meropis haberi. Cui quum, ut Ovidius narrat, de origine sua dubitatio iniecta esset, a matre, unde natus sit, accipit, Solemque ipsum ea de re adire iubetur. Hinc, ut alia fabulae fragmenta ostendunt, fatalis casus Phaethontis sequebatur, cuius ambustum corpus matri affertur eo ipso tempore, quo Merops nuptias filii instituebat. Deam, vel dearum cuiuspiam filiam ei destinatam uxorem fuisse, verba poetae docent. Sed quae illa sit, ego tanto minus vereor mihi ignotum profiteri, quod etiam Boettigerus, vir veteris mythologiae scientissimus, interroganti mihi non cognitam sibi hanc Phaethontis sponsam esse respondit.

I.

Μηνυθεὶς ὅ μοί ποτ' εἶφ', ὅτ' εὐνάσθη, θεός,
αἰτοῦ τί χρήζεις ἕν· πέρα γὰρ οὐ θέμις
λαβεῖν σε· κἂν μὲν τυγχάνῃς, σάφ' ἴσθ' ὅτι
θεοῦ πέφυκας· εἰ δὲ μή, ψευδὴς ἐγώ.
Φ. πῶς οὖν πρόσειμι δῶμα θερμὸν Ἡλίου;
Κ. κείνῳ μελήσει σῶμα μὴ βλάπτειν τὸ σόν.
Φ. εἴπερ πατὴρ πέφυκε, κοὐκ ἄλλως λέγεις.
Κ. σάφ' ἴσθι· πεύσῃ δ' αὐτὸ τῷ χρόνῳ σαφῶς.
Φ. ἀρκεῖ· πέποιθα γάρ σε μὴ ψευδῆ λέγειν.
ἀλλ' ἕρπ' ἐς οἴκους· καὶ γὰρ αἵδ' ἔξω δόμων
δμωαὶ περῶσιν, αἳ πατρὸς κοιμωμένου

---

1. Incipit folium codicis 162 versum. Scena, cuius hoc fragmentum est, non longe a principio fabulae fuisse videtur; unde carmen chori, quod sequitur, parodum fuisse verisimile est. Colloquuntur Clymene et Phaethon, cuius persona in codice ad v. 5 minio litteris *ΦΑΕ* adnotata, in quattuor sequentibus autem versibus vices personarum lineola tantum indicatae sunt. Ita dedit etiam Bekkerus, sed lineolas istas Burgesius omisit, nec personarum nomina adiecit. Versum primum ita, ut eum dedi, exhibuerunt Bekkerus et Burgesius, de quo deinceps tacebo, nisi ubi ab eo Bekkeri scriptos, quod in meis manibus est, discedit. Apographum prius *ΕΙΠΕΟΥΜΑ*, alterum *ΕΙΠΕCΥΙΙΑ*, in utroque ante quintam litteram minio insertum *Ο* cum accentu acuto, et sequenti litterae additus apostrophus, item in *Α* positus acutus. Syllabae σθη θεος desunt.

2. Ita Bekkerus. Apographa *ΠΕΡΑΙΓΑΡΠΟΚΑΙΑ*, ultima littera deficiente, et quattuor precedentibus dubiis. Minio *Π* in *Ο* mutatum et post eam litteram *Υ* insertum.

3. Bekkerus, τυγχάνῃς ε.... Unde idem coniecit ἐτητύμως. Apographa *ΙΥΙΧΑΑΙΙΙΩΑ ΩΝ*. Mihi in his vestigiis potius σάφ' ἴσθ' ὅτι latere videbatur, idque reposui.

5. Ultima in apographis sic scripta *ΔΩΜΑΘΕΜΟΝΝΑΙΟΥ*.

6. Apographa *ΜΕΛΗCΩCΩΜΑΜ ΒΛΑΙΠΕΙΝΙ*^{CΩ}.

7. Bekkerus, ἐπεὶ πατὴρ πέφυκεν· οὐ καλῶς λέγεις, ad primam vocem ex correctione supra scriptum notans εἴπερ. Apographa *ΕΠΕΙΤΑCΙΙΙΙΙΕΦΥΝΕΝΟΥΚΑΚΩCΑΕΙΙΙ*: quarta littera minio in *Ρ* mutata. Emendavit Burgesius.

8. Apographum prius *ΑΥΤΟΥCΧΡΟΝΩ*, in altero deest *Υ*, in utroque *C* minio in *Ο* mutatum.

9. Apographa *ΠΕΠΟΙΜΑΙΑΙCΕΜΗΨΕΥΔΗΕΙΝ*^{N}, ultimum minusculum *Ν* minio additum.

10. Ultima in Apographis *ΚΑΙΙΑΙΑΑ ΩΑΜ*^{ΑΝ}, ultimis duabus litteris minio pictis.

σαίρουσι δῶμα, καὶ δόμων κειμήλια·
καθ' ἡμέραν φοιβῶσι, κἀπιχωρίοις
ὀσμαῖσι θυμιῶσιν εἰσόδους δόμων.
ὅταν δ' ὕπνου γεραιὸς ἐκλιπὼν πατὴρ
πύλας ἀμείψῃ, καὶ λόγους γάμων πέρι
λέξῃ πρὸς ἡμᾶς, Ἡλίου μολὼν δόμους,
τοὺς σοὺς ἐλέγξω, μῆτερ, εἰ σαφεῖς λόγοι.

ΧΟΡ. . . . . στρ.
. . . . . . κατὰ γᾶν
. . α . . . . . .
. . . .

---

11. Bekkerus, αἱ πατρὸς . . τας γάμους. Coniiciat quis fortasse θέντος γάμους. Sed aperte repugnat, quod sequitur, καθ' ἡμέραν. Apographa *ΑΙΠΑΤΡΟCΙΟΙΑΩΡΙΜΟΙ*. Minio in his prima littera inducta et supra scriptum *Ε* ut sit εἰ pro αἱ. Item minio quarta a fine littera *Ι* in *Ε* mutata, supra scripto *Α*. Litterarum formas intuenti, considerantique sequentes versus, non potest dubium esse, quin κοιμωμένου scripserit Euripides.

12. Verborum καὶ δόμων, κειμήλια in apographis nihil nisi primae litterae *ΚΑΙΑ* apparent.

13. Apographa *ΦΟΙΒΩΟΠΑΝΧΗΜΕΡ*[ΟC]. Sexta in secundo littera non *Ο*, sed *C*.

14. In apographis nihil nisi, *ΟCΜΑΙCΙΟΥΜΑΙΠΕΙΝΑ* . . . . octava in priore littera incertum, utrum *Ο* an *Ι*, in altero *Ι*. Ultimae septem litterae ut dubiae notatae.

15. Apographa, *ΟΥΤΑΝΥΠΝΟΥC* . . . . secunda littera minio inducta, et inter quintam et sextam supra scripto *Δ*. In secundo tres ultimae litterae desunt, quae praecedunt autem, non *ΠΝ* sed *ΗΝ* sunt.

16. Apographa *ΠΥΛΑCΑΜΕΡΨΗΚΑΙΛΟΥ* . . . .

17. Apographa, sed dubiis litteris, *ΜΕΝΩΝ* pro μολών.

18. Apographa *ΤΟΥCΕΟΥCΑΙΚCΟΜΗΙCΡΟΙΕΑΦΑC* . . . . novem ultimis litteris dubiis. Minio octava in *Ε* mutata, supra scripto *C*. Decima et undecima minio coniunctae, ut fieret *Η*, et post eas insertum *Ξ*, atque *Ο*, quae tertia decima est, in *Ω* mutatum. Post hunc versum Bekkerus ita:

versus vacuus
κατὰ γᾶν *a manu corr.*
α *ab eadem*
versus vacuus.

In apographo priore unius versus vacuum spatium relictum, in eoque minio scriptum *ΚΑΤΑΓΑΝ*. In altero nec spatium, nec

μέλπει δὲ δένδρεσι λεπτὰν
ἀηδὼν ἁρμονίαν,
γόοις ὀρθρευομένα,
Ἴτυν, Ἴτυν πολύθρηνον.
σύριγγας δ' οὐριβάται ἀντ.
κινοῦσιν ποίμνας ἐλαταί·
ἔγρονται δ' εἰς βοτάναν
ξανθᾶν πώλων συζυγίαι.
ἤδη δ' εἰς ἔργα κυναγοὶ
στείχουσιν θηροφόνοι,
πηγαῖς τ' ἐπ' ὠκεανοῦ
μελιβόας κύκνος ἀχεῖ.
ἄκατοι δ' ἀνάγονται ὑπ' εἰρεσίας στρ.

---

voces istae. Sed quattuor versus deesse metra docent. Non men Burgesius, qui Bekkerum sequutus est, quamvis aperta tistropharum indicia aut hic aut in altero carmine animadv tit. Strophas in margine notavi.

23. Ita Bekkerus. Apographa *ΔΕΝΔΡΩΝΚΑΕΙΝΗΝ*.

24. Apographa *ΑΚΜΟΝΙΑΝ*.

25. Mutavi metri indicio ordinem verborum. Bekkeru ὀρθρευομένα γόοις. Apographa *ΘΙΤΟΡΕΤΟΜΕΝΑΤΘΟ* penultimis duabus litteris dubiis. Prima versus littera *Θ* mini adiecta sequentique duo puncta superscripta, tertia inducta. fine quarta littera in secundo apographo est *Ι*.

26. Pro πολύθρηνον apographa *ΝΟΑΤΟΡΑΜΑΙ*, quattuor ultimis litteris dubiis.

27. Apographa *ΕΤΡΙΠΘCΔΟΕCΤΙΑΝ*, sed *Θ* minio inductum et supra scriptum *Α*, item apostrophus additus ad *Δ*. Egregie hic versus formam οὐριβάτας tuetur adversus Porsoni opinionem, de qua dixi in Addendis ad p. 740 Elem. doctr. metr. Omninoque vereor, ut ει in secunda syllaba horum compositorum usurpatum fuerit, ubi prima diphthongum haberet. Apud Euripidem El. 170 iam pridem restituta est vera scriptura.

29. Apographa *ΒΟΤΑΝΑΙ*^{O}.

30. Apographa *ΞΑΝΘΑΝ*, penultima littera minio inducta et supra scripto *Ω*. Deinde Bekkerus συζυγίαι. Apographa *ΣΤΝΖΗΤΑΙ*.

34. Apographa *ΜΕΛΙΒΤΑC*, *Τ* minio inducto, et supra scripto *Ο*. Etiam in ultimo verbo *ΑΓΕΙ* littera *Γ* minio in *Χ* mutata.

35. Omnes ἀκοντοι. Veram scripturam ante Dobraeum Mat-

ἀνέμων τ' εὐαέσιν ῥοθίοις
ἀνὰ δ' ἱστί . . . .
. . . .
. . . .
. . . .
. . . .
σινδὼν δὲ πρότονον ἐπὶ μέσον πελάσσει.
τὰ μὲν οὖν ἑτέροισι μέριμνα πέλει. ἀντ. β'.
κόσμον δ' ὑμεναίων δεσποσύνων
ἐμὲ καὶ τὸ δίκαιον ἄγει καὶ ἔρως
ὑμνεῖν· δμωσὶν γὰρ ἀνάκτων
εὐάμεροι προσιοῦσαι
μολπαὶ θράσος αὔξουσ'

---

thiae indagavit. Ultima vox in apographis *EIPEHA*^C, postremis duabus litteris minio adiectis.

36. Syllabae ἀνέμων τ' et ῥοθί in apographis in ipso textu, quum a scriba spatium relictum esset, minio suppletae, item primum *I* in *ETAICIN* in *E* mutatum.

37. Haec Bekkerus eruit. In apographis nihil. Lacunam post hunc versum notavi versuum quattuor, quos cum parte folii recisos esse antistrophica docent.

42. Hoc versu folium 163. rectum incipit. Omnes πρόγονον, quod correxi. Sermo est adhuc de navigatione. Bekkerus et alterum apographum πελάσει. Sed in priore *ΠΕΛΑCCI*, sic ut in secundo *C* atramento parvum ε insertum sit.

43. Codex ἑτάροισι, sed correctum minio.

44. Bekkerus, κοσμεῖν ὑμεναίῳ δὲ δεσποσύνων. Apud Burgesium κοσμεῖν· ὑμεναιω δὲ δεσποσύνων. Apographa, *KOCMONTMENAIΩNΔEΔECΠOCTN*^EXΩ, duabus penultimis litteris dubiis. Emendavi haec pro sensu loci et metro.

45. Omnes ἐάγει. Deinde καὶ ἔρως Bekkerus. Apographa *KAIPΩN*, sed in priore *N* in *C* correctum atramento.

46. Apographa *TMIN*, minio supra scriptis litteris *NE* Deinde codex ἀγάσσων, sed inductis minio σσ, et supra scriptis κτ.

48. Bekkerus μολπαὶ θράσος αἴους', ultima littera, ut in codice sequenti versui addita. Apographum posterius post μολπαὶ ita, *OIΔΩCA. TC*· In priore *OPACΘEAMTC*, litteris praeter primam dubiis.

ἐπὶ χάρματ᾽· εἰ δὲ τύχα τι τέκοι,
βαρὺν βαρεῖα φόβον ἔπεμψεν οἴκοις.
ὁρίζεται δὲ τόδε φάος γάμων τέλος, ἐπῳδ.
τὸ δή ποτ᾽ εὐχαῖς ἐγὼ
λισσομένα προσέβαν ὑμέναιον ἀείσαι
φίλον φίλων δεσποτᾶν.
θεὸς ἔδωκε, χρόνος ἔκρανε
λέχος ἐμοῖσιν ἀρχέταις:
ἴτω τελεία γάμων ἀοιδά.
Ἀλλ᾽, ὅδε γὰρ δὴ βασιλεὺς πρὸ δόμων
κῆρυξ θ᾽ ἱερὸς καὶ παῖς Φαέθων

---

49. Codex plene *ἐπιχαρματα.* Mox *TYIXATHEKHI*, sed minio primum *I* inductum, *HI* autem in ω mutatum.

50. Pro *οἴκοις* apographum prius *Φ*^*AOIC*^, alterum *Φ*^*AIC*^ litteris praeter primam dubiis. Ultima minio scripta.

51. Bekkerus *ὁρίζεται δὲ τὸ φάος γάμων τέλος.* Apographa *OPIZEIAPXETOΦAOCΓAMΩNI*^*O*^*AO*^*N*^. Litterae *T* superscripta minio duo puncta, et duodecimae *Δ*, unde *τόδε* scripsi. Quinta a fine in *T* mutata.

52. Apographa *TOΔHΠOIOTIТKATEEPΩ*, litteris *IT* minio inductis.

53. Hic versus in codice in duos divisus est, singulis duo vocabula complectentibus. Apographa *ΛHCEMNONA ΠPO-CEBAN.* In *ἀείσαι* *E* minio inductum.

55. Bekkerus *ἔλωκε.* Apographa *EΔΩKEI*, ultima littera minio inducta.

56. Apographum prius *ΛEXΘECMOICINAPXEIΛIC*: in secundo pro tribus primis litteris puncta.

57. Apographa *IΩ*, sed minio *I* in *T* mutatum, et praefixum *I.* Item o in *ἀοιδὰ* insertum.

58. *Πρὸ δόμων* Bekkerus. Apographa *ΠOΔITΩ*, ultimis quattuor litteris dubiis.

59. Bekkerus *βαίνουσι τριπλοῦν*, superscripto penultimae syllabae *δι*. Apographa *BAINOYCINTYΠΛOYN*, inductis minio *TY*, et supra scripto *ΔI*. In secundo inter *Π* et *Λ* insertum atramento *I.* *Διπλοῦν* probat Burgesius, quod rex et praeco idem fuerit. At unde hoc scit? Aut hoc voluit poeta dicere, *rex cum praecone et filius veniunt*: tum *διπλοῦν* recte se habet; aut hoc, *rex, et praeco, et filius*: idque verisimilius est, quia et diserte commemorat praeconem, et eum mox loquentem introducit. Quare *τριπλοῦν* praetuli. Similiter loquitur in Troad. 924. *ἔκρινε τρισσὸν ζεῦγος ὅδε τρισσῶν θεῶν.*

στείχουσι, τριπλοῦν ζεῦγος, ἔχειν χρὴ
στόμ' ἐν ἡσυχίᾳ·
περὶ γὰρ μεγάλων γνώμας δείξει,
παῖδ' ὑμεναίοις, ὥς φησι, θέλων
ζεῦξαι νύμφης τε λεπάδνοις.
ΚΗΡ. Ὠκεανοῦ πεδίων οἰκήτορες, στρ.
εὐφαμεῖτ', ὦ,
ἐκτόπιοί τε δόμων ἀπαείρετε,
ὦ ἴτε, λαοί.
κηρύσσω δ' ὁσίαν βασιλήϊον, ἀντ.
αἰτῶ δ' αἶσαν
εὐτεκνίαν τε γάμοις, ὧν ἔξοδος
ἅδ' ἔνεχ' ἥκει,
παιδὸς πατρός τε τῆδ'. ἐν ἡμέρᾳ λέχη
κρᾶναι θελόντων· ἀλλὰ σῖγ' ἔστω λεώς.
ΜΕΡ. . . . .
. . . . εἰ γὰρ εὖ λέγω,

---

62. Apographa *ΔΕΙΧΕΝ*, sed minio Ξ et *Ι* reposita.

63. Codex *ΔΕΓΩΝ*, sed minio inductae *Δ* et *Γ*, supra scriptis Θ et *Λ*.

64. *ΔΕ* minio correctum in *ΤΕ*.

65. Adscripsi personam praeconis.

67. Ἐκτόπιοι Bekkerus. Apographa *ΕΚΙΩΠΟΙ*. Mox *ΑΠΔΕΙΡΑΙ*[C], sed in priore apographo tertia a fine littera minio inducta, et supra scriptum *Ε*. Hoc praetuli.

68. Bekkerus ωτε. Quod nemo non videat reponendum, est in apographis, *Ι* minio in *Τ* mutato et addito *Ι*.

70. Bekkerus *αυτωδαυδαν*, ut apographum posterius. In priore *ΑΤΙΩΔΑΤΔΑΝ*. In utroque litterae secundae duo puncta minio addita, et primo *Δ* apostrophus. Correxi haec, ut sensus postulare videbatur. *Indico*, inquit, *reverentiam regis precorque felicitatem et bonam prolem connubio, cuius caussa adveniunt.*

71. Ita Bekkerus. Pro *γάμοις* apographa *ΓΑΜΟΔ*.

72. Ita Bekkerus. Apographa, *ΑΔΕΝΝΕΧΗΔΕΙ*. Minio apostrophus secundae litterae additus, quarta inducta, item a fine tertia, eique superscriptum ξ, ut sit ἥξει.

74. Codex *ΤΗΔ* prioribus duabus litteris minio inductis et supra scripto *CΙΓ*. Ultima vox ita scripta *ΑΕΙ*b.

75. Hic Μέροψ in margine Bekkerus. Apographa hoc no-

II.

Πυροῦσσ' Ἐριννὺς ἐν νεκροῖς θερήϊον
ζῶσ' ἦδ' ἀνίησ' ἀτμὸν ἐμφανῆ . .
ἀπωλόμην· οὐκ οἴσετ' εἰς δόμους νέκυν ;
ἴθ', ὡς πόσις μοι πλησίον γαμηλίους

---

men praecedenti versui praefigunt, sed pertinens ad v. 75. lineola minio scripta indicante, quae initio versuum, quibus alia persona loqui incipit, superscribitur. Vacuum spatium unius versus apud Bekkerum et in priore apographo: sequentis versus verba, quae etiam Bekkerus habet, minio scripta. In secundo apographo nihil plane post v. 74.

1. Oratio haec Clymenae est, quae mortui Phaethontis corpus fumi odorem spargere animadvertens, metuit, ne palam fiat marito, ex se illum esse prognatum. Bekkerus, *πυρὸς θεριννς ἐν νεκροῖς θερηνναι ζωσαηδ' ἀνίησι ἀτμὸν ἐμφανη . . .* In priore versu apographa *ΠΥΡΟϹΘΕΡΙΝΥϹ*, nisi quod in secundo eorum pro *N* potius *M* videtur esse. In fine prius apographum *ΘΕΡΗΙΟΝ* litteris praeter primam et tertiam dubiis, alterum *ΘΕΙΙΙΙΟΝ*. Locus hic ad emendandum difficillimus est, ut et corruptus, et mutilus, et perditis, quae praecesserunt. *Θερήϊον* pro *θέρειον* neque defendam, nec damnem, siquidem fieri potuit, ut haec forma ex aliqua epicorum auctoritate usurparetur de eo, quod ureret vel ignem redoleret. Aliter in promptu est *θερηγενῆ* scribere. In initio facillimum iudicavi *πυροῦσσ' Ἐριννύς*. Si nihil praecessit, quod ad *ἐν νεκροῖς* referretur, veluti *γυίοις*, universe dictum sit *ἐν νεκροῖς* necesse est, cum admiratione, etsi de solo Phaethonte intelligendum. *Ἐριννὺς* autem non ad ignem in mortui corpore aestuantem spectat, sed ad culpam Clymenae eiusque culpae poenam trahendum: *ignea Furia in mortuis vivens manifestum excitat igneum spiritum fumi. Καπνοῦ* ex coniectura adiicias. Apographa deficiunt in litteris *ΕΜΦΝ*, sic. Caeterum comparari possunt haec Plutarchi Q. Symp. IV, 2, p. 665. de fulminibus: *πολλοὶ γὰρ οὔτε καίουσιν οὔτε κατορύττουσιν, ἀλλ' ἐῶσι περιφράξαντες, ὥστε ὁρᾶσθαι τοὺς νεκροὺς ἀσήπτους ἀεί, τὴν Εὐριπίδου Κλυμένην ἐλέγχοντας, ἐπὶ τοῦ Φαέθοντος εἰποῦσαν· φίλος δέ μοι ἄλουτος ἐν φάραγξι σήπεται νέκυς· ὅθεν οἶμαι καὶ τὸ θεῖον ὠνομάσθαι τῇ ὁμοιότητι τῆς ὀσμῆς, ἣν τὰ καιόμενα τοῖς κεραυνοῖς ἀφίησιν ἐκτριβομένην πυρώδη καὶ δριμεῖαν· ὑφ' ἧς ἐμοὶ δοκοῦσι καὶ κύνες καὶ ὄρνιθες ἀπέχεσθαι τῶν διοβλήτων σωμάτων.*

3. Ita Bekkerus. Apographum prius non ultra *ΔΟΜΘΥ*. Sic etiam posterius, in quo haec vox ita scripta *ΛΘΜΕΙΙ*.

4. Bekkerus, *ποσις ποσις μολπαισιον γαμηλίους*. Apogra-

μολπὰς ἀΰτεῖ, παρθένοις ἡγούμενος.
οὐ θᾶσσον; οὐκ ἄμολγον ἐξομόρξετε,
εἴ πού τίς ἐστιν αἵματος χαμαὶ πεσών;
ἐπείγετ', εἶα, δμωΐδες· κρύψω δέ νιν
ξεστοῖσι θαλάμοις, ἔνθ' ἐμῷ κεῖται πόσει
χρυσός· μόνη δὲ κλῇθρ' ἐγὼ σφραγίζομαι.
ὦ καλλιφεγγὲς Ἥλι', ὥς μ' ἀπώλεσας,
καὶ τόνδ'. Ἀπόλλω δ' ἐν βροτοῖς σ' ὀρθῶς καλεῖ,

---

pha *ΤΙΘΕΙϹΠΟϹΙϹΜΕΝΟΝ*, nisi quod in secundo undecima littera *O*. Reliqua omittunt. Correxi facili mutatione, siquidem *ΤΙΘΕΙϹ* nihil aliud esse videtur, quam *ΙΤΕΩϹ*.

5. Ita Bekkerus hunc versum dedit, nisi quod *μολπαις*. Apographum prius, *ΑΙΟΑΙΛΙΑΝΑΥΙΕΙΠΑΡΘΕΝΟΝ*. Alterum, *ΑΙΟΛΙΛΙΑΝΤΙϹΙΠΑΡΘΕΝΟΝ*. Litterae omnes ante Τ dubiae. Ultimam vocem ambo omittunt.

6. Apographa versum incipiunt his litteris, *ΟΙΩ*. Caetera desunt, notato post hunc versum quinque versuum vacuo spatio. At illi quattuor tantum versus sunt, quos Bekkeri diligentia eruit. Hic habet Bekkerus *οιθασσσουσομολγον ἐξομόρξετε*, unde facile erat veram scripturam restituere. Ἄμολγος, quidquid turbidum est, significat.

8. Hic quoque facilis emendatio erat. Bekkerus, *ΕΠΕΙ-ΙΕΤΕΛΙΑΔΜΩΔΕϹ*.

9. Bekkerus *ξειστοῖσι*, caetera perspicue. Apud Burgesium, ξεστοῖσι θαλάμοις, ενθ εμω κει πο.

10. Plane sic Bekkerus, nisi quod *κλῇθρα* plene. Ultimae vocis tantum *σφρ* apud Burgesium.

11. Apographa, *ΩΚΑΛΛΑΙΦ*, nihil amplius. *Ἥλιε* plene apud Bekkerum. Afferunt hunc et sequentem versum Macrobius Sat. I, 17. apud quem *ὦ χρυσοφεγγὲς* legitur, et Scholiastes Eurip. ad Orest. 1373. Ed. Matth. ubi *ὦ καλλιφεγγὲς Ἥλιον* est.

12. Apographa *ΚΑΙΡΟΝ* in principio versus, reliquis omissis. Bekkerus, *καὶ τόνδε. ἀπόλλων δ' ἐν βροτοῖς ἐρθὸς καλῆ*. Apud Burgesium *ὀρθῶς*. Apud scholiasten Euripidis est, *καὶ τοῦδ' Ἀπόλλων οὕτως εἰ κλήζη βροτοῖς*. Apud Macrobium versus ita scriptus legitur: *ὅθεν σ' Ἀπόλλων' ἐμφανῶς κλήσει βροτός*. Uterque haec memoriter afferre videtur. Porsonus ad Orest. 584. *Ἀπόλλωνα* Atticos dixisse negans, legendum censebat, *ἐκ τοῦδ' Ἀπόλλων ἐμφανῶς κλήζει βροτοῖς*. In codicis scriptura non satis commode *ἐν βροτοῖς* longius remotum est ab *ὄρθῶς*.

ὅστις τὰ σιγῶντ᾽ ὀνόματ᾽ οἶδε δαιμόνων.
XOP. Ὑμὴν, Ὑμὴν,
τὰν Διὸς οὐρανίαν ἀείδομεν, στρ.
τὰν ἐρώτων πότνιαν, τὰν παρθένοις
γαμήλιον Ἀφροδίταν
πότνια, σοὶ τάδ᾽ ἐγὼ νυμφεῖ᾽ ὀφείλω,
Κύπρι, θεῶν καλλίστα,
τῷ τε μονόζυγι σῷ
πώλῳ, τὸν ἐν αἰθέρι κρύπτεις

Quare scripsi, Ἀπόλλω δ᾽ ἐν βροτοῖς σ᾽ ὀρθῶς καλεῖ, ὅστις τὰ σιγῶντ᾽ ὀνόματ᾽ οἶδε δαιμόνων.

13. Huius quoque versus primas tantum voces exhibent apographa, *OCMETACΠΩNTA*, insigne documentum, quam ambigua sit litterarum in codice explicatio. Non enim dubium est, quin recte haec legerit Bekkerus.

15. Codex εἴδομεν.

16. Ἐρώτων πότνια, quod non intellexit Burgesius, quid esset, vel ex Homero Iliad. φ. 470 didicisse debebat. Alia attuli in Obss. crit. p. 165. Deinde Bekkerus, παρθενο . . Pro ea voce apographum prius, *ΠΑΙ*[Φ]*N*, aliis ductibus deformato *N*, et deinde obscuris aliquot litterarum vestigiis additis. In posteriore *ΠΑΙΦN*.

17. Sic Bekkerus. Apographa *ΑΦΡΟΔΙΤΑ*.

18. Bekkerus νυμφιας. . . Apographum posterius *NΥΜΦΙΑ*, prius *NΥΜΦΙΑ*[C]*ΦΑ*[O]. Inde confeci, quod in textu dedi.

19. Sic Bekkerus. Pro θεῶν apographa, prius *ECCIN*, primis tribus litteris dubiis, alterum *CΘCIN*.

20. Bekkerus et Apographa τω τε νεοζυγιστῳ. Apud Burgesium, σῷ τε νεοζυγίστω. Non potuit, si quid video, hic nisi de Amore sermo esse. Plane enim alienum, quod Burgesius ex Hesychio affert, cuius integra verba haec sunt: πῶλος, ἑταίρα. πώλους γὰρ αὐτὰς ἔλεγον, οἷον Ἀφροδίτης πώλους, ἢ τοὺς νέους καὶ τὰς νέας καὶ παρθένους. Quod Burgesius male sic interpretatur, ac si adolescentes et puellae Ἀφροδίτης πῶλοι dicantur, quos Hesychius simpliciter πώλους dici significat. Amor non potuit νεόζυξ dici. Quare non dubitavi μονόζυγι, *unico*, reponere.

21. Κρύπτεις Bekkerus de ultima littera dubitans. Apographa *ΔΑΤΩN*, sed *Δ* insolentius porrecto, quo modo alibi *K* scriptum, ut infra v. 48 in οἶκον, et *Α* ut dubio notato. Si

σῶν γάμων γένναν·
ἃ τὸν μέγαν — ἀντ.
τᾶσδε πόλεως βασιλῆ νυμφεύετε,
ἀστερωποῖσιν δόμοισι χρυσέοις
ἀρχόν, φίλον Ἀφροδίτᾳ.
ὦ μάκαρ, ὦ βασιλέως μείζων ἔτ' ὄλβον,
ὃς θεὰν κηδεύσεις,
καὶ μόνος ἀθανάτοις
γαμβρὸς δι' ἀπείρονα γαῖαν
θνατὸς ὑμνήσῃ.

---

recte legit Bekkerus, usus est hoc verbo poeta, ut occultam latentemque vim amoris indicaret.

22. Omnes γενεάν, frequenti librariorum errore.

23. Bekkerus, ἀγὸν μέγαν. Apographa ΔΙΟΝΥCΟΝ, sed litteris omnibus dubiis, Ἃ ad νυμφεῖα referendum.

24. Bekkerus, τῆςδε πόλεως βασιλῆ νυμφεύεται. Apographum prius ΤΑCΔΕΠΟΛΕΩCΙΑ . . ΗΝΥΜΦ^{E}Υ^{E}Ι^{A}, eraso post quintam litteram C. Posterius ΤΑCΑCCΙΙΟΛCΩCΙΑ . . . ΗΝΥΜΦ^{E}Υ^{E}Ι^{A}. Scripsi νύμφεύετε, quo ad Venerem et Amorem referretur.

25. Bekkerus, αστερωτοισι δόμοισι χρυσέων. Apographa ΑCΤΕΡΩΙΟΙΣΩΟΜΘΙCΙΧΡΥCΕΙΗΝ, secundo Ω dubio. Correxi haec. Saepius usurpatum Euripidi ἀστερωπός. Thesauros intelligit, de quibus v. 9 et 44.

26. Bekkerus et apographa αρχεον. Burgesius, ἀρχαῖον. Omnes Ἀφροδίτα.

27. Bekkerus, ω μακαρων βασιλευς μειζωνςτολβος, litteris ultima et quae a fine septimum, octavum, et nonum locum tenent, notatis ut dubiis. Apographa nihil amplius, quam ΩΜΑΚΑΡ.

28. Bekkerus, οςθεαντηλευσεις. Ultimum verbum in priore apographo sic scriptum, ΤΗΔΕΥΕΙC, in altero ΤΗΘΕΥΕΙC. Burgesius codicem sine dubio exhibere putat, ὃς θεὰν μνηστεύσεις. Satius duxi, κηδεύσεις scribere. Deae cuiuspiam filiam Phaethon videtur uxorem ducere, eamque deam dicitur κηδεύσειν, quod explicatur sequentibus verbis.

29. Bekkerus, ἀθανάτων. Apographa ἀθανάτοις.

30. Γαμβρὸς Bekkerus. Apographa ΓΑΜΕΡΟC.

31. Bekkerus ὑμνήσεται. Apographa ΥΜΝΗCΩΝ. Scilicet quum ὑμνήσω scripsisset librarius, Ω videtur expunctum

MEP. χώρει σύ, καὶ τάςδ᾽ εἰς δόμους ἄγων κόρας,
γυναῖκ᾽ ἄνωχθι πᾶσι τοῖς κατὰ στόμα
θεοῖς χορεῦσαι, καὶ κυκλώσασθαι δόμους
σεμνοῖσιν ὑμεναίοισιν, Ἑστίας θ᾽ ἕδος,
ἀφ᾽ ἧς τὸ σῶφρον πᾶς ἂν ἄρχεσθαι θέλοι
εὐχὰς π[οιεῖσθαι] . . . .
. . . .
. . . .
. . . .
. . . .
θεᾶς προςέλθῃ τέμενος ἐξ ἐμῶν δόμων.
ΘEP. ὦ δέσποτ᾽, ἔστρεψ᾽ ἐκ δόμων ταχὺν πόδα.
οὐ γὰρ σὺ σώζῃ σεμνὰ θησαυρίσματα
χρυσοῦ, δι᾽ ἁρμῶν ἐξαμείβεται πύλης

---

voluisse, pro eoque addidisse *H*, quod legentibus *N* esse visum est.

32. Ita Bekkerus. Tria ultima verba in apographo priore sic scripta: *ΘΟΜΟΑΙΩΝΑ*^{O}*ΙΑ*^{N}, primis quattuor litteris dubiis; in altero *ΟΟΜΟΔΤΩΝΑ*^{O}*ΙΔ*^{O}*Υ*.

33. Sic Bekkerus. Apographum prius *ΓΥΝΑΙΚΑΝΟΧΘΗΙΑΥΤΩCΚΑΙΛΕΙ* . . . Alterum eodem modo, nisi quod postrema sic *ΛΥΤΩCΚΑΙΛCΙ* . . . .

34. Bekkerus sic, κανκυμωσασθαι . μοι. Apographum prius *ΚΑΝΙCΥΝΩCΑΘ*, litteris tertia usque ad sextam dubiis. Alterum *ΚΑΝ* . . *ΥΜΩCΑC* . . . Emendavi haec, ut scribenda videbantur.

35. Sic Bekkerus. Apographa *CΕΜΝΟΙCΙΝΥΜΕΝΑΙΟΙCΙΙΤΗCΕΜΑCΘ*^{O}*Δ*^{O}*Υ*. In secundo vigesima littera omissa, et a fine octava non *M*, sed *Π*.

36. Bekkerus, ἀφ᾽ ἧς τι σώφρων πασαν . . αρχετ . . . Apographa nihil amplius, quam *ΑΦΗCΤΙCΩΦ* . . . In secundo quarta littera *E* est, et ultima dimidiata.

37. Bekkerus, εὐχὰς π. . . . Nihil horum in apographis conspicitur. Recisi sunt post hunc versum, ut ex altero folio colligi potest, versus quattuor, quorum locos in numerum retuli, emendatis, quae praecedunt.

42. Hoc versu incipit folium 163 rectum. Bekkerus et apographa προςελθιν. At *ΙΝ* et *ΗΙ*.

43. Codex *ΘΕΡΑΠ.* ὦ πάτερ, seo ad πάτερ supra scriptum minio *ΔΕCΠΟΤΑ*. Omnes ἔστρεφα. Correxit Burgesius.

44. Bekkerus, ουγαρσυζωσησεμναθηραυσματα. Ultima vox in

καπνοῦ μέλαινα λιγνὺς ἔνδοθεν στέγης.
προςθεὶς πρόςωπον, φλόγα μὲν οὐχ ὁρῶ πυρός,
γέμοντα δ' οἶκον μέλανος ἔνδον αἰθάλου.
ἀλλ' ἔςιθ' ἐς οἶκον, μή τιν' Ἥφαιστος χόλον
δόμοις ἐπειςφρείς, μέλαθρα συμφλέξῃ πυρὶ
ἐν τοῖσιν ἡδίστοισι Φαέθοντος γάμοις.
MEP. πῶς φής; ὅρα μὴ θυμάτων πυρουμένων
κατ' οἶκον ἀτμὸν κεῖσ' ἀποσταλέντ' ἴδῃς.
ΘEP. ἅπαντα ταῦτ' αἴθρη τ' ἀκάπνωτοί θ' ὁδοί.

---

priore apographo sic scripta, *IHPATCMEHA*, primis duabus litteris et penultima dubiis. In altero *IHPATCMCIIA*. Recte emendavit Burgesius, nisi quod σώζεις scripsit.

45. Bekkerus διαρμῶν ἐξαμείβεται. Apographum prius, *ΔIAPEIΩNETAMETPEIC*. In secundo omissum *N*.

46. Bekkerus, καταινουμελαινανως ἔνδοθεν στέγης, litteris νω dubiis. Sic etiam apographa, eadem cum dubitatione, et in priore quidem ultima ante ἔνδοθεν sunt *HΩC*, in altero *IIEIC*. Στέγης deest in apographis, erutum a Bekkero. Emendavi, ut litterae et sensus suadebant.

47. Sic Bekkerus. In apographis post προςθεὶς repetitum *EIC*. Eadem in fine, *OY . . . ΠΥPOC*.

48. Bekkerus, ἔνδοθεν καπνοῦ. Sed apographa, *ENAΩNAIΘIΠOY*. Unde correxi.

49. Pro ἔςιθ' apographa *ECΘ*. Eadem *HΦAIENOE* vel, ut in altero, *HΦAICIIOC*. Ultimam vocem, quam Bekkerus dedit, omittunt.

50. Ita hunc versum dedit Bekkerus. Nihili verbum dicit Burgesius ἐπειςφρείς. Mihi sincerum videtur hoc participium, siquidem verbi in μι formati etiam imperativus index est. In apographo priore huius verbi litterae praeter tres ultimas ut dubiae notatae. In altero scriptum *EΠEICΦEPEIC*. Duo ultima verba in priore sic: *TMIΔOΞHNHI*, litteris praeter primam, sextam, septimam, octavam dubiis. In altero, *IIIIΔOΞHNHI*.

51. Sic Bekkerus, nisi quod ἡδίστοισιν, pro quo apographa *ΠAICIOICIN*. Pro γάμοις eadem *TAΦI*, sed litteris dubiis.

52. Sic Bekkerus et apographum prius. In altero *ΔΩMATΩN*. Ita ante correctionem in codice scriptum fuisse, etiam prius apographum videtur arguere.

53. Plene scriptum omnes κεῖσε.

54. Bekkerus, ἅπαντα ταῦτ' ἠθρησεκαυπωτουσεχει. Apo-

ΜΕΡ. οἶδεν δ' ἐμὴ τάδ' ἢ οὐκ ἐπίσταται δάμαρ;
ΘΕΡ. θυηπολοῦσα θεοῖς ἐκεῖσ' ἔχει φρένας.
ΜΕΡ. ἀλλ' εἶμ', ἐπεί τοι καὶ φιλεῖ τὰ τοιάδε
ληφθέντα φαύλως ἐς μέγαν χειμῶν' ἄγειν.
σὺ δ', ὦ πυρὸς δέσποινα, Δήμητρος κόρη,
Ἥφαιστέ τ', εἴητ' εὐμενεῖς δόμοις ἐμοῖς.
ΧΟΡ. τάλαιν' ἐγὼ, τάλαινα, ποῖ πόδα
πτερόεντα καταστάσω;
τιν' αἰθέρ', ἢ γᾶς ὑπὸ κεῦθος ἄφαν-
τον ἐξαμαυρωθῶ;
ἰώ μοί μοι, καταφανήσεται
βασίλεια τάλαινα, παῖς τ' ἔσω
κρυφαῖος νέκυς.
ὀτοτοτοῖ, κεραύνιοί τ' ἐκ Διὸς
πυρίβολοι πλαγαί, λέχεά θ' Ἀλίου.

---

grapha, ΑΠΑΝΤΑΤΑΠΑΙΘΡΗCΕΚΑΝΠΩΤ^{O}ΥC^{O}Δ^{O}Ι, ultimis quattuor litteris et decima a fine ut dubiis notatis. Emendavi haec pro sensu loci. Αἴθρη, non αἶθρα, Atticum esse, notum: v. Pierson. ad Moer. p. 184.

55. Ita Bekkerus. In apographis ultima sic: ΕΠΙCΤΑΙ-ΔΑΜΑΙ.

57. Εἶμι plene Bekkerus, non Burgesius. Apographa, ΑΛΛ' ΕΙΜΕΝΕΠΟΙΚΑΙΦΙΛΗΑΙΟΙΑΔΕ, ad Λ minio suprascripto Ε, ut appareat, quod sequitur Η, esse ΙΤ.

58. Bekkerus et apographa, ἐς μέγα χειμῶνα δι. ΔΙ mihi videbatur esse ΑΓ, initium verbi ἄγειν.

60. Ita Bekkerus. Apographa, ΗΦΑΙCΤΕΕΙΠΡΕΠΕΤ-ΜΕΡΕΙCΚΟΜ^{O}Ι^{CE}Μ^{O}Ι^{C}, nisi quod in altero decima littera Η est.

63. Bekkerus τιναθερ. Apographum prius ΤΙΝΑΘΟΡ, tribus ultimis litteris dubiis; alterum ΤΙΝΑ^{CC}Ρ.

64. Omnes ἐξαμαυρώσω, quod correxi.

67. Omnes κρυφεον.

68. Bekkerus ὀτοτοτοί, κεραύνιαι τ' ἐκ διός. In priore apographo ultima ΚΕΡΑΥΝΙΑΤΕΚΔΙ^{OC}, sed octava littera in Ο ex Α mutata. In altero, ΚΕΡΑΥΝΙΩΕΚΔΙ^{OC}. Praetuli κεραύνιοι. Ita κεραυνίῳ πλαγᾷ in Bacchis 93 et saepius alibi masculina huius nominis forma pro feminina.

69. Ita Bekkerus. Prius apographum, ΠΥΡΙΒΟΛΟΙ-ΠΛΑΓΑΙΔΕΧΕΑΙΑΛΙ^{O}Υ. Alterum ΠΥΡΙΒΟΛΟΥΠΛΑ-ΛΑΜΝΑΙΟΥΕΧΕΑΙΑΛΙ^{O}Υ.

ὦ δυστάλαινα τῶν ἀμετρήτων κακῶν
Ὠκεανοῦ κόρα,
πατρὸς ἴθι πρόσπεσε
γόνυ λιταῖς σφαγάς,
σφαγάς, οἰκτρά τ' ἀρκέσαι σᾶς δειρᾶς.
ΜΕΡ. ἰώ μοί μοι.
ΧΟΡ. ἠκούσατ' ἀρχὰς δεσπότου στεναγμάτων;
ΜΕΡ. ἰὼ τέκνον.
ΧΟΡ. καλεῖ τὸν οὐ κλύοντα δυστυχῆ γόνον
. . . . . ὀμμάτων ὁρᾶν σαφῆ.

73. Bekkerus, γονυ, ταισφαγας. Apographum prius ΓΟΝΥΤΑΙΕΦΑΤΑC, octava et antepenultima littera dubiis. Alterum, ΓΟΝΤΙΛΙCΦΑΤΑC. Rectene an secus λιταῖς dederim, alii videant. Certe tale quid exigebat metrum dochmiacum.

74. Pro οἰκτραὶ, quod omnes habent, dedi οἰκτρά τ'. Ultima in priore apographo sic, CACΛΕΙΡΑ[C], in altero COΛΕΘΡΑ[C].

76. Bekkerus, ἤκουσ' ἀπαρχῆς, super π posito τ' Burgesius dedit, ἠκούσατ' ἀρχῆς. Apographa ΗΚΟΥCΑΤΑΡΧΑC in ipso textu sine correctione.

78. Hic et sequens versus in secundo apographo plane desunt. In priore v. 79. deest, et ex v. 78. tantum τὸν οὐ κλύοντα δυστυχῆ γόνον reliqua sunt.

II.

G. Burgesii notae in haec *Euripidei* Phaethontis Fragmenta, e MS. Paris. descripta ab *Immanuele Bekkero.* *)

I. v. 2. εν.] Lege ἕν. Etenim teste Ovidio — *Una fuit — optio.*

v. 3. Lege ἐτήτυμος. Cf. Soph. Trach. 1064. παῖς ἐτήτυμος γεγώς. Ita opponuntur ἐτήτυμος et ψευδής. — 6. Clymene haec eloquitur: et mox Phaethon. Recte igitur superscribitur, εἴπερ: Dubitat etenim Phaethon. Mox lege πέφυκε κοὐκ ἄλλως λέγεις. Exstat formula ἄλλως λέγειν in Eurip. Hec. 302. Or. 708. E. 1035. Alibi quoque permutantur οὐκ ἄλλως in οὐ καλῶς. Vid. Porson. Advers. p. 284. — 8. Clymenae haec sunt verba et Phaethontis in v. 9. — 11. Lege πατρὸς πρὸς τοὺς γάμους. — 12. Mihi

*) The Classic. Journal; No. XLIII. Septembr. 1820. p. 160-171.

magnopere displicent illa δῶμα — δόμων et mox δόμ... Praetulerim θεῶν. Cf. Tro. 15. θεῶν ἀνάκτορα: ... Mss. ἀγάλματα. Hinc vero Κειμήλια Hesych., ut videt... hausit. — 20. Mutila est haec Chori πάροδος: qua ... depingitur. Hunc locum imitatur Horat. IV, 12, *Iam veris comites, quae mare temperant, Impellunt a... mae lintea Thraciae.* — *Nidum ponit, Ityn flebiliter ... mens, Infelix avis.* — *Ducunt in tenero gramine p... guium Custodes ovium carmina fistula.* — 23. Ma... δ' ἐν δενδρέσι. Horat. *Queruntur in sylvis aves.* — Cf. Nostri Suppl. 980 γόοισιν ὀρθρευόμενα. — 27. A... logiae oppugnat οὐριβάται. Debuit esse vel ὀρειβάται ... οὐρεσιβάται. Vid. Porson. Hec. 208. Scripsit Euripid... οἰοβόται vel ἀγροβάται. — 28. Hic quoque ἐλάται st... nequit. Debuit esse ἐλατῆρες. At Euripides scrip... ποιμνὰ δ' ἕπεται. — 30. Hesych. Ξανθόν· — χλωρόν. Vice ακοντοι, quae vox est nihili, perite admodum ἄ... τοι coniecit Dobraeus. — 42. Nihil hic video. Fo... tasse alii aliquid eruere poterunt ope Ovidiana: „*M... longus patrios labor est tibi nosse Penates; Unde orit... terrae domus est contermina nostrae.*" Quae tamen su... adumbrata ad imaginem Euripideam. Vid. Fragm. 1. ... 44, 45. Sensus et metrum postulant Κοσμεῖν, ὑμέναι... δεσποσύνων δ' — — ἄγει καὶ — — ἀνάσσω. Etenim haec l... quitur Nutrix. — 47. Malim κροτοῦσα Dorice pro κρ... σιούσῃ, scil. Choro muliebri. — 48. Lege θράσος, ἄγου... ἐπὶ χάρμα τ': i. e. ἐπάγουσι θράσος χάρμα τε. — 50. Le... βαρεῖ' ἄν: scil. Chorus. — 52 Malim τό δ', ἢ πο... Redde ἤ *qua via.* — 55. Egregie Dobraeus ἔδωκε. — 56. Exstat ἀρχέτας in Heracl. 753. et Electr. 1149. V... rum ibi scriptura genuina est ἀρχέλας. Sic dicitur Ἀγ... σίλας et Μενέλας. In Pers. 925. vulgatur Ἀγδαβάτᾳ γ... πολλοὶ φῶτες — ἐξέφθινται. Ibi lege omnino Ἀγεσίλᾳ. Vid Bentl. ad Callimach. H. in Lavacr. Pall. 130. et Valck ad Herodot. VI, 56. p. 462. et T. Kidd ad Dawes. p 191. — 60. Recte superscribitur δίπλοον. Etenim ips... rex fuit et praeco idem. — 65. Cf. Aeschyl. Νηρῃ... Fr. 1. Δελφινοφόρον πέδιον. scil. *mare.* — 67. Vix probu... esse puto ἀπαείρετε. Malim πόδ' ἀείρετε. Similiter i... Herc. F. 815. lege φυγῇ Νῦν θὲς πόδ', αἶρε κῶλον, ἐκπ... δὼν, vice Νωθὲς πέδαιρε. Est, fateor, in v. 868. πεδαί... ρουσ', necnon in Phoen. 1034. Verum hoc e Ms., illu... e coniectura est emendandum. Id alio tempore com... probabo: — 67, 68. Πιαίνω istum τε ὦ τέλαιοι ferre me... trum nequit. Haec etenim sunt quatuor systemata Malim βᾶτ' ὦ λαοί. Cf. 74. ἄγ' ἴστω λεώς: et Sophocl Fr. Incert. LX. Βᾶτ', εἰς ὁδὸν δὴ πᾶς — λεώς, Οἱ —

... neque distat illa formula Ἀκούετ' ὦ λεῴς, ... enim legi debet pro Ἀκούετε λεῴ:] Συνναρίων λέγει ...: ubi λεὼς est monosyllabon: sicut in Nostri Erecth. Fr. 1. 7. — 29. Lege βασιλῆον ἀ-ϋτῶ δ' αὐδάν.

II. 1, 2. Hoc distichon est Nuncii orationis pars ultima: cui tribuendum (utcunque renitente Plutarch. p. 665. C. qui diserte haec verba Clymenae tribuit; ... eodem, opinor, errore quo tribuit Clymenae Fr. ... μισῶ δ' εὐάγκαλον [lege εὐάγκυλον] τόξον, κρανείαις γυ... δ' οἴχοιτο) est Fragm. IX. φίλος δέ σοι Ἄλουτος ἐν ... σήπεται νέκυς: — cui subiungere liceat e coniectura Οὐ πᾶν τὸ σῶμ' ἄϊστον ἡ βία ποιεῖ: necnon e ruderibus literarum in Ms. eruere Πυρὸς, κεραυνός τ' ἐν ... φθορὰν ἀεί: de quo tamen versu utcunque dubius, ... haereo de lectione probe restituta Ζῶσαν, δι' ἣν ... ἀτμὸν ἔνθεον. Dicitur enim φθορὰν ἀεὶ ζῶσαν, ut ... ἕλκος et πένθος ap. Lex. Bekker. p. 347. et ἄχθος ... in Aesch. Suppl. 996. ex emendatione Bothei et ...leii in *Edinburgh Rev.* N. 37. p. 75.: neque valde ... in Hel. 993. Ἀθάνατον ἄλγος, neque τὴν ὀργὴν — ... in Eurip. Philoct. Fr. X. neque ἀφθίτους γνώ... in Soph. Μυσοῖς ap. Hesych. Dicitur quoque ἀτμὸν ... ut in illo, si recte arbitror, Tragici versu ... Longin. c. XIII. ἔνθα γῆς Ῥῆγμ' ἐστ' ἀνάπνεον, ..., ἀτμὸν ἔνθεον (ita enim debui corrigere ad Tro. ...); necnon in illo Sophocleo Αἴαντι — Πάρεστ' ἐπ' ... πατέρ' ἔχων, κεραυνίῳ Ἀτμῷ καταστάζόν τε βύσσινον ...: quod bene convenit cum Virgiliano *fulminis afflatit ventis*. Certe in tali loco probe commemoratur ..., teste ipso Euripide in fol. 163. recto v. 68, 69.: ... τ' ἐκ Διὸς πυρίβολοι πλαγαί. Neque male restitui... βία πυρός. Hesych. etenim Βία πυρός. δύναμις πυρός. ... nescit Homericum πυρὸς μένος aut Aeschyleum ... — λαμπάδος? De locutione ἄϊστον τιθέναι vel ποιεῖν, ... Tro. 1321. ἄϊστον — με θήσει. — v. 3. Clymene haec ...uitur. — v. 4. et sqq. Ita locum depravatum corrigere volo.

πᾶς τις δ' (ἐπιστολαῖς τάδ', οὐ γαμηλίοις
μολπαῖς, αὐτῶ, παρθένοις ἡγουμένη)
ὃν φασι θεοῖς μολυσμὸν, ἐξομόρξετε,
εἰ κρουνός ἐστιν αἵματος χάμαι πεσὼν,
σπόγγοις τ' ἀποψᾶν, δμῶες· ἐγκρύψω δὲ νιν
ξεστοῖσι θαλάμοις, ἔνθ' ἐμοὶ κεῖται πολὺς
χρυσός, μόνη δὲ κλῇθρ' ἐγὼ σφραγίζομαι.

... cui displiceat πᾶς τις — ἐξομόρξετε, is legat ἐξομορξάτω: legi quoque poterat δ', ἐν ...λαῖς: nam utraque

vox est proba. Cf. Aesch. Prom. 3. ἐπιστολάς: quae appellantur ἐντολή in v. 10. Mox θεοῖς μολυσμὸν intelligent ii, qui norint veterum religionem, apud quos piaculo esse perhibetur sanguis et signa mortis.' VV. DD. ad Hipp. 1438. θέμις — Οὐδ' ὄμμα χραίνειν θανασίμοισιν ἐκπνοαῖς. Dein κρουνὸς αἵματος hic dicitur; αἵματος κρουνὸς in Rhes. 790. Hec. 568. — — v. 8. xerat Nuncius ap. Euripidem in Fr. IX. Ἄλουτος ἐν φαγξὶ σήπεται νεκυς — Iure igitur Clymena poterat nistros iubere Σπόγγοις ἀποψᾶν. Mecum facit neque stat Aristophanes in Ἀναγύρῳ ap. Suidam in Παραλοῦ. Ἀλλὰ πάντας χρὴ παραλοῦσθαι κᾆτ' αὖ σπόγγους ἐᾶν. 16 R. exempla tam nominis quam verbi congessit Elmsl. Ach. 463. nempe Vesp. 600. Ran. 482. 487. et Th. 247. His adde Pherecratis fragmentum ap. Eustath. 707, 36. Rom. Τὸν ἱδρῶτα καὶ τὴν ἄρδαν ἀπ' ἐμοῦ σπόγγι ita enim, vice ἀρδαλίαν, legit Meineke Cur. Crit. p. ex Eustathio p. 1761, 9. quo respexit et Hesych. Ἀ μολυσμός. At σφόγγοις dixisset Atticus. Vid. Pierson Moer. p. 360. Mox ἀποψᾶν plane tuetur Aristoph. 910. Ἀπομυξάμενος, ὦ Δῆμ', ἐμοῦ πρὸς τὴν κεφαλὴν ἀπο ubi tamen ἀποψῶ est vocis mediae. — Exstat vero Euripid. Iph. T. 311. Ἀφρόν τ' ἀπέψα, voce act necnon περιψῆν in Equit. 909. Ἰδοῦ δέχου κέρκον λα τὠφθαλμίω περιψῆν. Verum ibi legi debet περιψῶ in dia: sicut ἀποψᾶσθαι in Plut. 817. Eq. 572. Pac. 12 et Ran. 490. Hesych. Ὀμόργνυ· ἀπέψα. — Opportu admodum Chorus dicitur Ὠκεανοῦ πεδίων οἰκήτορες; ide que spongiam, quae nascitur ad maris litus, null erat colligere labor. Denique de supplementis voc αὐτοὶ — πολὺς et σφραγίζομαι, nemo semel monitus d bitabit. Exstat σφραγίζομαι in Iph. T. 1372. — — v. 1 12. Ita tandem Ms. locum praebet sanum; quem Cr tici sanare non poterant ope Macrobii I, 17. et Sch ad Orest. 584. — — v. 13. Praetulerim Ἐκτὸς. Vi Porson. ad Equit. 1272. et 1286. — v. 16. Opti Dobraeus ἀείδομεν. — v. 16. Nequeo intelligere ποτνία Malim ἐπακτρίαν adductricem. Hesych. Ἐπάκτιος· ὁ Ἑρ μῆς ἐν Σικυῶνι. Lege Ἐπάκτριος. Eadem metaphora Κυ νετίαν: quod exponit Hesych. ἤτοι Ἄρεως κόρην ἢ Ἀθηνᾶ ἢ Πειθώ: ubi lege Κυνηγέτιν· ἤτοι Ἄρεως κόρην. Etenim Ἐπακτρία et Κυνηγέτις esse synonyma patet ex Hesychio Ἐπακτρὶς · καὶ οἱ κυνηγοὶ, ἐπακτρεῖς. Dixisset Comicus Προσαγωγόν: cf. Ran. 1106. vel προμνήστρίαν: cf. Nub. 41 Aliis fortasse hic placebit τῶν ἐρώτων παίγνιον: — collato illo Horatiano, Quam locus circumvolat et Cupido; nec non Pindarico Fr. Κυπρίδος μέλημα; item Sapphico Fr.

quod ex Aristophane Eccl. 1016. augere poterat ...eldus Ὦ χρυσοδαίδαλτον ἐμὸν μέλημα, Κύπριδος ἔρνος] ...μα Μούσης, Χαρίτων θρέμμα, Τρυφῆς πρόσωπον (Me...m est Choriamb. Tetram. Catalect.) verum melius ...παιγνίου convenit Homericum ἄθυρμα. Alicubi me ...se memini Ἐρωτοπαιγνίου: sed locum non in prom... habeo. — — v. 17. Stare quidem potest γαμήλιον. ...lim tamen παρθένοις Γαμόστολον. — v. 18. Lege om... σοὶ τόδ' ἄγω, νύμφα, στέμμα. Cf. Hipp. Σοὶ τόνδε ...ὸν στέφανον — — ὦ δέσποινα — — φέρω: quem imi...r, si bene memini, Comicus ap. Athenaeum. — v. ...Latet aliquid in νεοζυγίστῳ. Malim νέων ζυγίῳ. Al...altum Chorus Hymenaeum; qui iure eodem dici po...t Ζύγιος, quo dicitur, Hesych. teste, Ζυγία, ἡ Ἥρα, Ζύγιος, Ζεύς: — quibus addit Plutarch. Quaest. ... II, p. 264. B. Ἀφροδίτην Πειθὼ καὶ Ἀρτεμίδα. — — ...ι. Hinc intelligas Hesych. Πῶλος· — — οἷον „Ἀφρο...πώλους" ἢ τοὺς νέους, ἢ τὰς νέας καὶ παρθένους. Eu...ap. Athen. XIII, p. 568. E. πῶλος Κύπριδος. — ...24. Lege omnino βασίλις. — v. 25. Manifesto scripsit ...pides ἀστέρ' ὥς τοῖσδε δόμοισι χρυσέον. Loquitur Cho... de Phaethonte. De viris cum stella comparatis, cf. ... Rh. II, 140. οὐρανίῳ ἀτάλαντος Ἀστέρι Τυνδαρίδης, ...κάλλιστοι ἔασιν Ἑσπερίην διὰ νύκτα φαεινομένου ἀμαρυγαί: ...II, 956. Ὑψόσ' ἀναθρώσκων ἅτε Σείριος Ὠκεανοῖο: et ...us 1375. Alia est ratio loci in Soph. El. 66. ἐχθροῖς ...ον ὡς λάμψειν: ubi Codd. utinam praebuissent ἐχθροῖς ...ον λάμψειν. Fons locutionis est Homer. Il. E. 6. ...' ὀπωρίνῳ ἐναλίγκιος: quem imitatur Horatius *fulgidus* et Carmen Ithyphallicum apud Athen. VI, 253. E. φίλοι μὲν ἀστέρες Ἥλιος δ' ἐκεῖνος. — — v. 27. ... ni fallor exhibet, βασίλευμ' ἀειζῶόσ' τ' ὄλβος. Lex. ...kker. p. 347. Αἰσχύλος Γλαύκῳ· Καὶ γεύομαί πως τῆς ...ου ποᾶς. — v. 28. Ms. sine dubio exhibet ὅς θεὰν ...ένεσις. — v. 33. Suspicor ita fere Euripidem scri...se.

γυναῖκ' ἄνωχθι πᾶσι τοῖς κατ' εὔστομα
θεοῖς χορεῦσαι καὶ „μεμουσῶσθαι γάμον
„σέμνοισιν ὑμεναίοισιν, Ἑνεστοῖ θ' ἕδος,
„ὑφ' ἧς γε σώφρων πᾶσ' ἂν ἄρχοιτ' ἂν[πόλις],"
εὐχὰς π[οιεῖσθαι τάσδε, κἀδέρκτως στολὸν]
θεᾶς προσελθεῖν τέμενος εἰς εὐνωνύμου.

...intellige θεοῖς τοῖς κατ' εὔστομα *Diis inferis*. Cf. Oed. ...126. ἄλσος — κορᾶν, ἃς — παραμειβόμεσθ' ἀδέρκτως — εὔ...στομα φροντίδος ἱέντες. Unde patet supplendi ratio ...em ἀδέρκτως. Mox Euripideum μεμουσῶσθαι ridet,

Aristophan. in Lys. 1127. μεμνήσωμαι καλῶς. Dei… στοὶ et ἑστία permutantur in Aeschyl. Suppl. 377. ut… nui in *Class. Iourn.* N. 6. p. 187. legendo βῶλον … χθονός. Ibi citantur S. c. Th. 171. ἐν εὐεστοῖ φίλ… Agam. 656. χαίρουσαν εὐεστοῖ πόλιν. Addit Blomfie… Herodot. I, 85, ἐν τῇ ὧν παρελθούσῃ εὐέστοῖ. Ipse … et Hesych. Κακεστοῦν· κακὴν κατάστασιν ἢ ἀπραγίαν. E… et Ἀπεστὼ ap. Herodot. IX, 85. et in Callimach. … Suid. in V. necnon Ἀειεστὼ ap. Antiphontem teste H… pocratione in V. Fuit Εὐεστὼ, sicut Μορμὼ, ali… generis eiusdem, pro daemone quodam habita. De … re poteram notam scribere longissimam, colligendo … nia fere illa daemonum nomina: sed ea sunt neque t… poris huius neque loci. — De vocibus a me inser… dubitare potest, de sententia minime. Vice ἐξ εμων δομ… quomodo legerat Bekker, Ms. exhibet, teste Dobr… amico, ες ευωνυμον. Vero proxime. Sensus post… εἰς εὐωνύμου. Furiae appellantur εὐώνυμοι: et Furiar… regina, quam hic intelligi patet e v. infr. 18. δέσπο… Δήμητρος κόρη, appellari potest εὐώνυμος θεά — — v. … Dobraeus ἔστροφ'. Ipse malim ἔστρεψ'. — v. 44. Ma… festo legendum Οὐ γάρ σε σώζεις σεμνὰ θησαυρίσμ… Hesych. Θησαυρός· εἰς ἀγαλμάτων καὶ χρημάτων ἢ ἱερ… ἀπόθεσιν οἶκος. Eadem sunt κειμήλια in Fol. 162. ver… — — v. 45, 46. Sic lego:

χρυσοῦ, δι' ἁρμῶν ἐξαμείβομαι, μόλις
ἀκταινόμενος —

ΜΕΡ. ἀλλ' ἄνυσον·

ΘΕΡ. ἔκτοσθεν στέγης.

* * *

Illud ἀκταινόμενος plane tuetur Aeschylus in loco s… millimo. Etenim in Eumen. 36. Pythias, quae in… e scena egressa erat, iterum extemplo redit, Furiaru… visu adeo perterrefacta, uti ipsa dicit, Ὡς μήτε σωκεῖν μή… μ' ἀκταίνειν βάσιν: quem locum respexit Phrynich. in Le… Bekker. p. 23. sive ap. Ruhnk. ad Tim. p. 20. Αἰσχύλ… „οὐκέτ' ἀκταίνω" φησὶ — οἷον οὐκέτ' ὀρθῶν δύναμαι ἐμα… τόν. Ad similem fere locum referri debet gl. Hesych… Ἀκταίνουσα· τρεμοῦσα ἢ ἀσφαλῶς κρατοῦσα: ubi tamen le… ἀτρεμοῦσα. — Similiter ap. Euripidem Servus in sc… nam μόλις ἀκταινόμενος, prae timore redit. Ibi μόλις r… posui; quia πύλης in singulari est res plane singulari… ut monuit Porson ad Orest. 1081. Mox illud ἀλλ' ἄνυ… σον se tueri potest ex Aristoph. Plut. 413. Μὴ νῦν δι… τρίβ' ἀλλ' ἄνυε πράττων ἕν τάχει [sic enim lego vice ἕν … τι]. Etenim dictis μόλις ἀκταινόμενος, Servus oratione… sistit, se colligendi causa: at orationem pergi … vul…

...ae impatiens, ut solet esse, rex. Denique defectum ...steriscis signavi. — — v. 50. Nihili verbum est ἐπισ-...ρεις. Scriptores probati semper usurpant εἰσφρήσας. Igitur frustra in Vesp. 162. ἔκφρει voluit Brunck. in Supplemento; frustra quoque ἐξέφρουν Musgrav. in Cycl. 231.: neque plus tribuerim Photiano Οὐκ ἐκφρῶσι· οὐκ ἐξαφῶσι· ...φοκλῆς: neque coniecturae Porsoni dubitantis ἐξεφροῦ-ν ἂν in Vesp. 125. Quae loca omnia, praeter Sophocleum, sunt alio modo facillime emendanda. Quod ad ...ac locum attinet, manifesto corruptelis scatet. Suspicor Ms. exhibere μὴ δι' Ἡφαίστου χόλον Δασπλῆτ' Ἐρι-... μέλαθρα συμφλέξῃ πυρί. Vocem Δασπλῆτις esse aliquoties depravatam monuit Ruhnk. Epist. Crit. p. 155. ...dem restitui debet Eumen. 190. οὐ χρηστηρίοις Ἐν ...ισδε πλησίοισι τρίβεσθαι μύσος. Ubi, annis prope unde-...inti exactis, emendavi Ἐν τοῖσδε δεῖ δασπλῆτι τρίβεσθαι ...ῶς, memor Homerici δασπλῆτις Ἐρινύς: quo respexit Hesych. Δασπλῆτις· μεγάλων κακῶν ἀναπιμπλαμένη, πολλοῖς ...σιάζουσα· οἱ δὲ ἀπλήστως τιμωρητικὴ καὶ χαλεπή· ἐπὶ τῆς ...ιννύος. Hac occasione corrigi debet et Plutarch. II, 988. A. Καὶ πλησίον ὄψιν τῷ Ἀπόλλωνι περὶ τοῦ χρηστη-... μονομαχοῦσαν ἐν Δελφοῖς γενέσθαι λέγουσι: scribendo καὶ ...λῆτιν ὄφιν — — περιγενέσθαι λέγουσι. Etenim περιγίγνε-...αι est *superare*. Amice mea coniectura δι' Ἡφαίστου ...λὸν Δασπλῆτ' Ἐρινὺς convenit cum Σὺ δ', ὦ πυρὸς δέ-...οινα, Δημήτρος κόρη, Ἥφαιστέ τ' εἴητ' εὐμενεῖς δόμοις ...οῖς. — — v. 64. Suspicor in Msto. esse scriptum ...ήρησα· καπνὸς ἔτ' ὅσσ' ἔχει. — v. 57. Haec Merops eloquitur. — v. 58. Scripsit Euripides, opinor, Δειφθέντα ...ωλῶς μ' ἐς μέγαν χειμῶν' ἐλᾷν. Antiatticista. Ἐλᾷν· ἀντὶ ...ῦ ἐλαύνειν· Κάνθαρος Μηδείᾳ. — v. 63. Sententiam supplere possum legendo τί μ' αἰθέρος ἢ γᾶς ὑπὸ κεῦθος ...αντον οὐχ ἀμαυρώσω. — v. 67. Malim κρύφ' ἔτ' οὐ. — v. 73, 74. Lege τὰς σφαγὰς σφαγὰς οἰκτράς. — v. 78. Haec loquitur Chorus.

Codice Claromontano inter Paris. N. 2245. unde haec descripta sunt, primus, quod sciam, usus est Wetsten. ad Praef. in N. T. Vol. II, p. 6. ibique nonnulla excerpta dedit, fragmentum Sophocli tribuens; quod nunc Euripidis esse constat e Macrobio diserte illud distichon citante Ὦ χρυσοφεγγὲς Ἥλι', etc. ubi co-...amina Porsoni verba depravata emendantis Tragicus ipse tandem repertus irrita et rata facit. Post Wetstenium Codicem illum oculis subiecit suis Henricus Hasius; specimenque aere incudi iussit in Gailii Philolog. non satis accurate; uti fama est. — Magno literarum damno Codex ille pervetustus non nisi folia

duo habet rescripta charactere, quem vocant, capitali. Hinc evenit, ut *A*, *Δ*, *Λ*: *AI*, *N*: *Γ*, *T*, *Π*: *O*, *C*: *E*, *Θ*. vix inter se dignosci queant.

E fragmentis hisce, aliisque olim vulgatis, liquido patet, quae fuerit fabulae oeconomia. Nempe in scenam intrabat Phaethon conviciis commotus, (quod et Oedipus ap. Sophoclem se fecisse testatur Polybi ad mensam,) quae sibi, utpote Solis filio non germano, ingerebantur; matremque, ad nuptias peragendas nato obviam opportune factam, sciscitatur de natalibus falso necne, dictis. Documenta, quibus Phaethon se filium Solis esse cognoscere possit, mater exponit. Uni etenim voti optionem Clymenae, aut filio eius, promiserat Apollo, (sicut tres optiones Theseo Neptunus) ut de patre deo nullus esset filio dubitandi locus. Quo audito Phaethon Meropi, frustra dehortanti, consilium aperuit, quod secum constituerat, in alias terras migrandi, quo melius convicia aequalium effugere possit. Artibus fere iisdem Creonta patrem Menoeceus in Phoenissis, mortem sibi pro patria meditatus, sopitum reddit. — E scena egressus Phaethon illico se ad Phoebum contulit. Currus Solis rogat, votique compos, temeritati poenas dat, ictus fulmine, praecepsque in terram combustus ruit. Nati casum Clymene per nuncium intelligit: examimesque artus post ruinam repertos in loco quodam secreto condit, ubi, Merope nesciente Clymenae filium esse Phaethonta Apollini genitum, mater luctus suos renovare poterat. Verum is locus, casu quodam insperato detegitur; et Clymene violati hymenaei iamiam poenas datura erat, nisi Apollo, e machina Deus, rem omnem patefecisset. Ex eius ore, ni fallor, venit illa itineris descriptio ap. Clement. Alex. et Longinum, ita legenda [Fragm. VI.]

[ἐγὼ δέ γ᾽ εἶπον], μὴ θιγῆς [τῶν] ἡνιῶν
[ὦ] παῖς, ἄπειρος ὢν [σύ], μὴ δὲ τὸν δίφρον
ἀναβῆς, ἐλαύνειν [ἅρμα] μὴ μαθὼν [ἔτι].

Haec dicta, quae ridebat Eupolis ap. Harpocrat. et Photium V. *Κατάστασις. Οὐκ ἐσωφρόνησας, ὦ πρέσβυτα, τὴν κατάστασιν Τήνδε λαμβάνων ἄφνω, πρὶν καὶ μαθεῖν τὴν ἱππικήν*, excipiebat narratio de Phaethonte voto perstante, necnon de patris monitis, quae descripsit Ovidius, iis similia [Fr. VII, XIII, XIV, VIII.]

ἔλα δὲ, μὴ δὲ Λιβυκὸν αἰθέρ᾽ ἐμβαλών·
κρᾶσιν γὰρ ὑγρὰν οὐκ ἔχων [ἐκεῖ πόλος,]
κυκλοῦ δίχ᾽ ἂν στήσειε τὴν ἀψῖδ᾽. ὅσῳ
θερμή δ᾽ ἄμικτος φλὸξ, ὑπερτέλλουσα γῆς,

καίει τά γ' ἐγγὺς, τὰ δὲ πρόσω γ' εὔκρατ' ἔχει,
ἱεὶς ἐφ' ἑπτὰ Πλειάδων ἔχ' εὖ δρόμον.
τοσαῦτ' ἀκούσας εἶτ' ἔμαρψεν ἡνίας·
κρούσας δὲ πλευρὰ πτεροφόρων ὀχημάτων,
μεθῆκεν· αἱ δ' ἔπταντ' ἐς αἰθέρος πτύχας·
ἐγὼ δ' ὄπισθ' ἐς νῶτα Σειρίου βεβὼς
πτήσσοντα παῖδ' ἐνουθέτουν· „ἐκεῖσ' ἔλα,
„τῇδ' εὖ στρέφ' ἅρμα· τῇδε — —"

De vocibus ad sententiam explendam interpositis, quid verbis opus est? Hae etenim sunt merae hariolationes. De mutatis vero, alia est quaestio. In primis erui κύκλου δίχ' ἂν στήσεις τὴν ἀψῖδ' ὅσῳ ex ἀψῖδα σὴν κάτω δίῃσει? quae nemo intelligere potuit. Mea lectio reddi potest Anglice, *Shall make the felly of the wheel to stand apart disjointed.* Mox redde ὅσῳ *eatenus:* subaudi ἐν. Vid. Porson. Advers. p. 294. de formula ἐν ὅσῳ. Dein vice ἄνακτος dedi ἄμικτος. Egregie ἄμικτον restituit Eurip. Melanipp. Fr. 13. Heathius ante Porson. ad Toup. p. 460. Deinde καίει τὰ πόῤῥω τὰ δ' ἐγγὺς εὔκρατ' ἔχει Vitruv. IX. 4. Verum hoc Naturae legibus plane oppugnat. Certe Sol καίει τά γ' ἐγγὺς τὰ δὲ πρόσω γ' εὔκρατ' ἔχει. Mox vulgatur ἴει — ἔχων. Reposui ἔχ' εὖ. Istud εὖ in tali loco est solenne. Cf. Hom. Il. Ψ. 309. Οἶσθα γὰρ εὖ περὶ τέρμα ἑλίσσεμεν et 466. Εὖ σχεθέειν περὶ τέρμα. Denique vulgata πατὴρ δ' ὄπισθε νῶτα Σειρίου βεβὼς Ἵππευε VV. DD. mire torsit. Manifesto πατὴρ est citantis Longini verbum; qui scripsit et ἐνουθέτει, non vero Ἵππευε: hoc enim e librarii oscitantia proficiscitur vice πτήσσοντα: quod legerat Ovidius — *Phaethon — Palluit, et subito genua intremuere timore, Suntque oculis tenebrae per tantum lumen obortae.* Inter Fragmenta olim vulgata, ad colloquium inter Meropa et Phaethonta pertinet Fr. V. ubi Iuvenis, ut opinor, dixerat

Λόγον δ' ὀνειδιστῆρα δεῖνον ἦν βαλεῖν.

(cf. Herc. F. 218. Λόγους ὀνειδιστῆρας ἐνδατούμενος) cui respondit pater, ita enim lego,

δεινόν γε· τοῖς πλουτοῦσι δ' ἔμφυτον τόδε.
ΦΑΕ. σκαιοῖσι γ' εἶναι· τί δὲ, πάτερ, τοῦδ' αἴτιον;
ΜΕΡ. κάρτ' ὄλβος αὐτοὺς ἂν τυφλὸς συνηρεφεῖ.
ΦΑΕ. τυφλὰς ἔχουσι γοῦν φρένας τὰ τῆς τύχης.

Ibi ἔχουσι est dativus. Subaudi ἐστι. Ad diverbium idem refer Fr. II. ex ore Phaethontis,

ὡς πανταχοῦ γε πατρὶς ἡ βόσκουσα γῆ.

necnon Fr. XII. — ψυκτήρια Δένδρη φίλαισί μ' ὠλέναισι δέξεται.

Inter argumenta, quibus de consilio Phaethonta deflectere conatus est Merops, suspicor inesse aliquid ad res politicas et nuptiales pertinens. Fortasse iuvenem esse regni participem voluit rex; e cuius ore venit Fr. IV. *Ναῦν τοι μί᾽ ἄγκυρ᾽ οὐδαμῶς σώζειν φιλεῖ, Ὡς τρεῖς ἀφέντι· προστάτης θ᾽ ἁπλοῦς πόλει Σφαλερὸς, ὑπὼν δὲ κἄλλος οὐ κακὸν πόλει*: ubi tamen legi debet *ἄγκυρ᾽ οὐκ ἴσως* *non aeque* — *Τῷ τρεῖς* — At ex Fr. XV. colligi potest, quid de nuptiis senserit Phaethon, quo iudice *Ἐλεύθερος δ᾽ ὢν, δοῦλός ἐστι τοῦ λέχους, Πεπραμένον τὸ σῶμα τῆς φερνῆς ἔχων.*

Ad orationem vel Apollinis vel Meropis referri debet Fr. III.

Ἐν τοῖσι μωροῖς τοῦτον ἐγκρίνω βροτῶν, Ὅστις πατὴρ ὢν παισὶ μὴ φρονοῦσιν εὖ, Καὶ λιπαροῦσι παραδίδωσ᾽ ἐξουσίαν. Ita enim lege vice *Ἢ καὶ πολιταῖς.* Euripideum est verbum *Λιπαρεῖν.* Id patet ex Aristoph. Ach. 450. *νῦν δὴ γένου Γλίσχρος· προσαιτῶν λιπαρῶ σ᾽, Εὐριπίδη.* Aliis fortasse placebit *Εἴκ᾽, ἐν λιταῖσι* — Verbum *εἴκω* praebent Indices Tragicorum.

III.

De usu particulae *ἌΝ* apud Graecos.

Dissertatio I., in qua de hac particula cum optativo apud *Xenophontem* potissimum et alios quosdam scriptores contra regulas vel coniuncta vel omissa agitur.

Munus Prorectoris in Gymnasio Frideric., quod Francofurti ad Viadr. floret, auspicaturus scripsit *Ern. Frid. Poppo.* Francof. MDCCCXVI.

[Editio *altera* multo auctior.]

Subtilioris grammaticae Graecae studium diu prorsus neglectum, ex quo ante hos viginti annos inter nostrates maxime et Anglos vigere coepit, nonnullorum egregiorum virorum opera eo perductum est, ut, quamquam non pauca supersint, de quibus in varias partes disputetur, alia tamen, quae initio spissa caligine obtecta erant, iam in clara luce posita esse videantur. Quod quo facilius ab omnibus intelligatur, hoc potissimum opus sit, ut, quae a viris doctis passim vel in editionibus veterum scriptorum, vel in libellis criticis

atque grammaticis his de rebus dicta sunt, ea colligantur, ut uno in conspectu videri atque denuo examinari possint. Nam neque omnibus eae sunt facultates, quae singulos illos libros comparandi potestatem iis faciant, neque, si plurimi ad manus sint, continua eorum perscrutatio semper labore et taedio caret. Quem laborem fuerunt quidem nuper multi, qui valde minuerent accurate confectis indicibus, quorum ope semel lecta sine magno negotio in mentem revocari possunt; quod exemplum in tanta librorum hodie pervestigandorum copia magnopere optandum est, ut omnes imitentur. Sed etiamsi hoc factum fuerit, quod nondum factum est, tamen ne ita quidem plerique de partibus quibusdam subtilioris grammatices Graecae prius poterunt recte indicare, quam omnia huc pertinentia uno fasciculo comprehensa reperiantur, praesertim quum hic illic sententiae propositae sint, quae decretis aliunde notis vel repugnant, vel certe videntur repugnare. Iam verum quidem est, ad has res explorandas multum praesidii attulisse omnibus Matthiaei Grammaticam Graecam: qui liber nisi alias etiam virtutes haberet, vel ideo omnibus cum Graeca lingua familiaritatem contracturis maxime commendandus esset, quod regulae syntacticae egregiis exemplis e veteribus scriptoribus desumptis illustratae sunt, simulque ad eos viros doctos provocatum est, qui de iisdem rebus plura monuerunt. Sed quum illa grammatica in lucem prodiret, multa adhuc dubia videbantur, de quibus nunc non amplius dubitatur; plura etiam minus accurate definita erant, quae nunc rectius exposita sunt; et alia quaedam, quamvis pauca, pro veris habebantur, quae falsa esse nunc intelleximus.

Haec igitur omnia quum consideraremus, non inutilem laborem nos suscepturos putabamus, si de aliquot capitibus difficilioribus syntaxeos Graecae ita dissereremus, ut et, quid adhuc e disputationibus de iis institutis effectum esset, declararemus; et, quae etiamnum dubia viderentur, si fieri posset, explanaremus; sin vires nostrae ad hoc perficiendum non sufficerent, alios certe a Musis magis dilectos ad hanc viam ingrediendam impelleremus. Et hoc quidem tempore optimum visum est disputare de particula ἄν, sive, ut apud poetas Ionicos atque etiam Doricos saepe dicitur, κε seu κεν, apud Dores etiam κα (ᾱ prod.). Cuius voculae usus quam late pateat in Graeca lingua, neminem fugit, qui huius cognitione vel leviter imbutus sit.

Neque minus constat, quam difficilis fuerit accuratior huius usus descriptio. In qua viros doctos parum vel nihil adhuc profecisse existimaverit is, qui fando solum comperit litem nuper hac de re motam.

Vidimus enim virum ingeniosum contra grammaticorum in Germania principem eumque ipsius praeceptorem ita disputantem, ut hunc vim et usum particulae ἄν prorsus non intellexisse contendere videatur. (V. Thiersch. Additamm. ad Herm. sec. ed. Vig. in Act. Monacc. II, 1, 101. sqq.) Quod si ita esset, et viginti annis ne acutissimo quidem viro licuisset huius particulae naturam perspicere; sane conclamatum esset de omni philologia. Sed qui illam Thierschii dissertationem legerit, facile intelliget, ibi non tam de usu huius particulae, qui apud scriptores veteres plerumque obtinet, sermonem esse, quam de prima eius significatione. Quam quum Hermannus ita constituisset, ut ἄν moneret proprie non necessario ad modum aliquem pertinere, sed particulam esse per se constantem, quae nostris voculis *etwa*, *vielleicht*, *wol*, responderet, atque orationem per se incertam magis etiam dubiam redderet: haec apparet ideo tantum dicta esse, ut aliquid saltem haberemus, quo plurimae hanc particulam usurpandi rationes aliquo modo comprehenderentur. His igitur verbis nihil aliud continetur, quam, ubicunque ἄν inveniatur, eius usum ex illa significatione primo loco posita explicari posse; non autem vicissim dicitur, ubicunque nostrates particulis *etwa*, *vielleicht*, et similibus utantur, ibi a Graecis ἄν positum esse. Quod qui contendat, eum necesse est statuere, quorumcunque vocabulorum prima significatio eadem sit in Graeca atque in vernacula lingua, horum etiam derivatas notiones omnes debere convenire; quam sententiam quomodo defendat, ipse videat. Quare non potuimus satis mirari, quod legimus, ex Hermanni sententia formulas οὐ σάφα οἶδα, ἄδηλον τοῦτο et similes ἄν admittere, atque in formula *es kamen etwa sechs* incertum esse, utrum *etwa* per ἄν, an per ἄρα. τε, που, τάχα, ἴσως et si quae aliae huius generis supersint particulae, exprimendum sit. Ita ab Hermanno iudicari, si quis alius scripsisset, quale consilium eius disputationi subesset, dubitaremus; sed quum vir doctissimus, ex ipsius Hermanni disciplina profectus, atque pietatis in praeceptorem sensu animatus loquatur, unam tantum probabilem insolitae huius rei invenimus explicationem. Ea vero haec est. Thierschius quum eos perverse agere intellexisset, qui prima atque universali alicuius vocis

significatione quodammodo intellecta, de ea philosopharentur tantum, neque usum linguarum, gravissimum harum rerum moderatorem, consulerent: hoc optime exemplo quodam declarari posse putabat. Quemadmodum enim, qui virtutes quasdam commendant, saepe narratiunculis utuntur, quod has auditu atque lectu iucundiores esse, ideoque animis diutius infixas manere credunt: sic idem in rebus grammaticis fieri potest. Quod igitur alius ita fere dixisset: „cavete, tirones, ne, si cuius vocabuli primam aliquam, quae esse putatur, notionem tenueritis, atque de illo philosophari quodammodo didiceritis, rem confectam putetis; sed usum loquendi consulite, ne omnis illa philosophia in grammatica inanis reperiatur:" id Thierschius exemplo quodam illustrare statuit. Quod ex Hermanni scriptis deprompsit, quum horum summam apud omnes auctoritatem esse sciret. Monuit igitur non sufficere, si quis ex annotationibus ad Vigerum didicisset, particulam ἂν orationem incertiorem reddere; hanc enim formulam accuratius explicandam esse, eique adeo aliam, secundum quam ἂν conditionem indicare dicatur, substitui posse. Itaque omnis haec quaestio aperte philosophica est atque methodica; spectat enim eo, ut et prima voculae ἂν notio inveniatur, et ratio, qua tirones eius usum optime discant, declaretur. Ab utraque quaestione nos hic abstinendum iudicavimus. Unum affirmamus, quum nos, Hermannum secuti, iuvenes disciplinae nostrae commissos docuerimus, ἂν orationem incertiorem reddere; tamen ne semel quidem ulli eorum in mentem venisse ad οὐ σάφα οἶδα addere ἄν, quoniam usum huius voculae ita exposuimus, ut eum statim expositum leges. In hac enim, quae sequitur, disputatione non philosophum agere, sed solum usum linguae Graecae consulere, ideoque non tam quomodo ἂν e philosophicis rationibus usurpari potuerit, quam quomodo a Graecis usurpatum sit, examinare constituimus. Quod ita faciemus, ut regulas satis notas atque dubitatione carentes paucis tantum innuamus laudatis tamen simul iis viris doctis, a quibus eae plenius expositae sunt, diligentius vero in ea inquiramus, quae ab his regulis recedere videantur. Qua in re et singulorum scriptorum genera distinguere studebimus, quod non satis adhuc factum est, et locos aliqua ex parte suspectos critice tractabimus. Exempla autem quae proferemus, maximam partem e Xenophonte, sed etiam e Thucydide, bucolicis poetis, Luciano et aliis nonnullis scriptoribus repetemus. Nam ex Homero, Pindaro

et tragicis loci memorabiliores huc pertinentes iam ab Hermanno, Schaefero, Porsono, Erfurdtio, Lobeckio, Thierschio aliisque enotati, et melius, quam hic fiat, tractati sunt, ut ad hos viros ablegasse sufficiat. E Platone vero quae huc advocentur, eorum multa iam Heindorfius attulit: qui nisi fato nunquam satis deplorando litteris praemature ereptus esset, mox etiam reliqua, quae nondum attigerat, egregie illustrasset. Horum igitur virorum testimoniis ubique usi sumus, ita tamen, ut fundamentum disputationis nostrae imprimis ea sint, quae a duobus peritissimis harum rerum arbitris, Hermanno in Annott. ad Vig. et Schaefero in Melett. critt., libris, quibus nemo philologorum, qui plus quam vulgus sapere cupiat, carere potest, exposita sunt. Quos summos viros ut libenter sequimur, ita dolemus, ab alio viro, de Graecis litteris optime merito, saepissime nobis dissentiendum fuisse. Qui dissensus hoc potissimum tempore nobis maxime iniucundus est, quo in eo sumus, ut munus in ea ipsa urbe suscipiamus, in qua ille per aliquod tempus Graecarum litterarum studia praeclare rexit. Sed veritatem nos semper aliis omnibus rebus potiorem duximus; et quo maior est illius viri auctoritas, et quo frequentius Xenophontis editiones ab eo curatae tironum manibus volutantur: eo studiosius hi monendi sunt, ne in Graecae grammaticae partibus subtilioribus nimium illi tribuant, quippe quas, nisi ab Heindorfio monitus, raro satis curaverit.

Haec praefationis instar dicta sunto. Accedimus ad ipsam quaestionem nostram, in qua proficiscimur ab iis, quae veteres grammatici de usu particulae *ἄν* monuerunt. Ex his scribit ille, cuius librum de syntaxi edidit Bekkerus Anecdd. Grr. I., p. 126. *Ἄν. τοῦτον τὸν σύνδεσμον οἱ τεχνικοὶ δυνητικόν* (alii etiam *ἀοριστολογικόν*, vel *ἀοριστολογικὸν καὶ δυνητικόν*, alii denique, ut Dionysius Thrax. l. l. II., p. 643., sed male, v. Devar. p. 45., *παραπληρωματικόν*) *προσαγορεύουσι· σημαίνει γὰρ πρᾶγμα μὴ γενόμενον, δυνηθὲν δὲ γενέσθαι, εἰ μή τι σύμβαν ἐκώλυεν.* (Cf. Schol. ad Dion. Thr. Gr. l. l. p. 972.) *Πέντε τοίνυν ἐγκλίσεων οὐσῶν, μετὰ προστακτικοῦ ῥήματος οὐ συντάσσεται· οὐδεὶς γὰρ λέγει, ἀναγκώσθι ἄν· ταῖς μέντοι ἄλλαις πάσαις συντάσσεται.* Adduntur deinde plura — omnino enim hic locus praestantissimus esse videtur omnium, in quibus a veteribus grammaticis de *ἄν* disputatum est — sed haec, quae supersunt, suo quaeque loco a nobis inserentur. Minus accurate locutus est auctor fragmenti Lexici Graeci

apud Herm. de emend. rat. Gr. Gr. p. 335. Quod autem ille grammaticus, cuius verba modo adscripsimus, contendit, *ἂν coniungi cum omnibus modis excepto imperativo:* id probatum quidem est plerisque recentioribus. Cf. Devar. l. l. p. 46. Zeunius tamen ad Vig. p. 486. et Hermannus, ib. p. 816. et 820. ἂν etiam imperativo addi posse putant. Qua de re quid iudicandum sit, nunc nondum quaerimus; hoc tamen monemus, hunc usum, si forte admittendus sit, quum omnino rarissimum, tum a prosa certe oratione alienum esse. In hac ἂν quamquam saepe etiam cum indicativo, coniunctivo, infinitivo et participio coniungitur, frequentissime tamen optativo additur. Quare quum angusti limites, quibus hic libellus continetur, non permittant, ut omnem illius particulae usum complectamur, in solo optativo hic subsistamus. Cuius distinguimus usum *absolutum*, id est, non aliunde pendentem, atque usum *relativum*, id est, e coniunctione aliqua vel pronomine relativo derivatum. De utroque singulatim dicetur.

Optativi absolute positi apud Graecos duplex vis est. Nam omnino quidem hic modus indicat, aliquid non esse, sed cogitari: verum de iis, quae cogitamus, aut ita loquimur, ut facile quidem fieri posse dicamus, ut illa eveniant, neque tamen ea accidere diserte vel cupiamus vel nolimus; aut ita, ut ea simul optemus vel evenire vel non evenire. Ille est *modus potentialis*, δυνητικός, hic *modus optativus sensu angustiori*, εὐκτικός. Inde ducitur haec regula, quae usum voculae ἂν cum optativo in sententiis absolutis regit.

Optativus ubi ad optandum adhibetur, particula ἂν caret: ubi autem denotat, facile fieri posse, ut aliquid eveniat, seu aliquid eventurum esse, si quid aliud eveniat, ibi ἂν additum habet.

Quae regula in grammaticis nostris nondum plerumque tam perspicue exposita est, quam fieri debebat. Poterat autem ea iam a Devario p 47. disci, atque a Schaefero ad Gregor. Cor. p. 1015. his paucis verbis comprehensa est. „Hic modus (optativus) aut vere optat, aut, comitem adsciscens particulam ἂν, quae vere εὐκτικόν nunquam comitatur, significat, aliquid futurum esse sub conditione, seu expressa, seu tacita." Cf. id. Melett. critt. p. 120. sq., ubi optativus veri nominis ac ψευδώνυμος distinguuntur, atque huic ἂν addi docetur.

Quae etsi rectissime disputantur, quaeritur tamen, an haec regula exceptiones quasdam habeat. Haec vero quaestio duplex est, quum et utrum optativus vere

optans particulam ἄν interdum comitem sibi adiungat, et utrum modus potentialis eadem particula nonnunquam destituatur, quaerendum sit. Pertinent igitur haec ad usum παραπληρωματικόν atque ἐλλειπτικόν illius voculae, quem veteres commemorant, sed de quo male iudicant. Diligenter enim discernendi sunt et scriptores Ionici atque Dorici ab Atticis, et ex his ipsis poetae a prosae orationis scriptoribus. Homerus enim non raro optativo particula ἄν carenti notionem modi potentialis tribuit. Eundem usum amplexus est Pindarus, quod de utroque poeta satis demonstravit Hermannus Comment. de metr. Pind. p. 241., et ad Vig. p. 818. Hos auctores secuti deinceps sunt ceteri Ionici atque Dorici poetae omnes, etiam seriores, ut Theocritus, et reliqui bucolici, quorum exempla nonnulla laudemus. Theocr. Id. VIII., 18. sqq.

Σύριγγ' ἂν ἐποίησα καλὰν ἐγὼ ἐννεάφωνον,
Λευκὸν καρὸν ἔχοισαν, ἴσον κάτω, ἴσον ἄνωθεν,
Ταύταν κατθείην· τὰ δὲ τῶ πατρὸς οὐ καταθησῶ.

Ib. v. 88.

Ὡς μὲν ὁ παῖς ἐχάρη, καὶ ἀνάλατο, καὶ πλατάγησεν
Νικήσας, οὕτως ἐπὶ ματέρα νεβρὸς ἅλοιτο.

Adderemus etiam versus, qui sequuntur,

Ὡς δὲ κατεσμύχθη καὶ ἀνετράπετο φρένα λύπα
Ὥτερος, οὕτω καὶ νύμφα γαμεθεῖσ' ἀκάχοιτο,

nisi horum alter aliis etiam dubitationibus obnoxius esset. Progredimur igitur ad locos dubitationibus minus obnoxios. Mosch. I., 6.

Ἔστι δ' ὁ παῖς περίσαμος· ἐν εἴκοσι μάθοις νιν.

Id. III., 112.

Καὶ σὺ μὲν ἐν σιγᾷ πεπυκασμένος ἔσσεαι ἐν γᾷ,
Ταῖς νύμφαισι δ' ἔδοξεν ἀεὶ τὸν βάτραχον ᾄδειν·
Τῷ δ' ἐγὼ οὐ φθονέοιμι· τὸ γὰρ μέλος οὐ καλὸν ᾄδει.

Quibus locis facile plures ex iisdem poetis addi poterunt. Sed etiam ex Atticis tragici poetae optativo, ubi modi potentialis notionem habet, non semper addunt ἄν; sed ab his quoque hanc voculam in talibus locis supprimi docuit Hermannus l. l., quocum faciunt Lobeckius ad Ajac. p. 337. et Matth. Gr. p. 723. sq. (not.) Quorum tamen locorum qui extra melicas fabularum partes inveniuntur legitimam aliquam faciunt exceptionem, et sensus in iis aliquantum mutatur, si ἄν supprimitur et si additur. Etenim quum ἄν optativo adiectum significet *fieri posse, ut aliquid eveniat* seu *aliquid fortasse eventurum esse*, quae notio frequentissime requiritur, interdum tamen etiam dicendum est *fieri posse, ut aliquid evenerit* seu *aliquid fortasse evenisse*. Hoc igi-

tur si volumus indicare, et exempli causa Graece interpretari verba *dies's dürfte wohl geschehen seyn*, id quomodo faciemus? nam nec τῦτο ἂν ξυμβαίη nec τῦτο ἂν ξυμβῆ hanc vim habere manifestum est. Confugiendum esset igitur ad periphrases quasdam longiores, *nisi Graeci optativo aoristi particula ἂν destituti hanc significationem rei fortassis factae dedissent*. Quod expositum et exemplis comprobatum vide ab Hermanno ad Aiacem v. 904. Atque huc vel e locis bucolicorum poetarum ante prolatis plures referri possunt, quanquam hos etiam in praesentis optativo et in eo optativo aoristi, qui ad futurum tempus spectat, particulam ἂν nonnunquam negligere ex Mosch. III, 114. et Theocr. XXII, 73. patet. Add. Herm. Praef. ad Ai. p. XXII. sqq. Sed a pedestri Atticorum oratione haec omissio particulae ἂν aliena est. Quod optime sic demonstrari posse putamus. Prosae orationis apud Atticos scriptores in duas classes dividi possunt. Quarum una eos complectitur, qui a consueta dicendi ratione saepe recedunt, et sublimius atque insolentius loquuntur; altera eos, qui familiarem sermonem exprimere student. Illi quibusdam in rebus cum tragicis, hi cum comicis poetis magis conveniunt. Quocirca si demonstratum fuerit, ne illos quidem, quorum sermo a quotidiano loquendi usu aliquantum discrepat, particulum ἂν modo potentiali detrahere ausos esse: haec omissio multo minus in reliquis prosae orationis scriptoribus ferri poterit. Atqui eorum, qui rariora sectantur et ad tragicorum sermonem propius accedunt, facile princeps iudicatur Thucydides. In huius autem historia nullus reperitur locus, unde particulam ἂν in modo potentiali etiam ab Atticis solutae orationis scriptoribus interdum suppressam esse iure colligatur. Quod eo maiorem vim habet, quo integriores Thucydidis libri, etsi non in vulgatis editionibus, certe in codd. ad nostra tempora pervenerunt. Unde si qui huius generis loci apud alios Atticos prosae orationis scriptores antiquiorum temporum, ut apud Platonem, Xenophontem, Isocratem, Demosthenem, reperiuntur, hos omnes corrigendos iudicamus. Laudarunt autem eiusmodi locos Devarius p. 63., Heindorfius ad Gorg. p. 47., Buttmann passim in editione quatuor dialogorum Platonis et Matthiae l. l. Add. Hermann. de gemina Xenoph. Cyropaediae recensione, p. 8. Nam grammatico in Bekk. Anecdd. I, 129, simile quidem consilium fuit; sed hic locos diversos atque ex parte prorsus alienos protulit. Contra Heindorfium autem nonnulla monuit Schaef. Melett. critt. p. 120.,

ubi, postquam librarios in poetis vel contra metri rationem particulam ἄν saepe omisisse Brunckii verbis docuit, deinde pergit: „Haec vellem vir doctus perpendisset, qui plurimis in Platone locis ἄν desiderari nuper monuit. Is quod sine libris non audet particulam intrudere, haud improbo; nam saepius de sede eius ambigas; sed quod ait illum defectum legitimum esse, cras credam, non hodie.“ Quod praestantissimi viri iudicium ut confirmetur, examinemus locos e Xenophontis Cyropaedia ad omissionem illam excusandam allatos; quibus exploratis facile quisque de reliquis ipse iudicabit. Verba III., 2, 1. Τὴν χώραν κατεθεᾶτο, σκοπῶν, οὗ τειχισθείη φρούριον, a Matthiaeo laudata, huc prorsus non pertinent, quum ibi optativus non absolute positus sit, sed aliunde pendeat; quare de hoc loco inferius sermo erit. Magis etiam alienus est locus ibid. VI., 3, 27. Κατεσκευάζετο δὲ καὶ ὥρματα ἔκ τε τῶν αἰχμαλώτων ἁρμάτων, καὶ ἄλλοθεν, ὁπόθεν δύναιτο. Ubi si δύναιτο, pro quo a Schneidero e Guelf. et Par. repositum est ἐδύνατο, vera sit scriptura, tantum abest, ut ἄν addendum sit, ut optativus in re praeterita cum pronomine relativo, quod indefinito sensu intelligendum est, etiam legitime sine ἄν ponatur. Qua de re tum Matthiae monuit Gr. p. 761., tum nos infra dicemus. Sed ibid. §. 17. Ἡμεῖς μὲν γάρ, ἐπείπερ καὶ ὡς οἴκοθεν ἀποδημοῦμεν, φρουρήσειν ὑμῖν ἀναδεχοίμεθα τὰ ἐγγύτατα χωρία τῶν πολεμίων a Schneidero optativum recte in indicativum mutatum indicamus. Tum V., 1, 21. Καὶ τοῦτο μὲν οὐκ αἰσχύνομαι λέγων· τὸ δέ, Ἐὰν μένητε παρ᾽ ἐμοί, ἀποδώσω, εὖ ἴστε, αἰσχυνοίμην ἂν εἰπεῖν· νομίζοιμι γὰρ ἐμαυτὸν ἐοικέναι λέγοντι ταῦτα ἕνεκα τοῦ ὑμᾶς μᾶλλον ἐθέλειν παρ᾽ ἐμοὶ καταμένειν, parata quidem in codicibus est medela. Optimi enim libri, Guelf. Paris. marg. Vill., praebent νομίζω γὰρ ἑαυτόν, e quibus ἑαυτόν fortassis probandum est, quippe quod pronomen, ubi quod de uno enunciatum est commode ad omnes transferri potest, a Graecis etiam de prima et secunda persona dicatur. V. Matth. Gr. p. 677. sq. Buttm. §. 114, not. 3. et in Ind. ad IV dial. Plat. s. ἑαυτῦ. Qui usus Cyr. VI., 3, 27. in omnibus editionibus recte servatus, etiam alibi in hoc opere a librariis obliteratus videtur; ut I., 6, 44., ubi cum Guelf., a quo non multum dissentit uterque Paris., scribendum putamus Παρὰ γὰρ ἱερὰ καὶ οἰωνοὺς μήτ᾽ ἐν ἑαυτῷ (vulgo σαυτῷ) μήτ᾽ ἐν τῇ στρατιᾷ κινδυνεύσῃς. (Non negligenda tamen, quae monuit Elmsl. ad Heracl. v. 144.) Sed indicativus νομίζω non satis aptus videtur, et optativum fortassis vel eo defendas, quod γάρ quo-

dammodo positum sit pro ὅτι (vid. Schaef. Meil. critt. p. 102., quae excusatio etiam Anab. IV, 6, 13. locum habebit), vel eo, quod „usitatum est Graecis, ubi oratio ex duobus membris constat, quorum alterum cum altero vel alia ratione coniunctum est, vel eius repetitionem quandam continet, in posteriore omittere ἄν.“ (Herm. ad Vig. p. 946.) Quod fit etiam in indicativo, ut in loco Platon. Sympos. c. 20, Sophoclis versuum ab Hermanno laudatorum simili, *Τὸ δὲ ἐπὶ τελευτῆς τοῦ κάλλους τῶν ὀνομάτων καὶ ῥημάτων τίς οὐκ ἂν ἐξεπλάγη ἀκούων; ἐπεὶ ἔγωγε ἐνθυμούμενος, ὅτι αὐτὸς οὐχ οἷός τ' ἔσομαι οὐδ' ἐγγὺς τούτων οὐδὲν καλὸν εἰπεῖν, ὑπ' αἰσχύνης ὀλίγου ἀποδρὰς ᾠχόμην* (pro ᾠχόμην ἄν, *aufugissem*), *εἴ πῃ εἶχον.* Quanquam hic omissio particulae ἄν etiam aliis argumentis defendi potest. In Xenophonte autem per antecedens γάρ etiam facillime vocula ἄν elidi potuit. Cf. Schaef. ad Greg Cor. p. 80. et exempla, quae mox e Luciano proferentur. Sed hanc rationem si probes, etiam optimorum codicum scripturam νομίζω restituendam censemus, ut ἄν ad infinitivum pertineat. *Puto enim, me haec,* (si dicerem,) *visum iri dicere ad milites eo magis retinendos.* Cf. Matth. Gr. p. 879. Buttm. §. 126, 14. Quae praeterea in Xenophontis verbis aliter, ac vulgo scripta leguntur, laudavimus, ut quod verba ὅτι τοῦτο inter ἴστε et αἰσχυνοίμην vulgo inserta omisimus; ea ex Guelf. et Paris. ducta sunt: quos egregios codices Schneiderum saepe sine ulla causa contempsisse, maxime reprehendendum est. Sed hoc alio tempore atque loco a nobis accuratius expositum; nunc ad disputationem nostram redeundum est. Locis autem, quibus viri docti, ἄν in modo potentiali apud Xenophontem nonnunquam supprimi, demonstrare studuerunt, ne quid dissimulasse videamur, ipsi alios quosdam addimus. Nam Cyrop. IV., 1, 21. in vv. *Ἀλλ' ἄγε μέντοι ἐθέλων τις ἕποιτο, καὶ χάριν ἔγωγέ σοι εἰδείην ἄν,* et VI., 2, 20. *Εἰ μέντοι τισὶ ταῦτα μὲν τοιαῦτα ὄντα δεινὰ δοκεῖ εἶναι, τὰ δὲ ἡμέτερα φαῦλα, τούτους ἐγώ φημι χρῆναι, ὦ ἄνδρες, ἀφεῖναι εἰς τοὺς ἐναντίους· πολὺ γὰρ ἐκεῖ ὄντες πλείω ἂν ἡμᾶς ἢ παρόντες ὠφελοῖεν* particula ἄν in Guelf. et Par. deest. Cf. etiam VI., 2, 18, et, ubi solus Altorf. ἄν addit, VII, 1, 43. IV, 2, 39. V, 5, 29. et Born. l. l. p. 51. Sed neque hi loci, neque is, quem ex Hierone attulit Matth. l. l., persuadere nobis possunt, defectum huius particulae in hoc scriptore legitimum esse. Facilius hanc licentiam in recentioribus scriptoribus ferri posse putamus, quamquam etiam in his saepe non tam ipsorum scriptorum, quam librariorum

negligentia ἂν excidisse videtur. Hoc certe in Luciano deprehendimus, e quo quum aliquot omissae in modo potentiali voculae ἂν afferri possint exempla, pleraque ita comparata sunt, ut ipsi codices scripturam mutari iubeant. Ita DD. IV., 4. (Bremer.) quum vulgo legeretur Γ. Τί λέγεις; οὐ γάρ κατάξεις με ἤδη ἐς τὴν Ἴδην τήμερον; Ζ. Οὐδαμῶς· ἐπεὶ μάτην ἀετὸς εἴην ἀντὶ θεοῦ γεγενημένος: Schmiederus in cod. 2956. invenit atque ex eo recepit ἀετὸς ἂν εἴην, qua in re nos in editione horum dialogorum, quam Suicertus brevi vendet, eum sequi non dubitavimus. Etiam VI., 5. pro Οὕτω γὰρ παύσαιτο ἀνιώμενος cod. 2954. praebuit οὕτω γὰρ ἂν π. ἀ. Ibid. §. 7. Αὐχήσει κατελθὼν ἴσως, καὶ διηγήσεται ἅπασι λέγων, συγγεγενῆσθαι τῇ Ἥρᾳ, καὶ σύλλεκτρος εἶναι τῷ Διΐ, καὶ που ταχα καὶ ἐρᾷν με φήσεις αὐτοῦ, οἱ δὲ πιστεύσουσιν, vel ἂν post τάχα inserendum, vel φήσει scribendum. Prius nos praeferendum putavimus, quum neque optativus in tanta futurorum vicinia temere oriri potuisse videatur, et particulae τάχ' ἂν saepissime iuxta collocentur. Denique XX., 14, ubi codices plerique exhibent Ἀπόδυτε, ὦ αὗται· σὺ δ' ἐπισκόπει· ἐγὼ δ' ἀποστραφείην, in editionibus recte ἀπεστράφην scriptum videtur. Hi fere sunt loci hic afferendi, quorum ex DD. meminimus; ex iis vero de reliquis Luciani scriptis coniectura facilis erit.

Quae de optativo absolute posito in sententiis affirmativis valent, ea etiam ad interrogationes transferri posse manifestum est. Nam ubicunque conditio quaedam interrogationi vel disertis verbis vel cogitatione additur, ut quaeramus, fierine possit, ut aliquid eveniat; ibi optativus cum ἂν ponitur. Qua de re vix singulatim dicendum esset, nisi Dawesius in Miscell. critt. et Brunckius in notis ad tragicos et Aristophanem non omni ex parte vere de ea praecepissent. Etsi enim in interrogationibus ἂν optativo necessario addi, sed a coniunctivo alienum esse quodammodo recte monuerant; haec tamen sententia duobus modis accuratius definienda erat, quod factum est ab Hermanno ad Vig. p. 729. Qui primum discrimen harum formularum non in sola structura, sed etiam in significatione inesse docuit. Etenim τί cum optativo et ἂν esse dubitantis, an aliquid fieri nequeat (τί ἂν ποιοῖμεν; *was könnten wir thun?*); sed τί cum coniunctivo esse deliberantis, utrum faciat aliquid nec ne (τί ποιῶμεν; *was sollen wir thun?*). Add. Matth. Gr. p. 726. Deinde vero etiam ἂν a poetis interdum omitti demonstravit. Negaverat id quidem Schaefer. Melett. critt. p. 97., sed hic ipse sententiam suam retractavit ad Soph. Oedip. Col. 1418, quod

etiam Thierschium (Gr. §. 250. p. 322. not. 2.) facturum speramus. Sed quae in prosa oratione hoc modo scribuntur (cf. Matth. Gr. p. 731.), ea corrigenda censemus. Quod suadent plerumque etiam codices. Ita apud Lucian. DD. XX., 19. Τί μὲν γὰρ ἂν σὺ ἀπολαύσειας τῶν ὀρῶν, ubi ἂν in editionibus vulgo per antecedens γάρ oblitteratum erat, necessaria haec particula e duobus libris Pariss. a Schmied. revocata est.

Superest altera quaestio, quam proposuimus, utrum vicissim optativo veri nominis nonnunquam ἂν addatur. Hoc vero ut a Schaefero in duobus locis supra laudatis Melett. critt. p. 120. et ad Gregor. Cor. p. 1016. atque a Porsono ad Eurip. Phoen. p. 291. (Lips.) negatum est, ita nobis quoque in nullo scriptore ferri posse videtur. Loci enim, qui fortassis ad hunc usum probandum proferantur (cf. Schaef. Melett. l. l., Matth. Gr. p. 719. not. 1.), et paucissimi sunt, et fere alias quoque ob causas dubii. Gravissimus is sit, quem Mosch. IV., 76. deprehendimus.

> Ἴστω γὰρ Κούρη τε καὶ εὔκανος Δημήτηρ,
> (Ἄς κε μέγα βλαφθεὶς τις ἑκὼν ἐπίορκον ὀμόσσαι,
> Δυςμενέων) μηδέν σε χερειότερόν φρεσὶ ἦσι
> Στέργειν, ἢ εἴπερ μοι ὑπὲκ νηδύιοφιν ἦλθες,
> Καί μοι τηλυγέτη ἐνὶ δώμασι παρθένος ἦσθα.

Ubi quod ante Brunckium et Valckenarium legebatur ὀμόσσῃ, nuper a Schaefero restitutum est; sed nescio quo iure. Nam quod ea conferri iubet, quae ad Theocr. XVII., 137. adscripserit, haec nostrum locum non multum illustrant; in quo ἅς κε ὀμόσσῃ significaret *quascunque peieraverit*, quod huc non quadrat. Malim igitur Schaeferum acquievisse in coniectura, quam in Melett. l. l. protulerat, ubi legendum suspicatur ἅς γε — ὀμόσσαι, sive potius, quum hoc Atticum esset, ut monuit Hermannus, malim scriptum ἅς τε — ὀμόσσαι. Quamquam in hoc loco etiam alia quaedam insunt, quae dubitationes moveant. Ita verba μέγα βλαφθεὶς ambiguae sunt significationis, ut e Stephani et Mansonis notis disces. Paulo post desideramus subiectum infinitivi στέργειν, quod ibi tantum omittitur, ubi consentit cum subiecto verbi, unde infinitivus pendet. Quapropter coniicias

> μηδέν με χερειότερον φρεσὶ ἦσι
> Στέργειν σ', ἢ εἴπερ etc.

Veruntamen hac mutatione fortassis non opus sit, quum Ἴστω Κούρη ad sensum idem sit, quod ὄμνυμι Κούρην, ideoque pronomen ἐμὲ facilius desit. Exceptionem

quandam facit etiam formula εἰ γάρ κε, de qua vid. Herm. ad Hymn. in Apoll. v. 51.

Exposito usu particulae ἄν cum optativo absolute posito consideramus optativum aliunde pendentem. Ponitur enim hic modus etiam ita, ut praecedant particulae quaedam vel consilium (ut ἵνα, ὅπως, ὡς), vel tempus (ut ἐπειδή, ἐπειδάν, ὅτε, ὅταν, πρίν), vel conditionem (ut εἰ, ἐάν) indicantes; item post pronomina relativa atque in oratione obliqua. Cf. Matth. Gr. p. 752. sqq. Et proprie quidem optativus in his omnibus locis non ex istis voculis pendet, quamquam brevitatis causa plerumque ab iis regi dicitur, sed per ipsam sententiarum naturam requiritur; quod inde manifestum est, quia easdem particulas in alio orationis nexu etiam alius modus sequitur. Sed hic optativi usus etsi ex ipsa eius indole explicari potest, tamen singulatim spectandus est, quum non ea omnia a Graecis dicta sint, quae secundum cogitandi leges dici poterant, imo consuetudo quaedam in his rebus multa accuratius definiverit. Hoc vero ante omnia monendum est, quod ad nostram disputationem proxime pertinet, *optativo aliunde pendenti plerumque et ex regula non addi particulam ἄν.* Quod tamen non ita intelligendum est, quasi non adsint loci, in quibus ἄν ita positum inveniatur; imo hanc particulam addi nonnunquam vel licet vel oportet. Quod ubi fiat, iam a nobis examinabitur.

Ut autem a particulis consilium indicantibus incipiamus — sequemur enim maxime eum ordinem, qui est in Matthiaei Grammatica — non mirum est, cum his optativum coniunctum esse, quum consilium animo propositum rem indicet non esse, sed cogitari. Placuit tamen Graecis tum maxime ponere optativum, quum verbum, cui praeteriti temporis notio inest, praecedit, praesentibus contra et futuris adiungere coniunctivum. Qui usus hodie satis notus unde explicandus sit, et quas exceptiones haec regula admittat, neque huius loci est quaerere, et ab aliis (ut ab Hermanno De emend. rat. Gr. Gr. p. 208. sqq. et passim ad Vigerum) iam maximam partem recte expositum est. Nobis vero hic commemorandum est, quod iam ex primaria, quam posuimus, regula colligi potest, *plerumque neque cum optativo neque cum coniunctivo a particulis consilium denotantibus pendente coniungi ἄν.* Sed non exiguus tamen est numerus eorum locorum, in quibus hanc particulam additam legimus. Quod Brunckius ad Apollon. Rhod. I., 17. ibi fieri existimabat, ubi coniunctivus post praeteritum pro optativo positus esset; verum hanc eius

opinionem refutavit Herm. ad Vig. p. 793. Cf. Matth. Gr. p. 737. Thierschius vero Gr. §. 216, 6. p. 304. ἄν tantum cum ὡς, non item cum ἵνα et ὄφρα, ubi haec de consilio, neque de loco et tempore (ut in exemplis a Devario p. 175. laudatis) dicta sint, coniungi posse arbitratur. Particulam ὅπως non diserte commemoravit: sed non dubitamus, quin cum hac quoque ἄν iungi patiatur, quum et ὅπως atque ὡς inter se arcte cohaereant, et numerus locorum, in quibus ἄν optativo aut coniunctivo ex ὅπως pendente additum legitur, aeque magnus, nisi maior sit iis, in quibus ὡς ἄν ita ponitur. Cf. Xenoph. Cyr. V., 4, 37. V., 2, 21., ubi pro ὡς ἄν εἰδῶμεν e Guelf. et Par. scribendum ὅπως ἄν εἰδῶμεν, all. Add. Heindorf. ad Plat. Phaedon. p. 16. et ad Protag. p. 497. De ὡς ἄν autem praeter Thierschium §. 218, 3. p. 307 vid. Porson. ad Phoen. p. 263. et Schaef. Melett. crit. p. 109. Sed quod de ἵνα monet Thierschius, id de pedestri Atticorum oratione verissime dictum arbitramur; non veremur enim, ne quis e Guelf. et Par. scriptura Cyrop. VII, 5, 25. aut ex Anab. V, 9, 28. et Lucian. Dial. Mort. VI. 4. contrarium probet; ibi enim ἄν cum adverbio cohaeret, ut ad Cyropaediam demonstravimus. Idem valet etiam de particula μή pro ἵνα μή posita. Ὄφρα autem eo sensu, ut sit idem quod ἵνα, in prosa oratione omnino non legitur. Sane vero etiam apud poetas et Ionicos solutae orationis scriptores ἵνα ἄν et ὄφρα ἄν de consilio dicta raro inveniuntur, quamquam, sicubi exstant, damnanda esse negat Herm. ad Vig. p. 943. Ceterum et in his particulis, si quidem genuinae sunt, et in ὡς ἄν atque ὅπως ἄν non tam ad modum, qui sequitur, hoc ἄν pertinere, quam potius ad particulam, quae praecedit, manifestum est inde, quod hanc statim excipere solet. De ὡς ἄν autem atque ὅπως ἄν praeterea tenendum est, diligenter cavendum esse, ne huc etiam ii loci referantur, in quibus ὡς et ὅπως significant *quomodo*. Nam ut mox declarabitur, non prorsus verum iudicamus, quod ab Hermanno ad Vig. p. 791. scriptum est, perinde modorum rationem se habere, sive ὅπως sit *quomodo*, sive *ut*, finem indicans. Quarum notionum prior his particulis etiam post verba curandi et similia, quae in aliis linguis frequentius *ut* sequitur, inesse videtur. Cf. Weckherl. Praefat. ad Xenoph. Cyr. p. VII. Intelligitur hoc maxime tum ex eo, quod post verbum ἐπιμελεῖσθαι particula ὅπως non permutatur cum ἵνα; tum ex optativo, etiam ubi praesens antecedit, ita posito, ut cum particula consilium denotante coniunctivus iungendus sit

In eiusmodi igitur locis quum optativus potentialis modi significationem habeat, ἄν constanter additur. Xenophontis exempla quaedam commemorabimus. Cyrop. II., 1, 4. *Πρὸς ταῦτα βουλευσόμεθα, ὅπως ἂν ἄριστα ἀγωνιζοίμεθα* I., 3, 8. *Διδόασι τοῖς τρισὶ δακτύλοις ὀχοῦντες τὴν φιάλην, καὶ προςφέρουσιν, ὡς ἂν ἐνδοῖεν τὸ ἔκπωμα εὐληπτότατα τῷ μέλλοντι πίνειν.* Ubi scriptor non vult dicere ἵνα ἐνδῶσι, sed τούτῳ τῷ τρόπῳ, ᾧ, εἰ ἐνδοῖεν τὸ ἔκπ., εὐληπτ. ἂν ἐνδοῖεν seu ὡς οἴονται εὐληπτ. ἐνδοῦναι ἂν τὸ ἔκπ. Ib. 2, 5. *Διηγησόμεθα, ὡς μᾶλλον δῆλον γένηται, ᾗ ἐπιμέλονται, ὡς ἂν βέλτιστοι εἶεν οἱ πολῖται.* Cuius loci, ut praecedentis, qui prior mentionem iniecit Hermannus Observv. critt. in Aesch. et Eurip. p. 22., in utroque optativum contra regulas syntacticas pro coniunctivo positum esse putabat, quam sententiam nunc ab eo relictam arbitramur. Add. Oecon. 2, 9. Heindorf. ad Gorg. p. 26. et Matth. Gr. p. 735. sq. Hinc Cyrop. I., 2, 10, quod vulgo legitur, *Καὶ βασιλεὺς, ὥςπερ καὶ ἐν πολέμῳ, ἡγεμὼν αὐτοῖς ἐστὶ, καὶ αὐτός τε θηρᾷ, καὶ τῶν ἄλλων ἐπιμελεῖται, ὅπως ἂν θηρῷεν*, servandum putamus, quamquam Paris. A. B. marg. Vill. Stob. suppeditant θηρῶσι, quod Xenophontis loquendi usui in structura verbi ἐπιμελεῖσθαι minus convenit. Nam legitur quidem I., 6, 3. *Ὅπως ἂν ἵλεῳ οἱ θεοὶ ὄντες ἡμῖν συμβουλεύειν ἐθέλωσιν, ὅσον δύναμαι κατὰ τὸν σὸν λόγον διατελῶ ἐπιμελούμενος.* Sed ibi Guelf. et Bodl. pro ὅπως ἂν exhibent ὧν ἄν, quam difficiliorem scripturam, per attractionem (ἐκείνων, ἃ ἄν) explicandam, a Zeunio receptam atque Heindorfio probatam, temere repudiavit Schneiderus. Idem tamen recte IV., 5, 57. *Τὰ ἐπιτήδεια ὅπως ἔχωσιν, ἔφη αὐτῷ μελήσειν* particulam ἂν post ὅπως vulgo insertam cum Guelf. et Paris. abiecit. Ita hic locus similis erit verborum I., 6, 16. *Πειρῷ ἐπιμελεῖσθαι σεαυτοῦ, ὅπως ὑγιαίνῃς*, et VI., 3, 3. *Ὅπως αἱ σκοπαί σοι διαμένωσιν, ἐπιμεληθεὶς πάριθι*, ubi Schneiderus ex uno Alt., depravato codice, futurum διαμενοῦσιν edidit. Quod aeque perperam factum Anab. I, 6, 16. Nolumus uti verbis IV., 2, 37. *Ἐπιμελήθητε προθύμως, ὅπως — παρεσκευασμένα ᾖ.* Ibi enim non quidem παρασκευασθήσεται, quod summa audacia usus scripsit Schneiderus, sed παρασκευασθῆναι, quod praestantissimi codices praebent, recipiendum est. Nam quod Schneiderus contendit, „nusquam ὅπως infinitivo coniunxisse nec Xenophontem nec alium probatum scriptorem,“ meliora discere poterat a Wesselingio ad Diod. Sic. Tom. II., p. 408. et a Zeunio ad Vig. p. 435. Etenim hic quoque, ut quum particulae ὡς, ὥςτε, ἔτι infinitivo praefiguntur, Graeci duplicem structuram confuderunt.

Quemadmodum vero in exemplo e IV., 5, 67. laudato, ita etiam alibi ἂν a librariis post ὅπως atque ὡς vel additum vel omissum est. Cf. varr. lectt. Cyrop. I., 6, 7. et 23. IV., 2, 29. al. Ad scripturam θηρῷσι defendendam superest e Cyropaedia unus locus VIII., 3, 6. Ἐκέλευσε τὸν Φεραύλαν ἐπιμεληθῆναι, ὅπως ἂν οὕτω γένηται κύριον ἡ ἐξέλασις, ὥσπερ ἔδοξε καλῶς ἔχειν. Quae verba neque praecedentium exemplorum prorsus similia, et aliqua ex parte dubia sunt. Cf. varr. lectt.

Pergimus ad optativum particulas tempus denotantes comitantem. Quae quidem duplicis sunt generis. Nam aut tempus, *quo*, aut tempus, *ante* vel *usque ad* vel *post* quod aliquid evenerit, significant. Illae (ut ἐπεί, ἐπειδή, ὅτε, ὁπότε) cum particula ἂν in unum vocabulum (ἐπήν s. ἐπάν, ἐπειδάν, ὅταν, ὁπόταν) saepe coalescunt, hae vero (ut πρίν, μέχρι, ἕως, ἔστε) nunquam. Utrasque sequitur optativus, ubi res quaedam aut ut cogitata ab aliquo, aut tamquam saepius, et praeterito quidem tempore, facta enunciatur. Cf. Herm. ad Vig. p. 786. Matth. Gr. p. 739. Unde posterior optativi usus explicandus sit, docuit Herm. diss. I. De legibus quibusdd. subtilioribus sermonis Hom. p. 20. sq. et ad Vig. p. 709. Quod autem optativum actionis repetitionem in solo praeterito tempore significare diximus, id diligenter tenendum est, ne ab editoribus passim in errorem inducamur. Ita quum Schmiederus Lucian. DD. V., 7. Ἐμοὶ μόνῳ ἀναδίδου τὴν κύλικα, καὶ ἐφ' ἑκάστῃ ὡς φίλει με, καὶ ὅτε πλήρη ὀρέγεις, καὶ αὖθις ὁπότε παρ' ἐμοῦ ἀπολαμβάνεις e quatuor codd. recte edidisset — nam quae in Actt. Monacc. a docto quodam homine scripta sunt particulas tempus indicantes in rebus praesentibus et futuris semper coniunctivum, non item indicativum sibi vindicare, ab Herm. ad Vig. p. 916, 17. satis refutata videbis — recentissimus horum dialogorum editor, Lehmannus, optativos revocavit, quod de re repetenda sermo sit. Verum de hac optativus, qui rei repetitae proprius est, ibi tantum ferri potest, ubi conditio quaedam accedit. Cf. Herm. ad Vig. p. 931. et quae ad illum Luciani locum a nobis monita sunt. Iam *ab omnibus* his *optativis in sententiis temporalibus*, ut ita dicamus, *positis particula ἂν fere semper abest.* Quaeritur vero, anne interdum inveniantur loci, in quibus haec particula eiusmodi optativo accedat. Quae quaestio duplex est. Nam quum ἂν a particulis, in quibus temporis notio inest, aut seiungatur atque ad modum, qui sequitur, propius referatur, aut cum iis coalescat, quaeritur primum, utrum optativo particulas simplic

ὅτε, ὁπότε, ἐπεί, μέχρι, πρίν sequenti nonnunquam ἄν adidatur; deinde utrum cum hoc modo pro illis simplicibus particulis etiam eae, quae ex ἄν compositae sunt, ὅταν, ὁπόταν, ἐπειδάν coniungantur. Hoc vulgo etiam ita exprimunt, ut dubitent, an particulae ex ἄν conflatae non negant optativum. Quamquam id non satis accurate dictum esse, docent ea, quae supra aliquo in loco innuimus. Optativus enim, sicubi post illas voculas legitur, propter ipsam, quae ei inest, notionem positus est, neque unquam vice coniunctivi fungitur; sed ὅταν potius, ὁπόταν et ἐπειδάν in locum simplicium vocabulorum ὅτε, ὁπότε et ἐπειδή succedunt. Iam quod ad priorem, quam posuimus, quaestionem attinet, utrum optativus cum particulis temporalibus ex ἄν non compositis coniunctus hanc voculam adsciscat, hoc nunquam factum putamus. Quae enim apud Homerum inveniuntur exempla particularum ἐπεὶ ἄν, ὅτ' ἄν et similium cum optativo iunctarum, ab Hermanno in libello modo commemorato p. 17. atque ad Vig. p. 923. et 943. laudata; haec proprie ad alteram classem referenda, id est, ἄν non cum modo, qui sequitur, sed cum ipsis particulis iungendum, atque ab iis more Ionum, nonnunquam vel hiatum vel vocabula seiuncta amantium, in scribendo tantum separatum esse, inde intelligitur, quod in nullo horum exemplorum inter particulas temporales atque ἄν alia vox interponitur. Idem argumentum docet, etiam ibi, ubi πρὶν ἄν, ἔστ' ἄν, ἕως ἄν et quae sunt huius generis aliae particulae cum optativo iungantur, ἄν cum iis pro uno vocabulo haberi, quamquam hoc ne Attici quidem scribendo significare ausi sunt. Has vero voculas singulatim considerare placet, antequam ad ὅταν, ὁπόταν, ἐπειδάν optativo praefixas accedamus. In qua disquisitione adscribamus ante omnia satis miram notam Schneideri, quae legitur ad Anab. VII., 7, 57. Ubi quum vulgo scriptum exstaret, Ἐδέοντο μὴ ἀπελθεῖν, πρὶν ἀπαγάγοι τὸ στράτευμα, καὶ Θίμβρωνι παραδοίη, Schneiderus ex Eton. ἄν post πρίν adiecit hac adscripta annotatione: „Vulgo deerat ἄν, quod etiam absque librorum auctoritate addendum fuit, poscente usu scriptorum Atticorum, quem exemplis poetarum docuit Vigerus p. 443. Addo igitur locum Thucydidis II., 6. πρὶν ἄν τι καὶ αὐτοὶ βουλεύσωσι περὶ αὐτῶν. Platonis in Gorg. sect. 18. πρὶν ἄν πρῶτον ἀποκρίνωμαι ὅ, τι ἐστίν.“ At quidnam haec exempla probant? Πρίν cum coniunctivo ἄν plerumque additum habere. Hoc vero quemadmodum tam notum est, ut exemplis non indigeat, ita nihil facit ad scripturam πρὶν ἄν ἀπαγάγοι

defendendam. Quae ut stabiliretur, exempla proferenda erant, e quibus πρὶν ἄν, vel cognatas particulas ἕως ἄν, ἔστ' ἄν optativo sequente ab Atticis scriptoribus dicta esse appareret. Optativum enim plerumque simplex πρὶν praecedit. V. Cyr. I., 3, 11. I., 4, 14. V., 3, 53, (ubi Schneid. verba ἕως ἄγγελος ἔλθοι temere abiecit, ut demonstratum videbis a Bornem. l. l. p. 56.) Anab. II. 1, 2. III., 3, 5. et Heind. ad Phaed. p. 13. Contra loci, ubi ἄν additum legitur, neque admodum frequentes, et maximam partem dubii sunt. Quod exempla, quae e Xenophonte enotavimus, declarabunt. Cyrop. IV, 5, 36. (v. Matth. Gr. p. 743.) Τοὺς ἵππους ἐκελεύσε φυλάττειν μένοντας τοὺς ἀγαγόντας, ἕως ἄν τι σημανθείη αὐτοῖς. Guelf. σημανῇ, Paris. τις σημάνῃ. Hoc Schneiderus recepit, optimo iure, nisi quod fortassis σημήνῃ praeferendum est, quam formam, si dubium διεσήμαινε Anab. II., 1, 23. et ἐσήμανεν Hell. II, 1, 5. 28. excipiatur, alias semper in Xenophonte reperimus. (Bekk. Anecdd. I., 62. Σημῆναι καὶ ἐσήμηνα ἐρεῖς ἀντὶ τοῦ σημᾶναι καὶ ἐσήμανα. Add. Buttm. Gr. §. 90, not. 3.). Nam ne forte in coniunctivo post praeteritum posito haereas, cogites, etiam post particulas tempus denotantes, ut post eas, quae de consilio dicuntur, saepe Graecos cogitata e praeterito in praesens tempus per permutationem obliquae atque rectae orationis transferre. Cyr. V., 1, 3. Ταύτην ἐκέλευσεν ὁ Κῦρος διαφυλάττειν, ἕως ἄν αὐτὸς λάβῃ. (In oratione recta enim diceretur φύλαττε ταύτην, ἕως ἄν αὐτὸς λάβω.) Add. II, 2, 8. et Phaedon §. 8. p. 14. Hinc etiam Cyr. I., 4, 14. e Brem. ἐμπλησθῇ, et V., 3, 53. e Guelf. ἔλθῃ legi posset, nisi ita desideraretur partic. ἄν, sine qua coniunctivum post πρὶν similesque particulas apud tragicos quidem et apud Thucydidem, verum non item apud Xenophontem inveniri alibi videbimus. Ad πρὶν ἄν cum optativo autem stabiliendum praeter locos a nobis iam reiectos utatur fortassis aliquis etiam verbis Cyr. VIII., 1, 44. Ὁπότε ὥρα εἴη ἀρίστου, ἀνέμενον αὐτοὺς, ἔστ' ἄν φάγοιέν τι; sed ibi ἔστ' ἐμφάγοιέν τι e Guelf. et Paris. prior recepit Schneid. Tum VIII., 1, 6. Ἔδοξε τοὺς ἐντίμους ἀεὶ παρεῖναι ἐπὶ θύρας, καὶ παρέχειν αὐτοὺς χρῆσθαι, ὅ, τι ἄν (quae particula iam pridem ab editoribus e Guelf. addenda erat) βούληται, ἕως ἄν ἀφείη Κῦρος, ubi in Guelf. est ἕως ἀφείη, temere ἕως ἄν ἀφείη scripsit Zeun. Supersunt duo Hellenicorum loci a Sturzio in Lexic. Xenoph. laudati, II., 3, 48. Οὐκ οἴονται καλὴν ἄν ἐγγενέσθαι ὀλιγαρχίαν, πρὶν ἄν ἐς τὸ ὑπ' ὀλίγων τυραννεῖσθαι τὴν πόλιν καταστήσειαν, et II., 4, 18. Ὁ μάντις παρήγγειλεν αὐτοῖς, μὴ πρότερον ἐπιτίθεσθαι, πρὶν

ἂν τῶν σφετέρων ἢ πέσοι τις ἢ τρωθείη. E quibus illum sincerum iudicamus, similem quippe loci Sophoclis, quem posuit Matth. Gr. p. 743; sed in altero, si codices addicerent, lubenter vel coniunctivos reponeremus, vel ἂν deleremus. Coniunctivum desideramus etiam Hell. V., 4, 47.

Haec sufficiant de ἂν particulis πρίν, ἕως, ἔστε, ubi optativus sequitur, addito. Deinceps dicendum est de ἐπειδάν, ἐπάν, ὅταν, ὁπόταν optativum comitantibus. Damnat hanc structuram Thomas Mag. p. 267. (Τὸ ἐάν, τὸ ἄν, τὸ ἤν, καὶ τὸ ὅταν, ἀεὶ μετὰ ὑποτακτικοῦ παρὰ τοῖς ἀκριβεστάτοις); damnarunt cum eo plurimi recentiores, imprimis inter Anglos, quibus e nostratibus nuper assensit Thiersch. in Actt. Monacc. Sed Homero usum particularum ἐπειδάν, ὅταν, ὁπόταν sequente optativo satis vindicavit Herm. in locis iam supra p. 23. laudatis. Add. id. ad Vig. p. 786. Eundem usum etiam ad Atticos pertinere docuit idem in diss. De praeceptt. quibusdd. Atticistt. p. XV. et ad Vig. p. 792., atque Schaef. ad Dion. H. p. 403. Add. Matth. Gr. p. 741. not. 1. Buttm. §. 126, 8, *. Qua in re diligenter tenendum est, ut hoc iterum inculcemus, primo loco modum, et tum demum particulam spectandam esse; optativus enim nunquam pro coniunctivo, sed ἐπάν, ἐπειδάν, ὅταν, ὁπόταν pro ἐπεί, ἐπειδή, ὅτε, ὁπότε usurpantur. Ubi igitur res non aut ut cogitata ab aliquo aut ut saepius praeterito tempore facta describitur, quibus duabus notionibus exprimendis optativum in sententiis temporalibus vidimus inservire; ibi particulae modo commemoratae cum hoc modo coniungi nequeunt. Quapropter apud Lucian. DD. XV, 2. male legebatur, Ἐπειδὰν κοιμᾶσθαι δέοι, μόνοι καθευδήσομεν, quem soloecismum coniunctivo e cod. 3011. reposito correxit Schmieder. Recte etiam Schneid. Anab. VII, 3, 36. soloecum Ὁπόταν καιρὸς εἴη, ἥξω παρ' ὑμᾶς coniunctivo e libris revocato emendavit. Sed in eodem libro cap. 6. §. 8. neque Weiskio neque Schneidero emendatio loci prospere successit. Ille enim quod ante Zeunium legebatur, Ἀεὶ ἐμέμνητο, ὡς, ἐπειδὰν ἐπὶ θάλατταν ἀπέλθοι, παραδώσει. αὐτῷ Βισάνθην revocavit; hic cum Zeunio ὡς, ἐπειδὰν — ἀπέλθῃ, παραδώσοι scripsit. Quorum neutrum ferri potest, sed aut ἀπέλθῃ, παραδώσει, aut ἀπέλθοι, παραδώσοι reponendum est, quorum hoc ego praefero, quum et rarius sit et plurimis libris nitatur. Ita Schneiderus etiam alibi usum optativi post particulas ἐπειδάν, ὅταν, ὁπόταν temere vel oblitteravit vel neglexit. Cuius rei insigne exemplum habes Cyr. I, 3, 11., ubi Cyrus ad avum haec dicit. Σὰς ἄν, ὥσπερ οὗτος (Σάκας),

ἐπὶ τῇ εἰςόδῳ, ἔπειτα, ὁπότε βούλοιτο εἰςιέναι ἐπ' ἄριστον, λέγοιμ' ἄν, ὅτι οὔπω δυνατὸν τῷ ἀρίστῳ ἐντυχεῖν· σπουδάζει γὰρ πρός τινας. Εἶθ' ὁπόταν ἥκῃ ἐπὶ τὸ δεῖπνον, λέγοιμ' ἄν, ὅτι λοῦται. Εἰ δὲ πάνυ σπουδάζοι φαγεῖν, εἴποιμ' ἄν, ὅτι παρὰ ταῖς γυναιξίν ἐστιν. In quibus verbis quum sermo sit de re in sola cogitatione posita, optativus ἥκοι longe convenientior est coniunctivo ἥκῃ. Ille igitur quum a Guelf. Par. A. A. suppeditetur, sine dubitatione restituendus est. Ita paulo ante praecedit ὁπότε βούλοιτο — λέγοιμ' ἄν. Qui haec vidit Herm. ad Vig. p. 922, poterat simul pro εἰ σπουδάζοι legi iubere ἐπειδὰν σπουδάζοι. Nam primum ἐπειδάν legitur in iisdem libris, qui modo ὁπόταν ἥκοι praebuerunt, Guelf. Paris. A. B.; ad quos accedunt etiam marg. Vill. et Brem., nisi quod in hoc σπουδάζοι in σπουδάζῃ transiit, quod male praelaturus erat Schneid. Deinde temporalis particula ἐπειδάν melius quam conditionalis εἰ respondet praecedentibus ὁπότε et ὁπόταν. Denique εἰ correctoribus optativo cum ἐπειδάν iuncto offensis deberi, manifestum est etiam inde, quod in verbis ὁπόταν ἥκοι in Alt., qui optativum retinuerat, ex ὁπόταν factum est εἰ. Ut autem in hoc loco, ita etiam VIII., 1, 44, Schneid. sine causa haesit in ὁπόταν cum optativo. Verba ibi sunt haec. Καὶ γὰρ ὁπόταν ἐλαύνοιεν τὰ θηρία τοῖς ἱππεῦσιν εἰς τὰ πεδία, φέρεσθαι σῖτον εἰς θήραν τούτοις ἐπέτρεπε, τῶν δὲ ἐλευθέρων οὐδενί. Ita quum in omnibus libris uno Alt. excepto scribatur, non potest huius unius corrupti codicis tanta vis esse, ut pro ὁπόταν ex eo arripiamus ὁπότε, quamquam hoc paulo post his sequitur in simili sententia. Ab his locis diversus est is, qui I., 3, 18. exstat. Ibi enim in omnibus libris ita scriptum legitur. Ὅπως οὖν μὴ ἀπολῇ μαστιγούμενος, ἐπειδὰν οἴκοι εἴης, ἂν παρὰ τούτου μαθὼν ἥκῃς ἀντὶ τοῦ βασιλικοῦ τὸ τυραννικόν. Sed Hermannus, qui optativum εἴης defendit ad Vig. p. 787. et p. 922., orationem concinniorem fore putat, si etiam ἥκοις in optativo sequatur. Recte quidem, nisi illud ipsum εἴης hic admodum nobis displiceret. Etenim in re praesenti aut futura optativus particulis ἐπειδάν, ὅταν, ὁπόταν, sicut etiam reliquis particulis tempus denotantibus, etiamsi per ἄν non compositae sint, tum demum addi potest, quum conditio aliqua accedit. Cf. Herm. l. l. p. 920. 922. Unde discrimen coniunctivi et optativi in Xenophontis verbis hoc est, ut ὅπως μὴ ἀπολῇ μαστιγούμενος, ἐπειδὰν οἴκοι ᾖς significet, *cave ne flagris caedaris, ubi domum redieris*; qui reditus ipse tanquam futurus ponitur conditione non addita; sed optativus simul hanc conditionem includat, *si quidem*

redire tibi placeat. Iam vero non intelligitur, cur Xenophon hic eiusmodi conditionem cogitari, et Mandanem non tantum de tempore, quo Cyrus rediturus esset, sed etiam de eo ipso, utrum omnino reversurus esset, dubitantem introduci voluerit. Quae quum ita sint, non multum absumus, quin verum ducamus coniunctivum ἥς, quem Heindorfio et Matthiaeo probatum recepit Schneid.

Convertimus nos ad particulas conditionem significantes, quarum primaria est εἰ. Haec cum ἄν coalescit in ἐάν, ἤν, ἄν, et addito καὶ in κἄν (etiamsi). Quae quomodo significatione a simplici εἰ distinguantur, ubi in sententiis conditionalibus optativus, ubi coniunctivus, ubi indicativus ponatur, hic non quaerimus. Haec enim omnia satis cognosci possunt e Matth. Gr. Gr. p. 711. sqq. 744. sqq. Buttm. §. 126, 9. Herm. ad Vig. p. 812. et 834. sq. Nos nunc unum optativum considerámus. In quo genere non solum videndum est, utrum optativo εἰ comitanti interdum ἄν addatur, sed etiam utrum particulas ex εἰ et ἄν compositas hic modus nonnunquam sequatur. Plerumque enim neutrum fieri, vel ex iis, quae supra de optativo in sententiis aliunde pendentibus omnino monuimus, intelligitur. Hinc fuerunt etiam, qui utrumque, quem modo posuimus, usum prorsus damnandum esse contenderent. Et ἄν quidem cum optativo ex εἰ pendente coniungi posse negarunt praeter alios Dawesius Miscell. critt. p. 335., Porsonus ad Phoeniss. p. 301. et Thierschius Actt. Monacc. I., 2, p. 221. Sed apud Homerum in sententiis conditionalibus optativum non semper spernere particulam κε, demonstravit Schaeferus Melett. critt. p. 60. sq. Quod vero hic nondum inde colligi vult, de particula ἄν in Atticis scriptoribus idem valere, hanc eodem modo usurpari docuerunt Heindorf. ad Protag. p. 536. Herm. ad Vig. p. 830. et Bornem. l. l. p. 20., qui satis magnum locorum numerum e Xenophonte imprimis congesserunt. In his locis quamquam nonnulli dubiae sunt fidei — ut Cyr. I., 5, 1. *Εἴποτ' ἐν ἑορτῇ εὐωχία προςγένοιτο*, ubi non Guelf. et Brem., ut Bornem. scribit, sed deteriores libri, Alt. et vett. edd., *προςγένοιτ' ἄν* suppeditant — satis multa tamen certa huius usus exempla remanent. Quibus fere etiam annumeraverim verba ib. IV., 2, 37. *Ἄγετε νῦν, ἔφη, ὦ ἄνδρες, εἴ τινες ὑμῶν τὰ μὲν κακὰ μισεῖτε, ἀγαθοῦ δέ τινος παρ' ἡμῶν βούλοισθ' ἂν τυγχάνειν, ἐπιμελήθητε προθύμως, ὅπως* etc. Ubi quum Schneiderus e Guelf. et Par. *βούλοισθ' ἂν* scripsisset, Bornemannum miramur vulgatum *βού-*

inde revocari voluisse, quod correctoribus praecedentem indicativum respicientibus deberi non potuit eum fugere. Fischerus autem, qui βούλησθ' ἄν coniecit, se harum rerum imperitissimum ostendit. Quemadmodum vero in his locis ἄν potest addi, ita alii quidam, sed ii rarissimi, inveniuntur, in quibus necessario adiiciendum est. Quod saepius fit, quum εἰ significat an; quamquam eiusmodi exempla magis ad optativum in interrogationibus obliquis, quam ad optativum in sententiis conditionalibus positum referenda sunt. Ita I, 6, 41. Ὥσπερ οὖν πρατεῖπον, εἰ τοιαῦτα ἐθελήσαις καὶ ἐπὶ τοῖς ἀνθρώποις (vulgo τοὺς ἀνθρώπους. cf. not. Schneid.) μηχανᾶσθαι, οὐκ οἶδ' ἔγωγε, εἴ τινα λίποις ἂν τῶν πολεμίων, optativus per ἄν significat *an quem relicturus sis* (*ob du einen übrig lassen möchtest*, s. *würdest*), quum λίποις sine ἄν denotaret *an quem relinquas* (*ob du einen übrig lässest*). Etiamsi igitur haec verba aliquid vitii contraxisse cum Heindorfio et Schneidero suspiceris, ἄν certe necessarium est.

Sed ἄν ut optativo εἰ comitanti addi potest, ita eodem modo sequente nonnunquam cum εἰ coalescit in particulas ἐάν, ἤν, ἄν, κἄν. Repugnat hoc quidem praeceptis eorum grammaticorum, qui has voculas cum optativo coniungi negant. Ex horum numero sunt Ael. Herodianus (Τῷ ἐάν, τὸ ὑποτακτικὸν μόνον, p. 433. Piers.), auctor libri de syntaxi in Bekkeri Anecdd. (Ἐάν· καὶ τοῦτο, ὥσπερ τὸ εἰ, ὁριστικοῖς, εὐκτικοῖς, ὑποτακτικοῖς συντάσσεται. σὺ δέ, ὦ φιλόλογε, ἀνάλογον φυλάττων, ὑποτακτικοῖς ἀεὶ συντάσσε. I. p. 144.) et Thomas Mag. (Τὸ ἐάν, τὸ ἄν, τὸ κἄν, τὸ ἤν — ἀεὶ μετὰ ὑποτακτικοῦ παρὰ τοῖς ἀκριβεστάτοις. p. 267.) Sed nostra sententia confirmatur analogia particularum ὅταν, ὁπόταν, ἐπειδάν, quas ipsas optativum praecedere posse vidimus. Simul vero ex iis, quae ibi disputavimus, apparet, in his omnibus locis non optativum pro coniunctivo, sed particulas ex εἰ ἄν compositas pro simplici εἰ positas esse. Factum autem hoc est in sola oratione obliqua per confusionem aliquam huius et rectae orationis. Ut si Graece dicendum est *denunciavit illum, si captus fuerit, supplicio affectum iri*, non tantum προηγόρευσεν, ὅτι ἐκεῖνος, εἰ ληφθείη, ἀποθανοῖτο vel ὅτι ἐκεῖνος, ἢν ληφθῇ, ἀποθανεῖται scribi, sed utrumque etiam multis modis variari et confundi potest. Non mirum est igitur, aliquoties etiam per ἐάν orationem inceptam, et deinde, quasi εἰ praecessisset, optativum subiunctum esse. Unde derivamus hanc regulam, *optativum cum particulis ex εἰ*

ἄν conflatis coniungi non posse nisi in oratione obliqua. His igitur limitibus ea circumscribenda putamus, quae a Schaefero Melett. critt. p. 87. disputata sunt. Quae enim exempla regulae a nobis propositae repugnant, ea et pauca, et aliis de causis suspecta sunt, atque maximam partem facile corrigi possunt. Cf. Werfer Actt. Monacc. I, 1. p. 102. Prae reliquis memoratu dignissimus est locus Thucydidis III, 44. a Thoma M. laudatus, de quo copiose disseruimus Observv. critt. in Thuc. p. 56. sqq. cl. Add. p. 251. et Reisig. Coniectt. in Aristoph. t. I. p. 278. Quem Lecapenus laudat Iuliani locum *Ἐγὼ δ' ἑτοίμως παρέξω ταῦτα, ἢν μόνον ἕλκειν δυνηθείητε,* in eo *δυνηθῆτε* rescribendum videtur; de quo certius iudicaremus, si Iuliani editio ad manus esset. E Xenophonte denique recordamur verborum Cyrop. I, 6, 24. *Τὸ δὲ συνηδόμενόν τε φαίνεσθαι, ἤν τι ἀγαθὸν αὐτοῖς συμβαίη, καὶ συναχθόμενον, ἤν τι κακὸν, — ἐπὶ ταῦτά πως δεῖ μᾶλλον συμπαρομαρτεῖν,* in quibus coniunctivus *συμβαίνῃ* e Guelph. Brem. Alt. iam pridem ab editoribus repositus est. Verum in oratione obliqua *ἐάν* et similes particulae cum optativo coniunctae non tentandae sunt (v. Herm. ad Vig. p. 822.), quamquam ne huius quidem generis exempla frequentia sunt apud Atticos scriptores. E Thucydide huc pertinent verba VIII, 27. *Ὡς τάχιστα δὲ ἐκέλευε — ἀποπλεῖν ἐς Σάμον· κἀκεῖθεν ἤδη ξυναγαγόντας τὰς ναῦς, τοὺς ἐπίπλους, ἤν που καιρὸς εἴη, ποιεῖσθαι.* E Cyropaedia unius meminimus dubii loci. Qui enim a Sturzio laudati sunt Lexic. Xenoph. s. *καί*, §. 38. t. II. p. 623., hi prorsus alieni sunt, quippe in quibus *κἄν* non ex *καὶ ἐάν* contractum, ut significet *etiamsi*, sed pro *καὶ ἄν* positum sit, ut *ἄν* sit particula *ἀοριστολογική* s. *δυνητική*; hoc enim *κἄν* ab illo altero ante Hermanni tempora fere nunquam discernebatur. Sed nos in mente habemus verba IV, 2, 6. *Οἱ δὲ (οἱ τῶν Ὑρκανίων πρέσβεις) ἀπεκρίναντο, ὅτι, κἂν αὔριον ἕωθεν εὔζωνοι πορεύοιντο (οἱ Πέρσαι), καταλήψοιντο (τοὺς Ἀσσυρίους).* Ita a Zeunio editum est. Sed vett. edd. exhibent *ὅτι καὶ αὔριον ἕωθεν, εἰ εὔζωνοι* etc., quam scripturam tantum abest, ut cum Zeunio omnino absurdam indicemus, ut eam potius eventu rei admodum commendari contendamus. Cyrus enim eodem die ante solis occasum, *ἔτι φάους ὄντος* §. 9., castra movit, et quum nox ingruisset, *ἐπεὶ νὺξ ἐπεγένετο* §. 16., *ἅμα κνέφᾳ* ab Hyrcaniis, qui novissimum agmen Assyriorum efficiebant, haud procul aberat. Ubi sive *κνέφας* de diluculo matutino cum nonnullis interpreteris, sive seriorem aliquam vesperae seu noctis partem intelligas, tamen ex his verbis

cum §. 28. ἐπεὶ φάος ἐγένετο comparatis apparet, Cyrum supra recte dici potuisse hostes primo mane postridie consecuturum. Potest vero etiam ea scriptura defendi, quam Zeunius e Guelf. et Par., in quibus tamen divi sim καὶ ἤν legitur, atque Zonara restituit. Ex hac enim legati quidem Hyrcaniorum affirmant, Cyrum, etiamsi postridie demum prima luce proficiscatur, tamen vel ita Assyrios consecuturum esse; Cyrus vero eodem die peracta coena iter ingreditur. Atque haec scriptura et ob codicum auctoritatem et ob ipsam insolentiorem structuram partic. κἄν s. καὶ ἤν praeferenda videatur. Certe nullo modo cum Schneidero invitis libris omnibus corrigendum est ὅτι κἂν αὔριον, εἰ ἕωθεν εὐζ. πορ., καταλήψοιντο.

De particulis conditionem denotantibus satis dictum est. Proxime his subiungimus pronomina et particulas relativas. Quas quidem optativus ibi sequitur, ubi vel oratio obliqua, vel res in sola cogitatione posita est, vel etiam in re praeterita non de certo quodam et noto hominum vel rerum numero agitur, sed de eo, quem cogites, quantus tandem ille sit. Ibi igitur res tanquam saepius facta cogitatur, qui per si qui vel quicunque explicari et optativus latine saepe per imperfectum aut plusquamperfectum coniunctivi reddi potest. Vocula ἄν autem ut huic modo addatur, conditio aliqua accedat necesse est, ut optativus modi potentialis notionem retineat (sive, ut alii, v. Heindorf ad Euthyd. p. 311., minus accurate, dicunt, futuri temporis significationem habeat). Ἔδωκέ μοι, ἃ ᾔτουν, *dedit mihi ea, quae rogabam.* Ἔδωκέ μοι, ἃ αἰτοίην, *dedit mihi, quae* (h. e. *si quae* v. *quaecunque*) rogarem (*warum ich nur bat*, s. *er gab mir jedesmal, warum ich bat*). Ἔδωκέ μοι, ἅ, εἰ διαφθείροιτο, αὖθις ἂν αἰτοίην, *dedit mihi, quae, si corrumpantur, denuo rogem* (*warum ich bitten würde s. wol bitten möchte*). V. Matth. p. 751. sqq. Buttm. §. 126. 8 * 14. not. 3. Add. etiam Struvii diss. Regiomonti 1816. edita. [Quamquam in hoc libello non omnia probare potuimus. Ita, ut hoc unum obiter commemoremus, vix oculis fidem habuimus, quum p. 13. legeremus, barbarum esse futurum medii ἐπαινέσομαι. Id vero ut ab aliis scriptoribus (v. Xenoph. Hist. Gr. III, 2, 6.), ita ab ipso Luciano (v. DD. XVII. XVIII.) frequentatum est, ut adeo longe saepius quam ἐπαινέσω (de quo diximus ad Cyrop. I, 4, 16.) legatur.] Nunc nolumus longius a disputatione nostra recedere. Significamus igitur, conditionalem, quam diximus, sententiam saepe in participio latere (ut Thuc. II, 39. Ὁ μὴ

κρυφθὲν ἄν τις τῶν πολεμίων ἰδὼν, ὠφεληθείη i. e. εἴ τ ἴδοι, ὠφεληθείη ἄν), saepe etiam ex orationis nexu su plendam esse. Quod ubi fieri non potest, ibi ἄν ali num est. Male igitur in Obss. critt. in Thucyd. p. 1 scripsimus, in verbis Thucydidis II, 74. Οἱ Πλαται ἐβουλεύσαντο Ἀθηναίους μὴ προδιδόναι, ἀλλ' ἀνέχεσθαι (Ca Reg. Par. H. Cl. ἀντέχεσθαι, ut post hoc verbum vi gula interpungendum, et ex antecc. Ἀθηναίων re tendum sit; *sed iis firmiter adhaerere*) καὶ γῆν τεμνομέν εἰ δεῖ, ὁρῶντας, καὶ ἄλλο τι πάσχοντας, ὅ, τι ἂν ξυμβαί pro coniunctivo optativum ξυμβαίνοι vel ξυμβαίη e pa cis quibusdam libris reponendum esse; quod si veru esset, ἄν omittendum erat. Sed coniunctivus ibi nih habet offensionis, qui modus, quamquam praesentis futuri temporis proprius, tamen, ut iam supra vidimu in re praeterita ibi recte ponatur, ubi haec per pe mutationem obliquae atque rectae orationis vel etia alio modo e praeterito in praesens tempus cogitatio transfertur. Hinc in structura accusativi cum infi tivo ὅς ἄν cum coniunctivo haud raro legitur, etiam verbum, unde haec structura pendet, in praeterito po situm est. Exempla in re nequaquam dubia afferre ni hil iuvat; locum quendam Herodoti laudavit Matthia p. 752. not. 1. Add. Herm. Obss. critt. in Aesch. e Eurip. p. 25. Sed quamquam optativus cum pronomi nibus relativis coniunctus et sine aliqua conditione di ctus particula ἄν plerisque in locis caret, inveniuntu tamen etiam hic exempla quaedam, quae ab hac regul recedunt. Eorum pleraque non spectant ad optativu in re praeterito tempore saepius facta positum, sed a optativum in oratione indirecta vel re cogitata cum pro nominibus relativis coniunctum. Et hunc quidem op tativi usum non prorsus damnaverimus. Ut enim in r cogitata seu oratione obliqua pro ὅτε, ἐπειδή, εἰ, inter dum etiam ὅταν, ἐπειδάν, ἐάν cum optativo legi vidimus ita ibidem pro ὅς, ὅςτις, etiam ὃς ἄν, ὅσος ἄν, dicta ess quidni statuatur? In eiusmodi igitur locis ἄν non a optativum, sed ad pronomina illa referendum erit, pe *quicunque* explicanda, ita ut quodammodo structura pe coniunctivum et per optativum confusa sit. Rem opti me declarabunt verba Thucydidis VIII, 54. Καὶ ἐψηφί σαντο, πλεύσαντα τὸν Πείσανδρον καὶ δέκα ἄνδρας μετ' αὐτοῦ πράσσειν, ὅπῃ ἂν αὐτοῖς δοκοίη ἄριστα ἕξειν. Fatendum tamen est, exemplorum, quae hic afferantur, permulta satis dubia esse. Quod docebunt ea, quae in Cyropae dia inveniuntur, in quo libro haec fere observavimus. I, 6, 22. Καὶ εἰ δὴ πείσαις ἐπαινεῖν τέ σε πολλούς, ὅπως

δόξαν λάβοις (ita recte Paris.; nam etiam post praesens tempus particulae consilium denotantes cum optativo recte coniunguntur, ubi omnis res in cogitatione posita est. Cf. II, 4, 17. extr.), καὶ κατασκευὰς καλὰς ἐφ' ἑκάστῳ αὐτῶν κτήσαιο, ἄρτι τε ἐξηπατηκὼς εἴης ἄν, καὶ ὀλίγῳ ὕστερον, ὅπου ἂν πεῖραν δοίης, ἐξεληλεγμένος τ' ἂν εἴης, καὶ προςέτι καὶ (quam particulam paulo ante omissam hic addunt Brem. Par. A. B.) ἀλαζὼν φαίνοιο. Ubi Heindorfius aut ἄν delendum aut δῷς scribendum esse monuit. Tum II, 1, 31. vulgo legebatur Ὅσα οἱ βέλτιστοι νομιζόμενοι ἔχουσιν, ἐγίγνωσκεν ὁ Κῦρος δεῖν τοὺς ὑπηρέτας ἔχειν, καὶ τοῦτο ἀσκεῖν, ὡς μηδὲν ἀναίνοιντο ἔργον, ἀλλὰ πάντα νομίζοιεν πρέπειν αὑτοῖς πράττειν, ὅσα ἂν ὁ ἄρχων προςτάττοι. Sed Schneiderus praeeuntibus optimis libris, Guelf. Par. A. B., ἄν delevit. II, 4, 13. Ὄρη μέντοι ἐστὶν, ἔνθα δύναιτ' ἂν ἀπελθὼν ἐν τῷ παραχρῆμα ἐν ἀσφαλεῖ εἶναι τοῦ μήτ' αὐτός γε ὑποχείριος γενέσθαι, μηδὲ ὅσα ἐνταῦθα δύναιτο ὑπεκκομίσασθαι, εἰ μή τις πολιορκοίη προςκαθήμενος. Quibus in verbis Fischerus sine causa ὅσ' ἄν scriptum malebat. Praeterea obiter monemus, Schneiderum temere μήτε in μηδέ mutasse, quum aut e Guelf. et Par. μή — μηδέ recipiendum, aut vulgata intacta servanda esset. Ita οὐδέ ad οὔτε refertur II, 2, 15. IV, 6, 27. cf. Schaef. ad Dion. de compos. verb. p. 36. et 299., eodemque modo τε — δέ legitur v. ib. p. 192. sq. et Herm. ad Vig. p. 836. Neque maiori iure Schneid. γε uncis inclusit, quod pronomini αὐτὸς opposito τοῖς χρήμασι bene additum est. Paulo post §. 17. Ὁπότε δὲ σὺ προεληλυθοίης σὺν ᾗ ἔχοις δυνάμει, καὶ θηρῴης καὶ δὴ δύο ἡμέρας, πέμψαιμι ἄν σοὶ ἱκανοὺς ἱππέας καὶ πεζοὺς τῶν παρ' ἐμοὶ ἠθροισμένων, οὓς σὺ λαβὼν, εὐθὺς ἂν ἴοις. Verum ibi librorum omnium scripturam ἀνίοις revocandam indicamus; sermo est enim de expeditione in regionem montosam (§. 22.) facienda. V, 4, 46. Εἰ οὖν βούλοιντο ἀθρόοι ἐκ τοῦ τείχους προςπεσεῖν ποι (quem verborum ordinem suppeditarunt optimi codices), ὅπῃ προςμίξειαν, (ἀνάγκη) πολὺ ἐῤῥωμενέστερον συμμιγνύειν τῶν παριόντων. Ubi Weiskius aeque audacter ac prave edidit ὅπῃ ἂν προςμίξειαν, πολλῷ ἂν ἐῤῥ. συμμιγνύοιεν τ. π. Facilius ἄν post πολύ s. πολλῷ, ubi in edd. prr. additur, etiam infinitivo servato tulerim. V, 5, 1. Ἐπέστελλεν αὐτῷ ἥκειν ἐπὶ τὸ στρατόπεδον, ὅπως περί τε τῶν φρουρίων, ὧν εἰλήφεσαν, βουλεύσαιντο, καὶ ὅπως, θεασάμενος τὸ στράτευμα, καὶ περὶ τῶν ἄλλων σύμβουλος γίγνοιτο, ὅ, τι ἂν δοκοίη ἐκ τούτου πράττειν. Cf. Buttm. Gr. §. 126, 8. not. 3. Altorf. ἄν omittit. Anab. I, 3, 17. Ἐγὼ ὀκνοίην μὲν ἂν εἰς τὰ πλοῖα ἐμβαίνειν, ἃ ἡμῖν δοίη, μὴ ἡμᾶς αὐταῖς ταῖς τριή-

ρεσι καταδύσῃ (lege καταδύσαι; nam et res in cogitatio posita est cf. p. 36., et sequitur ἀγάγοι): φοβοίμην δ' τῷ ἡγεμόνι, ᾧ ἂν δοίη, ἕπεσθαι, μὴ ἡμᾶς ἀγάγοι, ὅθεν οὐχ οἷόν τε ἔσται ἐξελθεῖν. Quibus in verbis ἂν ex ii quae paulo ante leguntur, Εἰ δέ τι καὶ τῷ ἡγεμόνι πιστεύσομεν, ᾧ ἂν Κῦρος δῷ, a librariis temere repetitum est. Cyr. VIII, 2, 3. scriptura fluctuat inter διεδίδ οἷς ἂν βούλοιτο, et διεδ. οἷς ἀεὶ βούλοιτο, quod defend Weiskius. Add. etiam VII, 5, 49. VIII, 3, 38. Anab. II, 5, 11. IV, 7, 4. Memor. I, 2, 6. de Rep Lac. I, 8. II, 11. Matth. Gr. p. 752. not. 2. et Dev de particc. p. 56. E quibus omnibus locis num q certius praeter ea, quae paulo ante innuimus, de v cula ἂν optativo, qui pronomina relativa sequitur, co tra regulas addita constitui possit, videant eruditiores nobis nondum omnia hic perspicua sunt. Unum add mus, saepe etiam optativum in editionibus nostris co rupte legi pro coniunctivo. Ita Cyr. VIII, 1, 4. ed tur Ὥςπερ τοίνυν αὐτοὶ ἀξιώσετε ἄρχειν τῶν ὑφ' ὑμῖν, οὕτ καὶ αὐτοὶ πειθώμεθα, οἷς ἂν ἡμᾶς καθήκοι. Sed Guel et Par. praebent καθήκει, in quo latet genuinum καθ ήκῃ. Cf. etiam VIII, 3, 7.

Postremo loco consideranda est oratio obliqua, d qua disputationem paucis absolvemus. Intellectum e enim iam ex iis, quae de singulis particulis adhu dicta sunt, huius structurae optativum esse propriu eumque ibi cum omnibus particulis coniungi poss Ne igitur eandem rem saepius commemoremus, hi modo ad optativum post ὅτι s. ὡς atque in interrogatio nibus obliquis positum respiciamus. Et ibi quide optativus semper sine ἂν usurpatur, nisi qua conditi vel diserte addita vel subaudienda sit, qua fiat, ut re quodammodo in futurum tempus transferatur. Itaque qui dicit ἔλεξεν, ὅτι ὁρῴη vel ἴδοι, significat *er sagte, dass er ihn sehe* s. *sähe*, in aoristo etiam *gesehen habe* s. *gesehen hätte*. Sed ἔλεξεν, ὅτι ὁρῴη ἂν vel ἴδοι ἂν valet *er sagte, dass er sehen würde* (*es sey wol möglich, dass er sehe*), quae formula conditionalem aliquam sententiam per εἰ et optativum formatam (ut εἰ τοῦτο γένοιτο) suppleri iubet. Paulo dubitantius igitur hoc dictum est quam ἔλεξεν, ὅτι ὄψεται, *er sagte, dass er sehen wird*, et ἔλεξεν, ὅτι ὄψοιτο, *er sagte, dass er sehen werde*. Unde simul intelligitur, non satis accurate optativum per ἂν in his formulis futuro dici respondere, quod praeceptum ab iis propositum est, qui unam Latinam linguam compararunt, in qua sane tres illae formulae, ὅτι ἴδοι ἄν, ὅτι ὄψεται, ὅτι

ὄψοιτο, per *se visurum esse* reddendae sunt. Haec iam exemplis illustranda, et imprimis de iis locis agendum erat, qui cum regulis illis aliquo modo pugnare videntur, ut Cyr. I., 3, 13. VII., 2, 11. Sed haec nunc pertractari non possunt, ne hic libellus eum modulum, qui eiusmodi scriptionibus esse solet, nimis excedat. Unum necesse est commemoremus locum Cyr. IV., 2, 1. cuius iam supra mentionem iniecerimus. Ibi in verbis *Περιελαύνων τὴν χώραν κατεθεᾶτο, σκοπῶν, ποῦ τειχίσειε* (quod codices Schneidero suppeditarunt pro *τειχισθείη*) *φρούριον* non *ἂν* omissum est, ut putabat Matth. Gr. p. 724. Neque enim dicitur *ubi muniturus esset*, neque, ut vulgo interpretantur, *ubi (si vellet) munire posset*. Nam Cyrus non de eo dubitat, utrum muniat necne, sed de loco solum, quo id faciat, incertus est. Sententia igitur debet haec esse, *ubi muniret*, non quidem *wo er befestigte*, sed *wo er befestigen sollte*, quod in recta oratione per coniunctivum *ποῦ τειχίσω;* significatur, in obliqua vero post tempus praeteritum etiam per optativum sine *ἂν* exprimi solet. Paulo ante olim prave legebatur, *Ἐπηρώτα τὸν Τιγράνην, ποῖα ἂν εἴη τῶν ὀρέων* (Guelf. Par. *ὀρῶν*; et vid. Suid. s. v. *ἀνθέων*, Pierson. ad Herodian. p. 456. et Koen. ad Greg. Cor. p. 389.), *ὁπόθεν οἱ Χαλδαῖοι καταθέοντες λῄζονται*: non enim *quales montes futuri essent*, sed *quales montes essent*, dici postulat loci sententia. Recte igitur Schneiderus hic et in simili loco §. 12. cum optimis codd. *ἂν* expunxit.

Haec, quae de *ἂν* optativo addito disputata sunt, si complectimur, intelligimus sane, si *ἂν* cum *ὡς ὅπως* et *εἰ* coniunctum excipias, omnia ita explicari posse, ut illa particula apodosi sententiarum conditionem denotantium annecti dicatur. Atque hactenus non improbanda videatur Thierschii sententia omnem illius *ἂν* usum ad hanc notionem revocantis. Sed si coniunctivum consideraverimus, nimis angustam hanc definitionem esse facile intelligemus. Verum haec pars quaestionis nostrae in aliud tempus reiicienda est.

IV.

Über die *Laren*.

Den Ursprung u. die Erzeugung der Laren erzählt Ovidius Fast. II, 599 also: Lara oder Lala, eine Nymphe, von ihrer Plauderhaftigkeit so genannt, war oft

dieses Fehlers wegen gewarnt worden; aber umsonst; bis sie einen Anschlag des in die Nymphe Juturna verliebten Jupiter's nicht blofs an diese, sondern auch an die Juno verrieth. Jupiter, hierüber aufgebracht, riss ihr die Zunge aus, u. übergab sie dem Mercurius, ins Unterreich zu führen, wo sie zwar Nymphe, aber Nymphe des unterirdischen Pfuhls seyn sollte, wo ewiges Schweigen hauset. Unterweges gefällt sie dem leichtfertigen Mercurius u. er erzeugt mit ihr die Laren. So meint der witzige u. oft witzelnde Dichter, die Namen Lala, Lar, Muta (als die Stumme) u. Mania (als die bei den Manen wohnende), welche auch für die Mutter der Laren gehalten wurde, in einstimmige Verbindung gesetzt u. vortrefflich erklärt zu haben. Aber welche Ungereimtheiten u. Widersprüche, in der, der Ungereimtheit sonst nicht ungewohnten, Mythologie doch ungewohnt, treffen hier zusammen! Denn, nicht zu gedenken, dafs Ovidius ganz willkürlich die Tacita, deren Fest im Februar sich an die Todtenfeier anschlofs, wo ohne Ovid's Verwirrung gar keine Erwähnung der Laren Statt hat, mit der Muta oder Mania verwechselt: — wer kann es begreifen, oder einen der Dichtungen des weisen Alterthums würdigen Sinn darin finden, dafs diejenige, welche in die Unterwelt geführt werden soll, (doch wol als eine Todte!) noch auf dem Wege dahin Söhne erzeugt, welche auf der Oberwelt sind u. daselbst verehrt werden? Hat Jupiter nicht darauf geachtet, dafs Merkur die Nymphe, welche seinen Zorn so sehr gereizt u. verdient hatte, wieder auf die Oberwelt zurückführt, als seine Geliebte, u. dort sie mit seinen u. ihren Kindern allgemeine Verehrung geniefsen läfst? So nachgiebig u. leicht vergessend war Jupiter eben nicht. — Alles wird Sinn u. Zusammenhang gewinnen, wenn wir uns erinnern, wie das denkende Alterthum die wichtigsten Mittel u. Anstalten zur Stiftung u. Erhaltung der menschlichen Gesellschaft im häuslichen u. Bürgervereine nicht unbeachtet liefs, sondern sie in Bildern u. heiligen Gebräuchen dankbar feierte; wie man in Ceres u. Bacchus den Wein- u. Ackerbau als die Grundlage zu festen Wohnsitzen u. bildender bürgerlicher Gesetzgebung verehrte, u. keine Erfindung, keine Kunst von irgend einigem Einflufs in Feier u. Verehrung überging. Nimmer konnte ja die Sprache, welche den Menschen von dem Viehe so augenscheinlich, u. mehr als die Gestalt unterscheidet, u. der Erfinder derselben unbemerkt bleiben. Merkur war es, der die wilden

Sitten der Menschen durch Sprache bildete u. sie dadurch aus dem rohen Zustande der Thierheit heraushob. Dessen Söhne sind die Laren, deren Mutter die Nymphe Lara oder Lala in der Hauptsylbe des Namens ganz unverkennbar auf λαλεῖν, λάκειν, lallen, lallare, lernen, lehren, (welches allein von Sprechen ausgeht,) vielleicht auch das hebr. למד, lamad, u. לשון, laschon Beziehung hat. Als Symbol u. erste Erfinder der Sprache, worauf die häusliche u. bürgerliche Gesellschaft, erblüht, standen sie auf dem Heerde, bei dem Feuer, als dem Vereinigungspunkte der häuslichen u. bürgerlichen Gesellschaft, Vesta, Focus urbis; um so an einem Orte das geistige u. körperliche Band des geselligen Zusammenlebens, die Sprache u. das Feuer aufzustellen. Ohne Feuer waren keine Künste, ohne Sprache kein Zusammenseyn vernünftiger Menschen möglich. Die Laren wurden daher natürlich bald die Beschützer des Heerdes u. des Hauses, u. ihnen der Hund zugesellt, der so gern sich an das häusliche Leben anschliefst, u. durch treues Bellen seinen Herrn begrüfst u. den Fremden verräth. — Diese Erklärung der Laren wird weiter bestätigt durch die beiden andern Namen, welche der Mutter der Laren gegeben werden: Mania u. Muta, bei Varro u. Macrobius. Den ersten hat Ovidius nicht; aber er ist es, dessen Wortklang u. Misdeutung den witzelnden Dichter verleitete, die Lala in die Unterwelt, zu den Manen, zu verweisen, u. sie als das einzige unerhörte Beispiel aufzustellen, wie von einem unterirdischen Etwas lebendes, der Oberwelt würdiges erzeugt werden könne. Wer den Geist des Alterthums auch in der Bildung der Sprache beobachtet, wird folgende Erklärung nicht unpassend, noch unwahrscheinlich finden. Mania, gr. μανία, bezieht sich auf den Stamm von μαίνεσθαι, welcher in seinem Grundtone sowohl μα, μάω, als in den mit einigen Veränderungen entstandenen Ableitungen u. Verwandtschaften innere Kraft, Regung u. Thätigkeit der Seele bezeichnet, wie μανθάνω, lernen, ματεύω, suchen; wozu man ohne Bedenken μένος, mens, memini, memor, μνάομαι, μιμνήσκομαι; die Deutschen *meynen*, *mahnen*, *Minne*, vielleicht auch *Mensch*, *Mann* Mannus, als das dauernde, in sich kraftvolle denkende Wesen; aber gewifs die Manes, den innern, auch nach dem Tode noch fortdauernden Geist rechnen kann: wenigstens scheint Virgilius in dem bekannten, nach dem gewöhnlichen Wortsinne von manes, inferi, schwer

zu erklärenden: quisque suos patimur manes: *Ein jeder duldet, büfset die innere Beschaffenheit seiner Seele!* — wie er öfter thut, auf den etymologischen Sinn dieses Wortes Rücksicht genommen zu haben. Demnach ist die Mania die innere eigenthümliche, rege Kraft des Geistes, welche in dem Begeisterten, dem Propheten, μάντις, sich in ihrer höchsten Wirkung, als Schwärmerei, zeigt; aber auch in der Bildung der Sprache, dieser einzigen Blüthe u. Frucht der menschlichen Vernunft, welche in derselben ihre ersten Regungen lallend ausströmen läfst, u. die weitere Ausbildung darin niederlegt u. aufbewahrt, thätig war; u. so mit dem Mercurius, dem Gott u. Meister aller zur Bildung des Menschen nöthigen Künste, besonders auch der Sprache u. Beredtsamkeit, die Laren erzeugte, unter deren Schutz u. Leitung nun die Menschen im häuslichen u. geselligen Vereine ruhig u. würdig leben konnten. So war sie es auch werth, in den Gesängen der Salier, in denen nur wahres Verdienst verehrt wurde, gepriesen zu werden, wie Varro berichtet; welche Ehre wol schwerlich einer plauderhaften zur Unterwelt verurtheilten Nymphe zu Theil geworden seyn dürfte. — Dem treuen Beobachter der Natur u. der allmähligen Entwickelung des Menschen ist gewifs auch das stufenweis hervortretende Sprach-Vermögen ein anziehender Gegenstand der Beobachtung. Wer kennt aber nicht die ersten schüchternen Versuche des lallenden Kindes ma, me, mu, woraus sich nach u. nach *Mamma, Mutter* ff. bilden, u. welche der Sprache überhaupt die Worte mutire, *mucksen* gegeben zu haben scheinen. Dieser Vorbote u. erste Versuch des Sprechens tritt nun in der dea Muta als Mutter der Laren u. der völlig ausgebildeten Sprache auf: nicht als *Stumme*, wie nur ein Ovidius faseln konnte, dem nur daran gelegen war, die heiligen Gebräuche auf einige Art zu erklären, u. dem dazu die zunächst liegende Wortbedeutung genügte; sondern als die, die ersten Töne versuchende u. schüchtern wagende Muta, quasi mutiens. Selbst das Wort mutus, stumm, bezeichnet den, welcher nichts weiter, als eben jene einfachen Töne hervorbringen kann.

Sollte es wol zu gewagt seyn, auch die Kureten u. Korybanten in ihrer Benennung u. ihren Geschäften, wenigstens zum Theil, auf Erfindung der Sprache u. die Ausbildung der rohen Menschen durch dieselbe zu beziehen? ὑποκουρίζεσθαι, *kleinen Kindern tändelnd nachsprechen*, auch *singen*, verbunden mit dem verwandten

[illegible] die Stimme, γηρύω, garrio, plaudern, schwatzen [illegible]m niedersächsischen köhren, welches besonders von [illegible] ersten Versuchen der Kinder im Sprechen ge[illegible]chlich ist, könnten dahin führen, dafs κόρος, κόρη, [illegible]be, Mädchen von den ersten Versuchen zu spre[illegible], dem Köhren, wie im niedersächsischen Göhr, [illegible]nnt seyen; die Kureten aber u. Korybanten die [illegible]cher, die Lehrer u. Bildner der rohen Menschheit [illegible]ch Sprache, Gesang u. Tanz. Bei dem Namen Ko[illegible]anten scheint der letzte Theil sich besonders auf die [illegible]mmsylbe ὑβ, ὑπ zu beziehen, wovon ὑπέρ, ὕψος, hüpfen, [illegible], krumm gebogen, wie Einer der lustige Sprünge [illegible]cht. Durch Spiel, Gesang u. Tanz mufsten jene [illegible]ttbegeisterten, wie auch Orpheus u. Bacchus thaten, [illegible] Menschen aus der rohen thierischen Sinnlichkeit [illegible]ausheben, u. sie das bessere Selbst fühlen u. fin[illegible] helfen.

Dafs die Idaei Dactyli von dem Berge Ida u. von der den 5 oder 10 Fingern, δακτύλοις, gleichen Anzahl den Namen erhalten haben sollten, ist gewifs äufserst unwahrscheinlich. Weit natürlicher bietet sich das gr. Wort εἴδω, ἴδω wissen, δάω, διδάσκω, lehren, dem das hebr. ידע, jadagh, דעת, daghath, die Kenntnifs nach Sinn u. Ton anklingt, zur Erklärung dar; u. Ἰδαῖοι Δάκτυλοι sind die Wissenden, die Lehrenden, die kundigen Lehrer in allerlei Künsten zur Ausbildung der bürgerlichen Gesellschaft; daher sie auch mit den Kureten verwechselt wurden, u. nur von denen, die einzig den nächsten Wortklang ergriffen, auf die Finger u. den Berg Ida gedeutet werden konnten.

Wie durch Verwechselung von Buchstaben u. Mifsdeutung von Worten manche ganz natürliche Ereignisse ein ungeheures u. fabelhaftes Ansehen erhalten haben, davon mögen jetzt nur noch zwei Beispiele hier stehen. Ein Rabe soll dem Apollo die Nachricht von der Treulosigkeit seiner Coronis gebracht haben. Pindar weifs es besser: εἰςάϊεν πάντα ἴσαντι νόῳ (Pyth. III, 50): Er, den kein Gott, kein Sterblicher täuscht, sah u. hörte die Untreue von Ferne. Der Rabe entstand nämlich aus der Verwechselung von קרב, kereb, die Mitte, das Innere des Herzens mit עורב, ghoreb, ein Rabe. Eben dieser Pindar, der so voll wahrer Ehrfurcht gegen die Götter ist, findet es unwürdig, dafs die Götter den Pelops geschlachtet u. gegessen haben sollen. Er ward unter die Leib- u. Tafeldiener aufgenommen, meint er Olymp. I, 38. wie Ganymedes; u. nur der hämische thörichte Pöbel machte jene Fabel. Auch hier

wird Pindar's Erklärung durch eine leichte Verwechselung des Wortes טבח, thabach, kochen, schlachten, mit dem gleichen Stammes, טבח, thabbach, ein Trabant, ein Königsdiener, bestätigt. Tantalus hat seinen Sohn geschickt, oder die Götter haben ihn entführt zur thebachah — konnte heifsen: zum Trabantendienst oder zum Schlachten. Malignum vulgus wählte das letzte.

Lüneburg. *Wagner.*

V.

Viro Celeberrimo *Godofredo Seebode* *G. H. Lünemann S. P. D.*

Promiseram Tibi, Vir Celeberrime, literarum ineditarum volumen, quas forte fortuna nuper in Bibliotheca nostra scholastica depositas inveniebam. Commericum epistolicum erat *I. M. Gesneri* super editione Luciani, diligenter asservatum. Epistolae ab eo tempore incipiunt, quo Gesnerus iuvenis Philopatride vulgato de nova omnium Samosatensis operum editione paranda sedulo cogitabat, et iam cum bibliopola Lipsiensi de opere typis exscribendo pactus erat: tum vero isto negotio discusso et contracta per Fabricium cum Hemsterhusio notitia, postquam ab hoc in partem curae vocatus erat, per plures annos continuantur, et succedente tandem in Hemsterhusii locum Fred. Reitzio, totum progressum operis quasi oculis subiiciunt. Hinc facile intelligebam, non indignas esse has literas, quae cum eruditis communicarentur, nisi iam ab alio in vulgus editae essent. Et sane gaudium magnopere turbatum est, quum mox reperissem, maximam partem earum iam ab I. N. Eyringio in I. M. Gesneri Biographia Academica Gottingensi Vol. III. p. 365. sqq. publicatam esse. Nihilo tamen minus, quum et omissae ab Eyringio epistolae ad historiam Luciani editionis, per sex et viginti annorum spatium protractae, pertineant, operae pretium putavi, has ad Te, Vir Celeb., transmittere, ut, si Tibi videatur, typis exscriptae prodeant. Me saltem legentem iterumque legentem has epistolas non mediocri voluptate affectum esse fateor, et alios quoque, qui magnum illum Virum, quum doctrina et eruditione clarissimum, tum ab humanitate animique candore commendatissimum, iusta veneratione prosequuntur, libenter esse lecturos confido. Vale, Vir Celeb., et me Tuum, quod facis, amare perge. Scr. Gottingae, Id. Decembr. 1821.

I.

Viro Clarissimo *Jo. Matthiae Gesnero* S. D. *Jo. Albertus Fabricius.*

Multiplici nomine devinxeras me tibi, et munere doctissimo, et honestissimo de laboribus meis iudicio, et

quod magni aestimo inprimis, amore testato humanissimis literis. Quam gratum mihi fuerit donum a te profectum, quanti industriam et ingenium faciam tuum, quam clara etiam sit amicitia ac benevolentia tua, ex Reimaro tuo iam opinor intellexisti. Ego literas inanes rependere veritus tamdiu distuli scribendi ad te officium, quod maturatum ratio ac voluntas mea postulabat. Libellus, quem his literis adiunxi, iam ante dimidium fere annum prelis exire debuit, eius procrastinationi tamen non tantum tribuo ut non amplius etiam sperem a tua humanitate, atque quidquid hac in parte a me peccatum est a te condonatum mihi iri confidam. Spartam nactum esse te, in qua bene mereri de studiosa iuventute atque pluribus prodesse virtute atque ingenio tuo possis, impense gaudeo, optoque ut quemadmodum mereris, ad maiora semper et ampliora proveharis. Vale Vir Clarissime et me ama tui amantissimum.

S. Hamburgi XV. Cal. Jun. A. C. CIƆIƆCCXV.

II.

Leipzig d. 20 Januar 1720.

Hochgeehrtester Herr Conrector

Ich habe M. s. g. Herrn CR Brief ohne dato am 5ten dieses empfangen, und daraufs die Zuversicht gesehen, mit der Sie an Lucianum gehen wollen. Gott stärke Ihren Glauben, also wollen wir es mit einander anfangen, und zwar mit dem Bedinge, dafs wenn ein ander uns fürkommt, ich an nichts gebunden seyn solle, und dafs die Bezalung erst nach vollendeter Arbeit zu entrichten ist. Was Sie für die gantze Arbeit fordern, will ich nächstens zu vernehmen erwartten, und verhoffe Sie werden es billig machen. Brauchen Sie etwas von Wien oder aus Italien dazu, so denke dazu leicht helffen zu können. Weiter sehe ich nichts auf Ihren Brief zu antwortten, alfs dafs ich bin

M. H. H.

D W D
Tomas Fritsch.

Herrn ConR. M. Gefsner
[in Weimar.]

III.

Leipzig d. 27 Januar 1720.

Hochgeehrter Herr

Des Herrn Contract kommt mir sehr billig für, und was ich dabei zu erinnern habe, ich sage zu prae-

stiren habe, das würde ich mich keineswegs weigern. Wenn der Herr nur nicht so weit zurücke wäre, das allein macht mich schüchtern, dafs in so langer Zeit uns ein ander gantz gemächlich fürkommen kann; welches ich um so viel eher befürchte, weil unlängst ein gewifser Buchhändler in Holland sich Unkosten gemachet, die er sonst nicht nötig gehabt hätte. Ich will defswegen an einen Freund schreiben, um zu sehen, wie viel unter der Hand zu erfaren seyn mögte. Ich wollte dafs jemand mit dem Herrn Fabricio vertraut wäre, um zu erfaren, ob der etwas davon wüfste. Doch ist defswegen des Herrn Vorhaben ihm noch nicht zu offenbaren, denn sonst kommt es augenblicklich unter die gelehrten Zeitungsschreiber; welches ein entsetzliches Geschlechte ist, denn sie oft wider der Leute Willen mehreres von ihnen schreiben. Ich dächte, wenn der Herr indesfen immer fleifsig daran wäre, auf ein Gerathewohl. Sobald ich Antwort kriege, werde ich dem Herrn schreiben. Auch in Weimar und Jena ist von Ihrem Fürhaben nichts zu sagen, zum wenigsten nicht, dafs ich mit Ihnen in tractaten stehe; denn wenn es jemand anders weg schriebe, würde ein Felix es mir zum Bofsen anderswohin berichten. Adieu —

T. Fritsch.

IV.

Leipzig d. 25 Mai 1720.

Hochgeehrtester Herr

Ich antwortte darum so langsam, weil ich vorher Gewifsheit haben wollen, was in Engelland fürgehet; so ich aber durch einigen Umschweif habe thun müssen. Die Sache ist also, Herr Hemsterhuysen arbeitet würklich darann, und habe ich in verwichener Ostermesse seinen Brief gelesen, den er defswegen an Hn. Berglerum geschrieben, worin er davon redet, alfs von einer sehr weit gekommenen Sache. Wetstein druckt ihn, welches Sie von Hn. Bibliothecario Bilker erfaren können, wenn Er wieder heim kommt, denn itzo ist der gute Mann noch hier in limbo (in loco?), wie bekannt genug seyn wird. Ob bei so gestalten Sachen hier auch eine edition zu wagen sey, ist sehr bedenklich. Man hat also auf etwas anderes zu denken, dadurch man der gelehrten Welt sich zeigen kann. Ich meines Orts verharre beständig

Meines Hochgeehrtesten Herrn

D W D

Tomas Fritsch.

V.

Viro Summe Reverendo atque Excellentissimo *Jo. Alberto Fabricio Jo. Matthias Gesnerus*, in Gymnasio Saxo-Vinariensi Conrector S. P. D.

Nescio equidem, Vir summe Reverende, an recorderis audaculi iuvenis, qui CIↃIↃCCXV cum Her. Sam. Reimaro tuae disciplinae alumno dissertationem de auctore et aetate Philopatridos Lucianei habuit, eaque occasione id felicitatis est consecutus, uti humanissimis literis tuis eum quaedam doceres. Mihi certe nunquam ex animo effluxit insignis illa tua, Vir Summe Reverende atque Excellentissime, humanitas, neque unquam puto effluet. Atque veneratus illam essem privatis etiam ad te literis, quemadmodum immortalia tua in literariam rem merita tum in anti-Helladianis meis (Miscell. Lips. Vol. I. p. 397. sqq. itemque p. 712. sqq.) tum in Chrestomathia Ciceroniana, tum denique in saeculari de annis ludisque saecularibus disputatione depraedicare conatus sum, nisi religioni duxissem te interpellando publicis obstare commodis, quem nullo unquam tempore otiosum esse doctissimae illae et omni aevo victurae loquuntur scriptiones. Ac diutius forte me sustinuissem, nisi incideret negotium, ubi tua ope, Vir Excellentissime, rebus meis, forte etiam literariae rei nonnihil consuli posse putaverim. Rem totam bona tua cum venia paucis complectar. Cum ante editum a me Philopatrin non negligenter legissem Lucianum, tum ab eo inde tempore de manibus non deposui auctorem, quod mihi quidem videtur non minus, quam suavis est atque iucundus, utilem. Hinc factum est, ut et quamplurimis locis emendari coniecturis meis posse putarem et tantum non omnibus commode satis explicari, ne quid de latina versione dicam, quam innumeris plane locis emendatiorem polliceri ausim. Egi hac de re cum Thoma Fritschio Lipsiensi, qui susceperat in se praestare Luciano, quae Aristophani atque Alciphroni praestitit; cum ego illi promisissem, me opem allaturum Samosatensi, qualis sexto Empirico nuper a te, Vir summe Reverende, adhibita esset: non qui te aemulari auderem, cuius vestigia procul adorasse mihi sufficit, sed confisus studio me et indefesso labore simile quid denique perfecturum, quale tu per intervalla et aliud interim agens perfecisses. Haec vero dum inter nos agitamus, affertur, Hemsterhuysio V. Cl. hanc provinciam iam esse susceptam, Wetsteniis sumtum operi facientibus. Iam intelligis, Vir Celeberrime, quid

a te petiturus sim. Nimirum — audacter enim scribam, quando literae non erubescunt — illud te veniam obsecratum, ut pro ea, qua polles per totum literarum orbem, auctoritate aut Hemsterhuysio, aut quod malim Wetstenio persuadeas, ut petat a me, quae non parca manu Luciano illustrando conferre possim. Spondere ausim, non fore dedecori novae editioni lucubrationes meas, neque pudori unquam tibi futurum, si commendatione hac in re tua me iuveris. Quin et illud adiecisse non poenitet, si modo quid tuae gloriae per me accedere possit, honorificentissimam tui mentionem ob id factum iri. Neque est, ut ex iis, quae ad Philopatrin ante hos V annos commentatus sum, meos in Lucianum labores quis aestimet. Scribebam illa iuvenis, festinans, libris, usu scriptorum Graecorum destitutus, quorum singulis medicinam ab eo tempore accessisse confirmare sustineo. Itaque tum ipsum Philopatrin et castigatiorem et explicatiorem et notis superfluis leviorem dare Wetstenio, si voluerit, possim, tum reliqua Samosatensis omnibus fere paginis quà emendatiora qua illustratiora. Exspectarem novam editionem et Lucianeas lectiones darem: sed, fatendum est, videtur mihi ad novam aliquam famam, quam ut non anxie quaero ita neque negligendam puto, conducibilius, si ipsi Wetstenianae editioni centones mei attexi queant. Taceo quod lucelli forsitan plus exspectandum, si ad novam editionem symbola ista conferantur, quam si rogandus sit, qui spicilegium aliquod suo sumtu prodire iubeat. Mitto pluribus te orare, V. C., siquidem tute melius perspicies, utrum e re literarum sit, adiuvari abs te conatum meum, an praestet aeternis tenebris, quae magno mihi labore parta sunt, sepeliri. Si tamen te Wetstenius audiat, commodius fore arbitror, subinde ea quae excusa typis fuerint folia ad me curari, tum ut occupata ab aliis a me omitti, tum ut singulae notae paginis vel sectionibus novae editionis accommodari queant. Vale, Vir Celeberrime, et tuae gloriae diu adhuc interes.

VI.

Viro S. R. atque Excell. *Io. Alb. Fabricio*, Hamburgum.

Quibus verbis incredibili Tuae V. S. R. in me humanitati gratias agam, plane non reperio, et si reperiam, nescio an non potius me contineam et apud animum quantum tibi a me debeatur venerabundus perpendam. Siquidem tu id egisti, quod magis quam quisquam hodie agis; ut et expromta illa tua benevolenti

atque in omnes humanitate, quibuscunque potes rebus, adiutes, et si eadem opera aliquod in bonas literas, eas inprimis, quae salutem tibi debere videntur, emolumentum derivari queat; uti tum satis amplam tibi gratiam relatam arbitrere. Igitur meum potius erit eniti, ut non plane ea spe, quam de me tibi facere ausus sum, quamque concepisse te haud obscure significas, videaris excidisse. Atque uti planius tibi constare posset, V. S. R., utrum e re tua, h. e. literarum esse putes, porro conatibus meis favere, ausus sum ad te mittere specimen curarum in Lucianum mearum, ea lege, ut, si operam me lusisse putaris, abiicias, sin vero, quod opto, tanti putes, porro ad Nobiliss. Reimarum tuum cures, cuius ego de te sermonibus debeo, quod propius etiam te, quam ex immortalibus operibus tuis, nosse, et quod non potest non inde consequi, quod magis etiam quam ceteri admirari te ac suspicere, quin, si pateris, amare etiam videor. Eo confidentius autem hoc abs te, V. S. R., peto, quod eam ipse tibi dixisse legem videris, ut nihil grave putes, quod ad iuvandas literas, aut ad ornandum earum cultorem pertineat. Ceterum dabitur a me opera, si quid amplius literarum mearum ad Hemsterhusium V. C. commeare contigerit, ut illud sine incommodo tuo fiat. Vale, V. S. R., et crede, plures forte esse, ex quorum amore et officiis plus ad te vel commodi vel honoris redeat, tui autem observantiorem aut amplitudinis tuae studiosiorem esse plane neminem.

VII.

Viro Clarissimo Humanissimo Doctissimoque *Herm. Sa. Reimaro.*

Cum haud ita pridem insignem illam Tuam et plane te dignam de Machiavellismo commentationem avide perlegissem, calamum iam arripueram, literas ad te Vitebergam daturus, meae in te voluntatis candidaeque gratulationis interpretes. Sed ab amico admonitus te illam academiam reliquisse et itineri longinquiori accinxisse, viales quidem propitios et faustum ad tuos reditum tibi tacitus optavi, sed scribendi officium eo putavi differendum, dum commodior te compellandi daretur occasio. Quanta igitur me voluptate perfusum putas, cum τοῦ πάνυ literis humanissime ad me scriptis tuas comites adiunctas viderem, et eas quidem literas, quibus non tantum de veteri illa tua in me benevolentia nihil deposuisse te, sed recenti bene-

ficio tibi me devinxisse edocerer. Serio mihi crede φιλότης, triumphavi, cum in negotio meo administrand te interpositum cognovi. Facile igitur te exorari patier Virorum Humanissime, ut beneficium tuum tueare, non tantum hasce literas ad Celeberr. Hemsterhusiu cures, sed totum negotium meum ea illi, forte etia Wetsteniis, commendes fide, qua te in me usum t aliis speciminibus, tum hac ipsa in re satis cogno Ceterum et Lugdunensem secessum tuum et iter Ang canum Deum tibi ac literis fortunare volo. Illud q dem augurari haud vano omine videor, fore ut itinere illo tuo multum ad bonas literas emolume redundet, siquidem ea beatae illius insulae bonaru rerum ubertas est, ea autem bene bonis rebus uten in te facultas, ut qui te norit non possit non in m ximam spem venire, bene eventurum literis; quod R marus ad Oxoniensium Musarum adyta admittatur. decus, i nostrum, felicibus utere fatis. Mihi ni gratius feceris, quam si et Lugduni et Oxonii, ubicunque terrarum fueris, singularem illam benevole tiam tuam, qua nihil mihi potest accidere iucundi mihi conserves, et quam felicissime semper vivas.

VIII.

Viro celeberr. *Tiberio Hemsterhuysen*, Franeckera

Vix opus esse puto, Vir Celeb., ut multis exc sem audaciam eam, qua hisce te literis compellare sustineo. Siquidem et tu summo Fabricio eruditissimoque Reimaro interpretibus, quid te velim iam sat edoctus es, et ego ex literis ad hunc tuis satis de tu voluntate cognovi, quae cum honorifica admodum mihi sit, gratias eo nomine tibi maximas ago, relaturus cu potero, nunquam non habiturus. Superest ut, quo iubes, perficiam, specimenque mearum ad Lucianu observationum tibi offeram, quod cum his literis accipies, ex quo tu pariter atque viri ornatissimi, qui perpoliendis optimis scriptoribus nominis sui mensuram implent, et seri dum prosint nihil recusant, iudicare poteritis, an in partem curae vestrae me assumere vestra e re putetis. Ceterum sapiens et commoda lectoribus abs te cautio adhibetur, quod iterum legi non vis, quod semel bene abs te dictum sit; neque ego, si fors mihi tribuisset scriptorem utilissimum edendi copiam, aliter fecissem. Siquidem in animo erat, non sparsis hinc inde observationibus quaedam tantum illustrare, sed plena manu dare tum quae viris doctis vel

ex instituto Lucianum illustrantibus vel aliud agentibus, tum quae mihi ipsi in mentem venissent, perpetuasque adeo notas et quoad eius fieri posset, nihil inexplicatum relinquentes conscribere, versionem autem latinam vel novam condere, vel ita certe interpolare, ut opus non esset castigandis priorum interpretum erroribus chartas implere ac bonas horas male perdere. Quantum autem tu in hoc genere dare possis, satis quae adhuc in Pollucem atque ipsum Lucianum commentatus es, edocent. Veruntamen hoc vide, Vir Celeberrime, annon et Luciano et tibi quoque commodius putes, modo omnino opera uti mea tibi placeat, si tuis observationibus cognitis ab iis abstineam, quae occupata abs te videro, in reliquis autem, quae vel attingere tibi non placuerit, vel plenius tradere mihi commodum fuerit, eo exquisitiorem operam ponam. Quo minus dubites, hanc mihi veniam dare, in tua atque S... manu erit, resecare si qua in re non satis videar honori vestro consuluisse; quamquam ea vel prima mea cura futura sit, ut . . . . nomen meum non loliginis succo, sed modestiae ac pudoris purpura inscribam. Ceterum communes sunt eorum quae hic afferri possunt omnium fontes, ut adeo saepissime convenire nihil mirum sit, si qui in eodem stadio decurrant. Quare et in hoc ipso quod vides specimine multa quae dici a me poterant omisi, quaeque scripsi timide scripsi, non dubius pleraque abs te plenius forte et exquisitius tractata esse. Si tamen constitutum vobis forte sit, omnes notas verbis auctoris statim subiicere, causae nihil dico, quin ita utare meis, ut et iudicio tuo, cui multum sane tribuo, et candori, quem nobilissimus Reimarus mihi praedicavit, satisfacias. Atque ut eo magis cognoscas, quantam in fide tua atque integritate fiduciam habeam, tui arbitrii facio, ut constituas, quantum mihi ab iis, qui sumtum operi impendunt, honorarii loco dari aequum sit. Quod superest, Deum immortalem supplex veneror, ut te V. Celeb. tibi ac litteris quam diutissime superstitem esse iubeat: te autem rogo, si quid sit in quo benevolentiam tuam officio aut opera mereri queam, ut illud mihi significare non degnere.

Obsignaturus eram hunc fasciculum, cum illud in mentem venit, si omnino ea non placeat conditio, ut tua ego per partes videam, prout mente uno vel duobus excusum aliquid fuerit, antequam mea plane elaborem, commodum forte esse, si ita partiam operas, ut auctores, quos a te prae ceteris adhiberi sciam ad Lu-

cianum illustrandum, ego praetermittam, alios autem eo attentius comparem. Ita percurri Thesaurum Gronovianum, ita Athenaeum ac Theophrastum Persiumque Casauboni, Harduini Themistium. Ita Heliodorum Bourdelotii, Philostratos Olearii et Diogenem Laertium Wetsteniorum, Aristophanemque Küsterianum ultimo loco reservavi, quo plura ibi esse cognovi ad hanc rem facientia. Barthii ac Turnebi Adversaria iam contuli, quoque pauciora hi dedere, tanto plura ex Gruteri Face Artium vel Lampade Critica Brodaei et Leopardi inprimis causa depromere licuit. Nec Pollux tuus pauca mihi suppeditavit, de quibus abstinendum esse satis video.

IX.

Viro Celeberrimo *Io. Matth. Gesnero* S. D. P.
C. A. Heumannus.

Quod iam diu nihil a me literarum accepisti, non ex eo factum est, quod aliquid ex amore erga te meo detractum sit, sed quod vacuis tibi literis molestus esse non sustinerem. Scio enim, te et ordinariis et extraordinariis negotiis esse districtissimum. Quare non puto amici esse, negotia commodo orbis literati destinata interpellare nugis et quisquiliis. Neque enim ignoras, quanti tuum ingenium faciam, quamque et multa et magna ab eo in posterum quoque profectura esse confidam. Vel Lucianus tuus immortale tibi nomen conciliabit: quod ut eo certius consequaris, suasor tibi sum, ut vel in nonum annum ex lege Horatiana eius editionem differas, intereaque temporis assiduam naves operam ei et emendando et quocunque modo illustrando. Accidit namque plerisque maiorum operum auctoribus, ut perfunctorie legantur a plerisque. Unde fit, ut innumerae mendae in iis remaneant, multaque summo lectoris taedio perpetua conflictentur cum obscuritate. Non ita pridem ea res magno me affecit dolore, quum librum quendam Plutarchi, quem antea vix obiter inspexeram, legerem. Observabam, plurima ibi esse corrupta, obscura plurima; atque adeo opus esse illi libro Oedipo, opus esse Farnabio. Ac fateor, venisse tum mihi in mentem, ut tu mihi rogandus videreris, ut, ubi absolveris Lucianum, Plutarchum suscipias critica philologicaque luce illustrandum. Sed ut ad Lucianum redeam, quod iussisti feci. Perlegi totum Luciani Encomium Demosthenis, ac lucide deprehendi, tuam coniecturam criticam esse omni exceptione superiorem,

dignamque cui acclametur vetus illud FELICITER. Nec dubito, te approbaturum esse illam tuam sententiam universis, qui criticae rei nonnullam habent peritiam. De traiectione itaque verborum res mihi videtur esse certissima. Verum an omnis iam menda sit sublata, tu videris, vir κριτικώτατε. Nam, fateor, nunc mihi non vacat attentiori mente contemplari Lucianum tuum, qui, quantum temporis ex aliis negotiis superest, omne tribuo praefationi in symposium Lactantii conficiendae. Ac iam terram video, ut sic loquar, hoc est, non procul absum ab exitu, speroque te propediem illud symposium typis exscriptum tuisque pariter ac meis annotationibus illustratum esse visurum. De Sole duplici ac geminis Thebis quae me doces, grata sunt. Fateor, mihi non succurrisse, quo loco id adagium legerim, etsi me legere non semel satis memineram. Vale, et adiecta Schediasmata, quia mea sunt, proba.

Gottingae d. XX. April. 1721.

VI.

Davidis Ruhnkenii Notae Grammaticae in *Mureti Scripta.* *)

T. 1. p. 7. *maiore quodam numinis afflatu perculsi*] Imo, *percussi.* Sed quid discriminis sit inter *percutio* et

*) Notulae, quas adspersi, meorum potissimum discipulorum usibus destinatae erant, quorum in gratiam has castigationes cum ampliore quadam quaerendi cogitandique materia, programmatis scholastici scribendi occasione data, edere iam dudum constitueram, recisis iis, quae ad alias res a Mureto tractatas, quod quidem perraro factum est, Ruhnkenius addidisset. Sed quoniam erudita brevitas *F. A. Wolfii*, Viri praestantissimi, qui Analect. Litter. T. 1. in malam aut inelegantem latinitatem recentiorum scriptorum non sine leni ioco et nominum clarorum occultatione nuper animadvertit, aliquid lucis e Ruhnkenii monitis accipere posse videbatur, postquam a *Seebodio* V. Cl., ut secum de antiquitatis studiis bene mereri possem, in hanc Miscellaneorum edendorum societatem perhonorifice vocatus eram, nihil habui antiquius, quam ut totum libellum, ut erat, inserendum curarem, Ruhnkeniana maximi facturos, mearum vero quidquid esset nugarum aeque laturos esse lectores sperans. Nova autem editio Lexici Latini Antibarbari a *Noltenio* confecti digna sane est, quae nostro tempore suscipiatur, recentissimorum grammaticorum disputationibus aucta atque ornata. FR.

percello, Mureti aetas non satis cognitum habebat. Primus id ostendit R. Bentleius ad Horat. Epod. 11, 2.[1])

T. 1. p. 9. *ac opifice deo*]. *Ac* nunquam ponitur ante vocalem.[2])

T. 1. p. 10. *morti denique deterrimae atque acerbissimae exposuerit*] Imo, *teterrimae*. Si Muretus, quod vulgatur, scripsit, vitiosae veterum Scriptorum editiones, in quibus hae voces saepe confunduntur, ei fraudi fuerunt. Vide Drakenborchium ad Liv. IV, 3.

T. 1. p. 11. *nunquam ista tam stulte, incogitanterque scripsisset:*] *Incogitans* Terentius[3]) dixit. Sed *incogitanter* aeque insolens est, ac *cogitanter* pro *cogitate*.

T. 1. p. 13. *cum solida Theologorum doctrina comparare collibuerit*] *Solida* doctrina ἄκυρον est, nec Latinis usitatum; ut mirer, elegantissimum, quo Philosophiae elementa traduntur, ab Ernesto inscriptum esse: Initia solidioris doctrinae.[4]) — Ibid. *Frustra desideraverit*] Elegantius *frustra* abesset.[5]) *Ex Addendis.*

T. 1. p. 14. *aliique deinceps inumerabiles eorum vestigia secuti Christianae ditionis terminos ampliaverint*?] *Ditio* apud veteres nihil est, nisi potestas, imperium [6]). Sed ut imperium pro regno vel republica dicitur, sic etiam ditio cadente *Latinitate*, pro regione vel regno dici coepit. Claudianus de II. Cons. Stilich. 160. *nec terminus unquam Romanae ditionis erit.* Vide Vossium de Vitiis Sermon. VI, p. 322. et Cellar. Cur. Poster. p. 337. Hoc igitur Mureto ex inferioris aetatis lectione surrepsit.

T. 1. p. 15. *tu depravatas hominum mentes, Velut de integro interpolasti:*] Dura et abhorrens translatio, praesertim cum *interpolare* semper fraudis significationem adiunctam habeat.

---

1) V. *Bremi* ad Nepot. Eumen. V, 1.

2) V. *Zumptii* Gramm. Lat. p. 185. ed. sec. *F. A. Wolf* ad Sueton. Caes. c. 26. *Bremi* ad Nepot. Agesil. c. 2. *Tzschuck.* ad Mel. II, 3, 10. not. crit. p. 253. *Heindorf.* ad Cic. N. D. 1, 1. p. 4.

3) Phorm. I, 3, 3.

4) Ipse tamen *Ruhnkenius* saepius hac dicendi forma usus est; conf. eius orat. de doct. umbrat. p. 16. ed. LB. et or. de Graec. art. et doctr. inventr. p. 8. ed. Kidd. Quam nuperrime defendere studuit *A. Matthiae* in not. ad Eloqu. lat. exempla p. 135. his verbis: „At, si Latinis inusitatum est, eodem tamen modo translatum est, quo *solida gloria*, *solida utilitas* et similia i. e. non inanis."

5) Eadem ratio est verbi *requirere*; conf. Cic. or. p. lege Manil. §. 6. ubi v. *A. Matth.* et Epp. ad Famil. XII, 50.

6) V. *Noltenii* Lex. L. L. Anti-Barb. p. 508. ed. sec.

T. 1. p. 19. *ut Sirenum vocibus nemo navigantium moveretur. Hoc figmento, quid tandem aliud doctissimi homines iudicarunt?*] Vox *figmentum* non habet idoneum auctorem. Vide Scioppium Infam. Fam. p. 111. et de Stil. Hist. p. 167. [7])

T. 1. p. 24. *eo mihi amplior et patentior orationes quasi cursus ostenditur.*] Pro *patentior cursus* exspectasses *patentior campus.* Sed quoniam metaphora ab itinere maritimo ducta est, *cursus* pro *campus* dicere maluit, imitatus Ciceronem pro Planc. 7. *Plancium non obrepsisse ad honorem, sed eo venisse cursu, qui semper patuerit hominibus hoc nostro equestri loco.* Cuius tamen loci dispar ratio est.

T. 1. p. 28. *Tuum est falsarum opinionum temeritatem diripere*] Sic scripsit, mendosas Ciceronis editiones secutus, de Finib. I, 13. *omnium falsarum opinionum temeritate direpta.* Sed optime Davisius e MSS. revocavit veram lectionem, *temeritate dempta.* [8])

T. 1. p. 33. *exitiale quasi corporis et animi dissidium inducere*] Potius *discidium.* Sed hoc discrimen ignorabatur ante Gronovium ad Liv. XXV, 18. [9])

T. 1. p. 38. *qui distincte ordinateque dicendi praecepta tradunt?*] Hoc habet ab Auct. ad Herenn. IV, 56. ubi tamen alii libri praebent *ornate.* Cicero dixisset, *ordine.*

T. 1. p. 39. *Sed increbuit sermo quidam hominum imperitorum*] Scribe, *increbruit.* Vide Oudendorp. ad Sueton. Caes. 79.

T. 1. p. 40. *Sunt, qui ... fieri tamen negant posse*] Imo, *negent.* [10])

T. 1. p. 43. *bonus aestimator eloquentiae*] Rectius *existimator* scripsisset. Sed nondum Gronov. ad Liv. XXXIV, 2. et ad Gell. I, 3. discrimen horum verborum constituerat. *Existimator* est iudex: *aestimator*, qui pretium constituit, res inter se componit, ut, quid praeferendum, quid posthabendum sit, intelligat. [11])

---

7) Adde quos affert *Nolten.* p. 955.

8) *Bremi* et *Goerenz* rectius, opinor, edidere *derepta.*

9) Conf. *Nolten.* p. 52. *A. Matth.* ad Eloqu. lat. ex. p. 17. „*Dissidium* est dissensus animorum, *discidium* disiunctio, quae fit corpore, loco. Hoc iam observaverat Giphanius, aequalis Mureti.“

10) V. *Heindorf.* ad Horat. Sat. I, 4, 24. et ad Cicer. N. D. II, 32. p. 194 sq.

11) *Existimatorem et iudicem* coniunxit Cic. de Fin. III, 2. ubi conf. *Goerenz* p. 315. qui ad hanc *Ruhnkenii* animadversionem non respexit.

T. 1. p. 49. *victoriis totus terrarum orbis nobilitatus est;*] Locus aliquis, ante obscurus, victoria nobilitatur, ut apud Cicer. Partit. 10. *loci obscuri, an rerum gestarum vestigiis nobilitati.* Sed quis ferat, *victoriis orbis terrarum nobilitatus?* [Cf. tamen Tac. H. I, 2.]

T. 1. p. 53. *insuavem fore celeritatem cum ipsorum incommodatione susceptam.*] Haec vox Mureto haesit ex corruptis libris Ciceronis ad Att. I, 17. Nunc recte editum est *incommoditate.*

T. 1. p. 60. *ut eam Philosophiae partem, quae ad confirmandos mores pertinet*] Muretus in margine Aldinae bene correxit *conformandos.*

T. 1. p. 62. *arbores, quarum in ramis toto anni tempore cernere est fructus*] Hic Graecismus poetis proprius est, non orationis prosae scriptoribus.[12])

T. 1. p. 67. *ut ea (virtutis et officii praecepta) non orationis genere prosequar*] Imo, *persequar.*[13])

T. 1. p. 78. *qua proxime divinam naturam accedimus*] Deest *ad* in Aldina. Quam constructionem defendere licet exemplis apud Drakenborch. ad Liv. IX, 40. Sed magis Ciceronianum est *accedere* cum praepositione, quod Ingolstadienses ediderunt.

T. 1. p. 79. *concursum*] Muretus *occursum* scripserat. *Ex Add.*

T. 1. p. 85. *sed animus, qui iubet, ut nos ipsos noscamus*] Rarior nec imitanda, constructio, *iubet, ut.* Vide Duker. ad Liv. XXIII, 21.

T. 1. p. 108. *Iesu Christi salvatoris*] Muretus in margine Aldinae *reposuit* vocem magis latinam *servatoris.*[14])

T. 1. p. 128. *propter locorum distantiam*] Meliores scriptores potius dicunt *intervallum.*

T. 1. p. 133. *quod prolatis ac productis ipsorum locis probarem*] *Producere* vel *adducere* locum, rationem, etc. non dicunt Latini.[15])

T. 1. p. 144. *Obsequantur igitur amicorum petitioni*] *Petitio* pro *precibus* non reperitur apud idoneos scriptores.

T. 1. p. 145. *causa discussa*] pro *causa cognita* cadentis, vel potius iacentis Latinitatis est. *E praef.* T. IV, p. IX.

---

12) V. *Tzschuck.* ad Mel. III, 3, 3. not. exeg. p. 93.

13) Conf. quos affert *Tzschuck.* ad Mel. prooem. 1. not. crit. p. 4 sq.

14) Vocem *salvator* defendere studuit *Nolten.* p. 1157 sqq.

15) *Matth.* ad Eloqu. lat. exempl. p. 57. „Sed *producere testes* dicunt; quorum testium vim quum locis, quae afferre possit, tribuat, illo etiam verbo utitur Muretus.“

T. 1. p. 146. *iudices, omni cupiditate spoliati*] *Cupiditate spoliatus* pro *cupiditatis expers* vereor, ut recte dicatur.

T. 1. p. 148. *prout quisque affectus est, ita res eis alias atque alias videri*] Nescio, quare Muretus in margine Aldinae *ei* scribat. Centies enim *quisque* cum plurali construitur. Vide Drakenborch. ad Liv. II. 22. [16])

T. 1. p. 153. *Romani nominis ac dignitatis columnam intuebantur.*] Frigidus lusus in nomine *columnae*. Nec latina consuetudo eum cuius, consiliis respublica nititur, *columnam*, sed *columen* reip. vocat.

T. 1. p. 158. *nostros animaret*] *animare* [17]) aliquem pro *incitare*, *incendere*, Gallicismum sapit.

T. 1. p. 164. *eandem in victu cultuque parimoniam retinuit, quibus a principio se assuefaceret*] Melius est, quod Muretus in marg. Aldinae reponit, *cui a principio.*

T. 1. p. 194. *et annis suis vitam illius prorogare.*] Rectius *pro pagare*, ut nunc editur apud Cicer. de Finib. V, 11. *propagabat tamen vitam aucupio.* De confusione et discrimine horum verborum Critici saepe disputarunt, ut Graev. ad Cic. ad Div. V, 15. et Oudendorp. ad Suet. Aug. 23. [18])

T. 1. p. 198. *neque tibi ulla ex re verius ac solidius gaudium obiici potest.*] *Gaudium obiici* dicitur, quod inspe-ratum est, ut ap. Terent. Heaut. I, 2. 12. *Ut hanc laetitiam nec opinanti primus obiicerem.* Qui sensus ab hoc loco alienus est.

T. 1. p. 201. *quos armorum vis magis ac magis usque adhuc effrenavit*] Muretus haud dubie scripsit, *efferavit.*

T. 1. p. 206. *qui a Deo et a Rege rebellaverant*] Forte excidit verbum *deficientes.* Nam *rebellare ab aliquo* ne fando quidem auditum est. [19])

T. 1. p. 208. *ita ut eorum protector,*] *Protector*, vox barbara. Vide Cellar. Cur. Poster. p. 202. [20])

T. 1. p. 210. *te fusis ex animo precibus adiuvare conabimur*] *Fundere preces* poetis frequens, non reperitur apud prosae orationis scriptores.

T. 1. p. 218. *Sua igitur voluntate subditus legi*] Magis latine scripsisset, *subiectus legi.* Nam *subditus,*

---

16) V. *Zumptii* Gr. Lat. p. 199. ed. sec.
17) V. *Nolten.* p. 818. sq.
18) V. *Bremi* ad Nepot. Hamilc. II, 5.
19) V. *Nolten.* p. 1714.
20) V. *Nolten.* p. 691.

pro *parens* melior aetas ignorat. Vid. Sciopp. Infam. Fam. p. 118. et Cellar. Cur. Post. p. 343.[21])

T. 1. p. 221. *quibus piscator ipsemet captus*] Rectius *ipse*, quam *ipsemet*, dici, monet I. G. Bergerus Praef. ad Or. Lectior. p. 13. [Est tamen apud Plautum Amphitr. prolog. 102. et Ciceron. Verr. III, 1. *Ex Addendis*.]

T. 1. p. 222. *illum durissima illa ac plenissima pavoris nocte ter abnegavit:*] Potius *dirissima*.

T. 1. p. 232. *ut potestas Dei tanto magis elucescat*] *Eluceo latinum* est, non *elucesco*. Vide Interpretes ad Lactant. VII, 14.[22])

T. 1. p. 245. *reum recipere*] Mirum, ni Muretus scripserit, *reum eripere*: quod a Cicerone exquisite dicitur pro arte quadam *liberare*. *Ex Addendis*.

T. 1. p. 248. *Non poterat iustitia defendi, neque profiteri*] *Profiteri* passive dixit exemplo Ciceronis Agrar. II, 21. ubi sic est *fateri*. Sed ille locus vix sanus videtur Criticis. Vide Duker. de Latin. I. C. vet. p. 359. et Ernest. Clav. Cic. V. Fateor. An Muretus scripsit *patefieri?* Hoc quidem aptius est sententiae, quam alterum.

T. 1. p. 255. *ut olim oratio vestra et copia rerum madeat*] Poëtica loquendi forma, non imitanda in prosa.

T. 1. p. 256. *quum semel in manus suscepissem*] Scripserat, ni fallor, *sumpsissem*.

T. 1. p. 276. *praestantes viros laudare ac depraedicare*] Compositum *depraedicare* inauditum Latinis est. Vide Cell. Cur. Post. p. 335. Erasmum primum hoc verbo usum esse, putat Moneta ad Menag. T. III, p. 287.[23])

T. 1. p. 314. *ab impurissimo tyranno sub iugum teterrimae servitutis redacta est*] Forte Muretus scripsit *importunissimo tyranno*, ut Cicero et Livius loquuntur. Vulgatum tamen explicari posse fateor. Ceterum hic locus habet turpem Pontificis Romani adulationem, etiam contra historiae fidem. Graecos enim, ante imperium suum eversum, in barbariem lapsos esse, quis est, qui nesciat?

T. 1. p. 319. *incidisse numeros ac cantus*] Muretus imitatione sua probasse videtur Lambini coniecturam in Cicerone de Leg. I, 4. *Roscius familiaris tuus in senectute numeros in cantu ceciderat, ipsasque tardiores*

---

21) Adde *Nolten*. p. 735.
22) V. *Nolten*. p. 520. sq.
23) V. *Wolf*. Anal. T. 1. p. 490. *Nolten*. p. 498.

fecerat tibias. ubi vulgo editur, *cecinerat*. Sed nihil certi.[24])

T. 1. p. 320. *diligentiam et accurationem requireres*] Malim, *curam*. Est quidem *accuratio* semel apud Ciceronem Brut. 67. Sed semel aut rarissime dictis abstinere, prudentius est, quod saepe accidit, ut talia, melioribus libris inspectis, vitiosa reperiantur. Idem intelligi volo de vocabulo *attentio* apud Cic. de Orat. II, 35. quo Muretus usus est saepius.

T. 1. p. 331. *quo uti homines multis abhinc saeculis desierunt*] Constructionis ratio postulat, *desiissent*.

T. 1. p. 341. *ut haud sciam, an ullum sit eorum omnium*] Ex Latinitatis ratione scribendum: *an nullum*. Vide Heusinger. ad Nepot. Timol. 1. et Ernestum ad Cic. ad Div. IX, 9. de Senect. 14. Nec dubito, quin ita scripserit Muretus. Certe sic est supra p. 187 in Aldina, ubi vulgares Editiones habent, *an ullus*. Qui nunc latine scribunt, dici vix potest, quoties ad hunc scopulum offendant.[25])

T. 1. p. 347. *sed neque animus ulla in cognitione conquiescere hoc tempore facilius potest.*] Non dubito, quin Muretus scripserit, *cogitatione*.

T. 1. p. 411. *ut omnis illius expressio, quasique professio pergrata mihi, perque iucunda sit*] *Expressio* insolens hoc sensu.

T. 1. p. 459. *Scis enim, quam inutilis ea (exspectatio) atque aliena sit placere cupientibus*] Muretus imitatione sua probare videtur vulgatam lectionem Terentii Andr. 1. 6. 52. Sed ibi rectius editur: *Nec clam te est, quam illi utraeque res nunc utiles*. Vide Rivium et Bentleium.

T. 1. p. 480. *cum primum de invaletudine mea nuncius istuc allatus est*] *Invalitudo* bis terve apud Ciceronem legitur. Sed veteres libri modo *valitudo*, modo *invalitudo* praebentes, dubiam scripturam faciunt. Vide Drakenborch. ad Liv. Epit. 13.

T. 1. p. 560. *me manibus pedibusque obnixe operam daturum*] Imo, *enixe*. Vide quae de harum vocum discrimine diximus ad Vellei. Pat. I, 9.

T. 1. p. 583. *si quis iusiurandum attulisset*] Potius *detulisset*, vel *obtulisset*, ut Iurisconsulti veteres loquuntur.

---

24) *Matth.* l. l. p. 141. „*Ceciderat* edidit Goerenz e codd. a *cadere* illud derivans, quum sit a v. *caedere*.“ Idem monuit *Osann.* in Analect. Crit. p. 26.

25) Cf. *Bremi* ad Nepot. Timol. 1, 1. *Heindorf.* ad Hor. Sat. p. 296. *Beier.* ad Cic. de Offic. III, 2. T. II, p. 192 sq. *Schuppius* in progr. scholast. Hanov. a 1820.

T. 1. p. 644. *ad maiorem expressionem congerendi verba*] Magis latine scripsisset *significationem*.

T. 1. p. 661. *Ea igitur cum haud ita pridem amicis quibusdam meis communicassem*] Muretus cum aliis deceptus est corrupta lectione Caesaris de B. C. III, 18.[26]) *quibus communicare*, ubi *viri docti* dudum restituerunt, *quibuscum communicare*.

T. 1. p. 662. *ad extremum tamen me persuaderi passus sum*] Imo, *mihi*.[27])

T. 1. p. 784. *Si Roma vetus per te ridiviva resurgit*] Rectus *rediciva*. Vide Gronovium ad Senec. Troad. 470.

T. 1. p. 824. *illam cognitionem suscipere*] Scrib. *cogitationem*.

T. 2. p. 19. *repertum suum esse currus illos nautarum*] *Repertum*, pro *inventum*, Lucretii est, non Ciceronis.

T. 2. p. 47. *qui eius coaevus fuit*] *Coaevus* vox minus latina, iudice Lambino in epistola l. c. p. 398.[28])

T. 2. p. 62. *adducto eo ipso Pindari loco*] *Adducere* et *producere* locum, pro *afferre*, non reperitur apud antiquos. Recentiorum consuetudo, sic verbum usurpans, nobis quoque aliquando fraudi fuit. Vide, quae ad T. I, p. 133 notavimus.

T. 2. p. 87. *Sed praestat, ut versus adscribam*] Rectius, certe usitatius, est *praestat* cum *infinitivo*.

T. 2. p. 100. *pratum, quod florum varietate distinctum picturatumque sit*] *Picturatus*, poeticum verbum.

T. 2. p. 105. *iuxta praeceptum Hesiodi*] Imo, *secundum*. Alterum est cadentis Latinitatis. Idem notavit Scioppius Rhetor. Exerc. p. 17.[29])

T. 2. p. 117. *hoc murem innuere*] *Innuo*, pro *significo*, barbarum est.

T. 6. p. 118. *Aeneae autem propter singularem ipsius pietatem eos potius, quam cuiquam alii, apparuisse, credibile est.*] Huius loci constructionem reprehendit Lambinus expistol. laud. p. 299.

T. 2. p. 126. *utpote quos necessario habeant assiduos suorum facinorum testes*] Latina consuetudo postulat *flagitiorum*, ut recte animadvertit Lambin. in epist. laud. p. 399.[30])

T. 2. p. 127. *ibique audiendis Tyrtaei carminibus ad spernendam pro patria vitam incitarentur*] Lambinus in

26) V. *Nolten*. p. 1345 sq.
27) V. *Nolten*. p. 1645.
28) V. *Wolf*. Anal. T. 1. p. 490. *Nolten*. p. 463. sq.
29) Adde *Nolten*. p. 1545. sq.
30) V. *Bremi* ad Nepot. Timol. I, 5.

epist. laud. p. 399 docte disputans de discrimine inter *spernere* et *contemnere*, malit *contemnendam*.

T. 2. p. 198. *sin praeponderabantur honestis turpia*] Forte[31]) Muretus scripsit, *praeponderabant*.

T. 2. p. 234. *et auctoritatem plebiscitorum sive psephismatum*] Rectius dixisset *populiscitorum*.[32])

T. 2. p. 237. *atque impedire huic mutationi videtur*] Male *impedio* cum *Dativo* construitur.

T. 2. p. 261. *amat tamen ipse dicere*] *Amat dicere* Graecismus non usitatus Ciceroni. Sed Sallustius Iug. 34. sic loquitur, eiusque imitatione Tacitus.

T. 2. p. 280. *cum incredibili omnigenae eruditionis copia*] *Omnigenus*, poetica vox.[33])

T. 2. p. 282. *eaque fastigiarent*] Rectius, *fastigarent*. Vide Drakenborch ad Sil. It. V. 50.[34])

T. 2. p. 344. *qui quod quinto quoque anno faciendum significari vellet*] Huc pertinet animadversio G. Scioppii de Stilo Hist. p. 226. „Fugit Muretum ratio, cum pro *singulis quinque annis* dicendum putat *quinto quoque anno*. Nec enim eadem utriusque dicti est sententia. Si quid enim fiat, quod quinquennio, seu singulis quinquenniis semel, nihil necesse est, id quinto semper anno fieri, cum etiam primo, secundo, aut quocunque quinquennii anno factum intelligatur."

T. 2. p. 346. *Sed in Tertulliano, Arnobio, Hieronymo* etc.] Gasp. Scioppius Rhetor. Exercit. p. 17. et de Stil. Histor. p. 64, existimat, haec Muretum non ex animi sententia scripsisse, sed ut in hac professione, si quid sibi minus Ciceronianum excidisset, latebram haberet. Adversus Sciopp. disputat Iac. Thomasius Praefat p. 8. Mihi in tali re non quid quisque dixerit, praesertim tempori serviens, sed quid certo et constanti iudicio fecerit, spectandum videtur. Atqui res ipsa loquitur, Muretum non alios, nisi Ciceronem, et reliquos optimae aetatis scriptores imitando expressisse; Appuleii autem, Cassiodori, Sodinii, et similium verba, tanquam scopulum, fugisse. Vera igitur est Scioppii sententia.

T. 2. p. 389. *vel apud fastidiosos aestimatores potest*] Potius, *existimatores*. Vide quae notavimus ad T. I, p. 43.

---

31) A pravo usu h. v. nec Ruhnkenii, nec nostra aetas satis abstinet.

32) V. *Bremi* ad Nepot. Aristid. III, 4.

33) V. *Nolten*. p. 1078.

34) V. *Nolten*. p. 62. et quos affert *Tzschuck*. ad Mel. I, 4, 2. not. crit. p. 180. sq.

T. 2. p. 416. *quorum unum mihi commodato dederat Alexander Glorierius*] Muretus scripsit, certe scribere debuit, *commodaverat*.

T. 2. p. 425. *Sed ne optimi quidem iaculatores semper collimant*] Scioppius Rhetor. Exerc. p. 17. „Huius porro generis nova apud Muretum sunt: *ne optimi quidem iaculatores semper collimant*, pro *collineant*. quod non est, ferire destinatum, sed dirigere telum.“ Haec reprehensio quam inanis sit, intelligitur e Cicer. de Divin. II, 59. *Quis est enim qui, totum diem iaculans, non aliquando collimet?* Sic Ernestus e libris suis edidit. Alii *collineare* praeferunt, ut Fr. Oudendorp. ad Appul. Met. IX, p. 676. Utrum verius sit, in pari veterum librorum auctoritate, nemo facile decernat.[35]

T. 2. p. 441. *sortitae sunt, non nomina quidem proprie*] *Sortiri, pro nancisci*, non est melioris aetatis.

T. 2. p. 450. *de quo verator, coniector aliquis iudicabit*] *Verator*, suspectum vocabulum.

T. 2. p. 466. *ad summum in ecclesia episcoporum munus promoverentur*] Sciopp. Rhet. Exerc. p. 17. tanquam novum loquendi genus reprehendit; *ad episcopi munus promoveri*. Certe ante Plinium et Suetonium nemo sic locutus reperitur.[36]

T. 2. p. 483. *Subiungam unum item locum*] *Subiungere*, pro *addere*, non est Ciceronianum. Vide Sciopp. de Stil. Histor. p. 160.

T. 2. p. 487. *Id num temere, an secus iudicem*] Hoc iure reprehendit Vavassor de vi et usu verb. p. 172. Dicendum erat, *recte, an secus*.

T. 2. p. 527. *qui non omnia tibi successa cupiat*] Soloecum loquendi genus, quod hausit e Ciceronis filii epistola ad Tironem, XVI, 21.

T. 2. p. 530. *Catilinam in eam vocem denique erupisse*] *erumpere in vocem*, *prorumpere in verba*, cadente Latinitate dici coepit. Vide Cellar. Cur. Poster. p. 195.

T. 2. p. 577. *quae ad alias facultates, aut scientias pertinent*] Rectius scripsisset, *disciplinas*. Nam Ciceronis loca, de Or. I, 14. de Senect. 21. ubi *scientiae* sic dici videtur, aliter accipit Gesnerus Thesaur. L. L. Adde I. M. Heusingerum Observ. Antibarb. p. 428.

T. 2. p. 599. *non absque elegantia*] *absque*, pro *sine*, soli Comici dicunt, non Cicero, Caesar, Livius, etc. Vide Vorstium de Latinit. merito suspect. p. 78. Le-

35) V. *Nolten.* p. 41. sq.
36) V. *Nolten.* p. 1675.

gitur quidem bis terve apud Ciceronem in vulgaribus libris. Sed ibi e MSS. *sine* reponendum esse, docet Fr. Oudendorp. ad Cic. de Inv. I. 36.[37])

T. 2. p. 637. *omnia quae impatibilia creduntur*] *impatibilis* non barbara vox est, sed Ciceronis de Fin. II, 17. ubi vide Davisium.

T. 2. p. 653. *itaque de nostris pauciores hactenus, quam vellem, exstiterunt*] *Hactenus* de loco, vel re, dicitur, non de tempore. Vide Cellar. Cur. Poster. p. 362.[38])

T. 2. p. 680. *cum familia numerosissima*] *numerosus*, pro *multus* nun dixit melior aetas in oratione soluta.

T. 2. p. 680. *mille drachmarum mutuo accepisse*] Imo, *mutuum*. Veteres enim dicebant, *pecuniam mutum sumere*, vel *accipere*, non *mutuo*. Vide Gronov. de Pec. Vet. III, 1.[39])

T. 2. p. 693. *gravi et cordata oratione*] *cordata oratio*, vereor, ut Latine dicatur.[40])

T. 2. p. 701. *extrario, quam vocem ego quidem Latinam non puto*] Latinam esse, ostendimus ad Rutil. Lup. I, p. 43.

T. 2. p. 726. *quem versum paene totum usurpavit Lucretius inquiens*] *inquit* non ponitur, nisi post unum alterumve verbum.

T. 2. p. 739. *iocose se Calvo par pro pari redditurum*] Muretus deceptus est prava lectione Terentii Eun. III, 1. 55. *par pro pari referto.* ubi meliores libri habent, *par pari referto.* Vide Bentleium.

T. 2. p. 742. *an quod parum latus esset, an quod intimus*] *Duplex an*, pro *utrum*, *an*, non usitatum est veteribus.

T. 2. p. 803. *Interpres Theocriti alicubi asserit*] *Asserit*, pro *dicit*, *affirmat*, minus latinum esse docet Sciopp. de Stil. Hist. p. 194.[41])

T. 2. p. 813. *qui praecipuus huius poëmatis veluti scopus est*] Melius est Latinum *consilium*, vel *propositum*.

T. 2. p. 888. *regiones tantopere ab Aquitania dissitas*] *Dissitas*, pro *disiunctas*, barbarum est. Vide Sciopp. de Stil. Hist. p. 186, et Cellar. Cur. Post. p. 215.[42])

---

37) V. *Nolten.* p. 784. et 1244.
38) Conf. *Bremi* ad Nepot. Miltiad. V, 5. *Nolten.* p. 971 sq.
39) V. *Nolten.* p. 1581. sq.
40) Falso enim putatur dici de *forti*. V. *Nolten.* p. 480.
41) V. *Nolten.* p. 796.
42) V. *Nolten.* p. 1412.

T. 2. p. 889. *id propterea Syros eis piscibus abstinere*] Pleonasmum *id propterea*, hausit ex Terent. Andr. II, 5. 3. *id propterea nunc hunc venientem sequor.* Sed ille versus adulterinus est, Bentleio iudice.

T. 2. p. 892. *nimirum unius litterulae mutatio hanc effecit absurditatem*] *Absurditas*, barbarum vocabulum. [43]

T. 2. p. 924. *quae ad Tyronem pertinebant, occupavit*] Apud semibarbaros, qui nunc latine scribunt, frequens est, *haec ad me pertinent*, pro *haec mea sunt.* Veteres aliter loqui docet Vossius de Vitiis Serm. VIII, p. 399. [44])

T. 2. p. 924. *ut vir quidem anteriorem — — lectuli sui partem apprehenderet*] *Anterior*, vox cadentis Latinitatis. Vide Cellar. Cur. Post. p. 155. [45])

T. 2. p. 936. (*virtus*) *quae foras patet*] Rectius scripsisset, quae *foras spectat*, ut Cicero, quem imitatur, apud Non. Marcell. p. 373. *Iustitia foras spectat, et proiecta tota est, atque eminet.* Est autem in his verbis imitatio alterius loci Ciceroniani ap. Nonium p. 299. *Quae virtus praeter ceteras totam se alienas utilitates porrigit, atque explicat.* Mox illa, ut in te laudando etc. expressa sunt ex his Ciceronis ad Div. V. 12. *Neque ego sum ita demens, ut me sempiternae gloriae per eum commendari velim, qui non ipse quoque in me commendando propriam ingenii gloriam consequatur.*

T. 2. p. 967. *deprehensi enim sunt, qui*] *Deprehensi* sunt minus proprie, pro, *reperti* sunt.

T. 2. p. 971. *minimo animalculo, muri*] *Animalculum*, forma incognita veteribus. [46])

T. 2. p. 991. *naturalis pater, an Latine satis dicatur, subdubito*] Latinum esse, docet Gronov. ad Liv. Epit. LI.

T. 3. p. 26. *Hanc quoque duplicem huius nominis acceptionem* nominis, pro *significatione*, dubito, an idoneus scriptor dixerit. In Siculo Flacco p. 18 ita capit W. Goesius.

T. 3. p. 39. *Hic oscitantia librariorum*] *Oscitantia* vocabulum Latinis haud usitatum. [47])

T. 3. p. 45. *sursum versum aut alias variato ordine repetentes*] *Alias* apud bonos scriptores pro *alio tempore* dicitur, non pro *alio modo*, vel *aliter.*

---

43) V. *Nolten.* p. 404.
44) V. *Nolten.* p. 1646.
45) V. *Nolten.* p. 822 sq. et 1396.
46) V. *Nolten.* p. 424.
47) V. *Wolf.* Anal. T. 1. p. 489. *Nolten.* p. 643.

T. 2. p. 65. *quae esui ac bibitui sunt*] Substantivum *bibitus* inauditum.

T. 3. p. 189. *ex ipsius verbis luce meridiana carius perspici possit*] Veteres in hac formula *meridiana* omittunt.

T. 3. p. 198. *sed tamen laetiorem adhuc explicationem desiderari*] *Adhuc*[48]) cum comperativo Senecae aetas iungebat, non Ciceronis.

T. 3. p. 208. *affirmationem aut negantiam*] *Negantia* pro *negatione* semel legitur apud Cicer. Top. 14. Sed suspectus locus est.

T. 3. p. 241. *nisi pravis opinionibus a rectitudine*[49]) *abduceremur*] Sic edit. Ingolst. Sed scribendum, *a recto itinere*.

T. 3. p. 259. *ut oratio nostra ipsa se conficere, atque convertere videatur*] Forte scripsit, *convellere*.

T. 3. p. 262. *nec illa quidem*] Rectius, *ne illa quidem*.[50])

T. 3. p. 271. *quanquam circa illas quoque vide exemplum*] *circa* hac potestate, non est aetatis optimae.

T. 5. p. 481. *propterea virgines nuptui tradi debent*] Imo, *nuptum*. Vide Drakenborch ad Liv. I, 49.[51])

T. 3. p. 489. *quae sunt illis contraria*] *contraria* cum Cicerone appello, quae barbari *opposita*.

T. 3. p. 638. *Quam multi mutuo sumunt*] Rectius *mutuum* scripsisset. Vide Gronov. de Pec. Vet. III, 1. p. 114.

T. 3. p. 644. *neque ei fidem habendam negat*] Bene, *fidem habere*. In notis ad Catull. T. II, p. 847 dixit, *fidem adhibere*, quod barbarae aetatis est. Vide Sciopp. de Stil. Hist. p. 84, et Drakenb. ad Liv. XXII, 1.[52])

T. 3. p. 634. *quiete pacificeque vivatur*] *Pacifice*, vox nullius auctoritatis.[53])

T. 3. p. 649. *si infinite, atque interminate*] Hoc adverbio nemo Latinorum usus est.

T. 3. p. 652. *ut quisquam, cui, prolixa coma sit*] Muretum decepit prava Lectio Terentii Heaut. II. 3. 49. *capillus prolixus*. ubi meliores libri recte habent:

---

48) V. *Nolten*. p. 1274.
49) V. *Nolten*. p. 424. et 704.
50) Conf. *Gernhard* ad Cic. Cat. mai. 9. p. 50. sq.
51) Idem praeceptum repetere coactus fuit *Ruhnk*. in praef. ad Schelleri Lex. Lat. s. h. v.
52) V. *Nolten*. p. 1273.
53) V. *Nolten*. p. 643.

capillus promissus. Vide Bentlei.[54]) T. 3. p. 860. *extreme senex*] Fortes scripsit, *extrema senectute. Extreme* quidem non est forma Latina.

T. 4. p. 9. *Quae ex usu erant, referrent*] Latinitas postulat *ferre ad populum, referre ad Senatum.* Nec moveor exemplis, quae pro *referre* ad populum attulit Ernestus Clav. Cic. V. Referre. Mox etiam Muretus, minus proprie scripsit, *populus leges ferebat,* pro *iubebat.*

T. 4. p. 193. *Sequioris notae*] *Sequior,* cadentis Latinitatis vocabulum. In promptu erat *deterioris.*

T. 4. p. 593. *Qui hactenus interpretes extitissent*] Rectius *adhuc. Hactenus* de loco, *adhuc* de tempore dicitur.

T. 4. p. 599. *Quod quando sperare non datur*] Sic poëtae loquuntur, non Cicero, aut eius aequales: nisi forte sic accipias in Cicerone de orat. II, 25.

T. 4. p. 609. *in sententia quid reprehendam, non habeo*] Qui error Mureto cum multis, etiam Latine doctissimis, communis est. Nunc, post Ernesti hac de re disputationem in praefat. ad Ciceronem, nemini dubium esse potest, quin scribendum sit: *in sententia quod reprehendam* etc.[55]) *E. praef.* T. IV. p. IX.

T. 4. p. 610. *Nedum emendare et describere*] et Mureti manu haud dubie est *rescribere.*

T. 4. p. 613. *Iapetoniadae tundere sueta iecur*] Erat cum aliis in huius nominis forma. *Iapetionidae* scribendum esse, docet Io. Schraderus Emend. Cap. 22. p. 221.

Laurentii Santenii Notae prosodiacae in *Mureti Carmina.*

T. 1. p. 666. „*At vero non rexiste sed dictator est.*“] Ultima in *vero* male corripitur, ut post in *quandocunque* antepenultima.

p. 681. „*Intepidoteneas confoveasque sinu*“] *Confoveas,* verbum nihili.

p. 682. *Hem! nunquamne ego te posthac mea cura, revisam*“] *Hem* Comicis reliquerunt Elegiaci.

— — „*Et non obscura sit tibi stirpe genus*] *sibi stirpe* neglecta debili positione, ut p. 722. *praevia sternit.* p. 732. *neque splendor* et alibi. Est tamen apud Vir-

---

54) V. *Nolten.* p. 687.
55) V. *Heindorf.* ad Cic. N. D. III, 25. p. 347. *Matth.* ad Cic. or. p. Rosc. Am. c. 15. p. 22.

gilium semel: *Ponite: spes sibi quisque* et apud Propertium saepius. [1])

p. 683. „*Certe equidem eveniet. Viden' ut iam fulgure laevo*"] *equidem* male pro *quidem*.

— — „*Haec modo ne quando temere concepta putetur.*"] Ultima in *temere* non recte producitur.

p. 686. „*Iam te igitur rursus teneo, formosula, iam te*"] *formosula* numeris tantum minutis convenit.

p. 686. „*Edure nostras respuis usque preces*"] Prava lectione Ovidii I. Art. 476. deceptus, voce utitur non latina *Edure*.

p. 688. „*Ut discam leges, Iustiniane, tuas*"] Syllabam *sti* facit brevem, in v. *Iustiniane*, cum sit longa in *Iustinus*. [2])

p. 690. „*Ungenta, exoticique tulerunt caetera odores*"] Antepenultima in *exotici* fuerat producenda.

p. 691. „*Rideat, aut damnet? quasi haec sint iusta laboris*"] Nisi penultimam in *quasi* male porrexerit, audaci exemplo elisionem neglexit. Satius fuisset et ipsum *tanquam* a Virgilio sumere: *Tanquam haec sint nostri medicina doloris.*

p. 692. „*Quottidie hunc videas nitidi sub primula Solis*"] Corruptus locus Catulli ad Manl. 139 etiam Mureto fraudi fuit. Ibi monui, *quotidie* prima brevi, secunda longa, dici; quod etiam firmat Sidonius l. VIII. Ep. XI, 19. Vir doctus, libellum nostrum recensens, voce in trisyllabam *quotidje* contrahenda difficultati occurrere tentabat. At non vidit, sic penultimam, quae natura etiam longa est, positione produci, antepenultimam autem non iuvari. Scripturam *cott.* non nisi pronunciationi et imperitis scribis tribuo.

p. 700. „*Si tibi cura mei, sit cura meri*"] Eiusmodi lusum vix in epigrammate fero. Ceterum vide, quo vel optima ingenia pravis exemplis se auferri sinant. Est enim ille versus Ovidio suppositus a frigida manu XII. Her. ult. ut ad Catull. v. 85 dixi.

p. 704. „*Cum mea tantoper e placeant tibi carmina, Caesar*"] Ultima, in *tantopere*, nisi ad caesuram confugias, nullo modo produci potest.

p. 709. „*Hoc mihi, ait, fusum talia nere solet*"] Imo *hic* — *fusus*.

---

1) Cf. *Heindorf.* ad Horat. Sat. I, 2, 30.

2) Eadem licentia in Graecis poëtis serioris aetatis. V. *Iacobs* ad Anthol. Gr. Pal. T. III, p. 396 et 634.

p. 712. „*Forte poëtastris annumerandus eras*] *Poëtaster* [3]) et mox *calvaster*, voces non usitatae Latinis.

p. 713. „*Spumantis temeti cyathos octove novenive*“]. Imo *temeti* prima et secunda longa.

p. 717. „*Illum adamantini pectoris esse putem.*“] Rectius scripsisset, *adamantei.* [4])

p. 720. „*Ergone te, dixit, sospite, servus ero*“] *Ergo* ultima brevi, ut et p. 721 et alibi, contra melioris aetatis consuetudinem. Idem a Mureto perperam tentatum esse in Ennio, monui ad Catull. Manl. v. 48.

p. 723. „*Inclyta nobilium soboles, Nicolae, parentum*“] *Nicolae* prima brevi, perperam et p. 730.

p. 725. „*Musa suos vetat mori: dat vivere Musa*“] Vereor, ne inter has voces *usque* vel *ipsa* exciderit.

p. 727. „*Cui cautus auceps, furtifica manu*“] *furtifica*, vox comica, non convenit Alcaico.

p. 742. „*Perfossa ut rutilis corda mucronibus*“] Primam syllabam perperam in *mucronibus* corripit, ut p. 676.

p. 762. „*Cui duos tota pares aliis si Europa tulisset*“] *duos* monosyllabum facit, satis audacter.

p. 769. „*Sum Raphael. hei mi, quid loquor? immo fui*“] *imo* ultima brevi, male.

— — „*Doctus saporavit coquus*“] Inauditum, puto, veteribus verbum *saporavit.*

p. 774. *Ne quis satyram hanc esse dicat, non comoediam*“] Ut senarium inveniam, coniicio, *quis* priorum Editorum negligentia irrepsisse.

— — „*Namque et ego nitido capiti, flavisque capillis*“] Ultimam in *ego* produxit ut p. 784 et 785. Quae labes recentiorum carmina saepe deformat.

p. 775. „*Potiusque cumulum miseris adiiciunt mali*“] Ut metrum constet, scribendum, *adiciunt*, ut p. 667. *reicit* pro *reiicit.*

p. 781. „*Et prorsus tali nubere digna viro*“] *prorsus* vox prosa, non usitata Elegiacis.

p. 798. „*Ipse viam meritis facit ad sublimia virtus*“] Puto, *Ipsa.*

p. 817. „*Irasci noli temere; nil foedius ira*“] Quantitate lapsus sit, an caesura produxerit, *temere*, dubium. Videtur tamen quantitatem tertiae et secundae declinationis adverbiorum confudisse. Ceterum ex Mureti carminibus apparet, eum aures magis Comicis et Tragicis, quam Elegiacis, tritas habuisse.

---

3) V. *Nolten.* p. 656.

4) Hoc producitur, illud corripitur.

VII.

Über das *Antisigma* des Kaiser *Claudius*.

Berichtigung einer Berichtigung.

Durch einen Zufall kommt uns itzt erst ein Stück der Lpz. Litt. Zt. des vorigen Jahrgangs in die Hand, wo *A. L. G. Krehl*, damals Prof. an der Ritterakad. zu Dresden, eine Meinung des vor kurzem verstorbenen *A. L. Schneider* mittelst einer *Berichtigung eines grammatisch-historischen Irrthums zu widerlegen* versucht. Das Unwahre dieser von Neuem zu berichtigenden Berichtigung zu zeigen, scheint auch itzt noch um so nöthiger, als sie in einem Tone abgefafst ist, der durch seine Sicherheit, die Andere bei einem Andern Anmafsung nennen würden, der aufgestellten neuen Meinung Ansehn u. Nachdruck bei der nur zu leicht gehorsamen Menge zu verschaffen im Stande seyn möchte. Daselbst in No. 62 S. 496 wird die bisher gangbare Meinung zurückgewiesen, dafs der Kaiser Claudius anstatt des Doppelkonsonannten PS u. BS ein neues Buchstabenzeichen, u. zwar, ein antisigma eingeführt habe. Diese Annahme, die wie Krehl sagt, er selbst durch seine Ausgabe des Priscian zu verbreiten beigetragen, sey falsch, weil alle Handschriften des Priscian 1 p. 558. (p. 40. T. 1. ed. Krehl.) entweder *antisima* oder *antissima* hätten, man müsse vielmehr ἀντίσιμα im Priscian lesen, u. überhaupt dieses Wort, das sonst durch keine Auktorität begründet ist, in die Griech. Wörterbücher nachtragen: endlich, das Wort bezeichne zwei halbmondförmige Figuren, dergestalt zusammengestellt, dafs die Kreislinien sich in Einem Punkte berührten, wie ungefähr ƆC. So hätten wir denn auf einmal ein neues Griech. Wort u. eine neue Nachweisung der Figur des von den Grammatikern vielbesprochenen Lautes.

Allein kaum bedarf diese Ansicht einer weitern Widerlegung. Um von dem Argumente, das Hr. *Krehl* aus der Lesart der Handschriften hernimmt, nicht zu reden, frage ich Hn. Krehl, was denn ἀντίσιμα in seiner Beugung bezeichnen solle, u. ob denn nicht in der Bezeichnung angegeben werden müsse, was halbmondförmig gekrümmt werden solle, wobei ich noch ungerügt lasse, dafs ἀντίσιμος entgegengekrümmt, aber keineswegés doppelt gekrümmt bedeuten kann.

So kommen wir auf die alte bisherige Meinung zurück, die auch Schneider (Ausführl. Lat. Grammatik I. Abth. 1. Bnd. p. 5.) theilte, u. die wir durch ein noch nicht benutztes Argument zu befestigen die Absicht haben. Da über die Richtigkeit des Worts antisigma anderer Gewährsmänner wegen gar kein Zweifel Statt finden kann, so kann bloſs noch die Frage übrig bleiben, ob die Figur dieser Schriftzeichen, nach der gewöhnlichen Vermuthung wirklich wie ƆC gewesen. Allein sie wird genügend beantwortet durch dieselbe Bemerkung, deren wir uns, um ἀντίσιμα zurückzuweisen, bedient haben. ἀντίσιγμα kann vielmehr nichts anderes heiſsen, als ein Gegensigma, d. h. ein umgekehrtes Sigma, welches nach Schneider's richtiger Vermuthung keine andere Figur haben konnte, als Ɔ, der bekannten Sigle gleich, die auf Inschriften häufig statt der Sylbe CON gebraucht wird. Diese Vermuthung wird zur vollkommenen Gewiſsheit durch die Vergleichung eines der Bedeutung nach zwar verschiedenen, jedoch dem Worte nach gleichen Griechischen Zeichens, das Claudius nur mit veränderter Bedeutung der Lateinischen Sprache einzuverleiben — freilich vergebens — sich bemühte. Ich meine nämlich das Aristarchische Zeichen, ἀντίσιγμα ἄστικτον genannt, von Gestalt ein verkehrtes Sigma in Sichelgestalt, Ɔ, mit welchem man das Gegenzeichen ἀντίσιγμα περιεστιγμένον vergleichen kann Ɔ·. Von diesen beiden Zeichen, die zu meiner Verwunderung bei dieser Untersuchung noch nicht berücksichtigt worden, gibt das grammatische Fragment Nachricht, welches Villoison Proleg. ad Iliad. S. LX aus einer Handschrift der Markusbibliothek hat abdrucken lassen. Daselbst heiſst es auſser anderm Hiehergehörigen: Ɔ τὸ δὲ καθ' ἑαυτὸ ἀντίσιγμα πρὸς τοὺς ἐνηλλασμένους τόπους καὶ μὴ συνᾴδοντας, wo aber ἐνηλλαγμένους zu lesen ist, wie auch ein anderes, denselben Gegenstand ausführlicher behandelndes Fragment beweist, welches wir aus einer im Collegio Romano zu Rom aufbewahrten Handschrift des X. Jahrh. nächstens bekannt zu machen gedenken: im Voraus bemerken wir von diesem Fragmente nur noch, daſs die beiden Antisigmen daselbst dieselbe Gestalt haben, wie bei Villoison. Endlich findet hier noch die Bemerkung einen passenden Platz, daſs die Römer unter dem Sigma fast keine andere Gestalt, als die Sichelförmige verstanden haben oder wenigstens nur unter solcher sich desselben bedient haben, wie die Stelle des Jo. Laurentius Lydus de mensibus p. 9. zeigt: καὶ τοῦτο δῆλον ἐκ τῶν ὑποδημάτων

αὐτοῦ, ἐν οἷς σελήνισκος τις ἐκτετύπωται εἰς τύπον τοῦ σίγματος *) ϛοιχείου, δι' οὗ τὸν ἑκατὸν ἀριθμὸν οἱ Ῥωμαῖοι σημειοῦνται· ἐϛὶ γὰρ παρ' αὐτοῖς τὸ λεγόμενον κάππα μικρόν. Ja selbst die Griechen, wenn sie eine halbmondförmige Gestalt zu bezeichnen haben, nehmen ihre Ausdrücke von σῖγμα schlechtweg her. Siehe Xenoph. Hell. 4, 4, 10. In dieser Bedeutung steht häufig σιγματοειδής; siehe Schol. Townleian. ap. Thiersch. Act. Philol. Monac. 2, 4. p. 562 u. Schneider unter σῖγμα.

Jena. *Fr. Osann.*

VIII.

1. *Johannes Fust* und *Peter Schöffer*, Erfinder der Buchdruckerkunst.

Auf meiner Rückreise aus Holland theilte mir am 18. Weinmond 1821 Hr. Prof. *Abeken* zu Osnabrück folgende Nachricht mit, die als gedrucktes Zeugniß für die Geschichte der Erfindung der Buchdruckerkunst, noch dazu aus einem sehr seltenen, fast unbekannten Buche, um so mehr Aufmerksamkeit verdient. Sie findet sich am Ende eines Lat. Breviarium's, das im Jahre 1516 auf Kosten des Stifts Osnabrück durch Johann Schöffer zu Mainz gedruckt wurde. Es sind davon, so viel ich erfahren konnte, nur noch *drei* Exemplare vorhanden; *zwei* auf der Bibliothek des evangelischen Gymnasiums zu Osnabrück, (wovon das eine aber mangelhaft!) u. das *dritte* in Händen des Weihbischofs. Hier der Titel, worin die ausgefüllten Abkürzungen durch andere Schrift gezeichnet sind:

BReuiarium iuxta morem *et* obseruantiam insignis eccl*e*ſie Oſnaburgen*ſis et* totius dioc. de Reuerendissimi in christo patris et d*omi*ni d*omi*ni Erici dei et apo*ſto*lice ſedis gr*ati*a eiuſdem Oſnaburgen, *et* Padeburnen. eccl*eſiarum* Epi*ſcopi* ducisq*ue* Brunſrvicen. dicteq*ue* sue eccl*eſie* Uenerabilis Cap*itu*li com*m*uni conſenſu ſumma l*aborum* elucubratione nuper impreſſum : vna cum correctiſsimis o*mnium* cap*itulorum et* historiarum biblie veterorumq*ue* nouorum festorum quotationibus hinc inde decoratum.

---

*) Beiläufig machen wir diese Stelle bemerklich gegen diejenigen, welche sich auf Porson ad Euripid. Med. 476 stützend, das Wort σῖγμα für indeklinabel halten: Siehe Sturzii Lex. Xenoph. T. 4. p. 32. v. σῖγμα u. Riemer's Wörterbuch.

Die Nachricht selbst lautet, wie folgt:

¶ Hic patet origo artis Impreſſorie, a quo primo inuenta: *quam*diu in ſecreto habita. Et quomodo poſtea diuulgata sit.

¶ Impreſſum *et* completum eſt *praeſe*ns (Offenbruggen. dioc.) Breuiarium Anno *domi*ni. M D xvi. in vigil. Pentecoſt. In nobili famoſaq*ue* vrbe Moguntina; huius artis impreſſorie inuentrice prima. Per Joannem Schöffer: nepotem quonda*m* honeſti viri Joannis Fuſth ciuis Moguntin. memorate artis primarij auctoris. Qui tandem imprimendi artem *pro*prio ingenio excogitare ſpeculari*que* cepit anno *domi*nice Natiuitatis M. cccc. l. indictione. xiij. Regnante illuſtriſſimo Ro. imperatore Frederico iij. Preſidente sancte Moguntine ſedi Reuerendiſſimo in Chriſto patre *domi*no Theoderico pincerna d[s] (?) Erpach pri*n*cipe electore Anno aut*em*. M. cccc. lij. perfecit deduxit*que* eam (diuina fauente gr*ati*a) in opus imp*ri*mendi (Op*er*a tamen ac mult*is* neceſſarijs adinuentionib*us* Petri Schöffer de Gerns'heym miniſtri ſuiq*ue* filij adoptiui) Cui etiam filiam ſua*m* Chriſtina*m* Fuſthin*am* p*ro* digna labor*um* multaru*m*que adinuentionu*m* remu*n*eratio*n*e nuptui dedit. Retineru*n*t aut*em* hi duo ia*m* p*rae*nominati Joannes Fuſt *et* Petrus Schöffer hanc art*em* in ſecreto (om*n*ib*us* mi*nis*t*ris* ac familiarib*us* eo*rum*: ne illa*m* q*uo*quomodo manifeſtare*n*t: iureiura*n*do astrict*is*) Quo tandem de anno *domi*ni Mcccc. lxij. p*er* eosdem familiares in diuerſas terrar*um* p*ro*uincias dimulgata haud parum ſumpſit incrementum.

Adenstädt, bei Peina, 27. Weinm. 1821.

2. *Johannes Müller*, hochdeutscher Prediger zu Leyden, Erfinder der *Stereotypen*.

Während meines Aufenthalts zu Leyden sah ich in der Luchtmannschen Buchhandlung eine stereotypirte bleierne Quart-Platte von der Holländischen Staaten-Bibel. Vergebens suchte ich nähere Auskunft darüber u. erfuhr nur so viel, dafs die Familie Luchtmans schon in der Mitte des vorigen Jahrhunderts die Staaten-Bibel in quart u. fol. zu wiederholten Malen drucken liefs, was denn auch aus dem gestochenen Titelblatte hervorgeht, worauf in der Jahrszahl merkliche Änderungen vorgenommen wurden, obschon der Abdruck immer derselbe ist. Diese Art zu drucken mufste aber für jene Zeit zu kostspielig seyn, u. die Familie Luchtmans verkaufte endlich vor einigen

Jahrzehnden sämmtliche Quart-Platten als alten verbrauchten Letterstoff an Joh. Enschedé u. Söhne zu Haarlem, welche dann beim Verschmelzen entdeckten, daſs die Lettern lose zusammengesetzt u. mit Bleiguſs zu einer Platte gefestiget waren. Ob dieſs auch bei den übrigen stereotypischen Werken der Fall war, läſst sich nicht bestimmen. Hr. Enschedé aber, der noch eine Folio-Platte der Staaten-Bibel besitzt, versprach mir, solches auch *dabei* zu untersuchen. Derselbe sah auch vor einigen Jahren eine Platte von der *Englischen* Folio-Bibel bei G. Harmsen, Schriftgieſser zu Amsterdam; ein kleineres stereotypirtes Stück aus derselben Zeit sah ich selbst bei Prof. Te Water zu Leyden, worauf folgende Nachricht geklebt war:

Fragment eener Stereotype drukplaat, herkomstig van wylen den Eerw. Heer Johannes Muller, in het begin der 18e eeuw Hoogduitsch gereformeerd Predikant te Leyden en met den Heer Jordaan Luchtmans drukkers van verscheide zo Stereotype als andere Werken, ontvangen van deszelfs agterklein zoon van Grootmoeders zyde Mr. D. M. G. Heldewier (Burgermeester der stad Leyden).

Das ist nun Alles, was ich ausfindig machen konnte. Den Inhalt eines früheren Aufsatzes über Stereotypen im Konst- en Letterbode vom Jahre 1798 lernte ich nur kennen aus einer Englischen Übersetzung in einer Zeitschrift, die zu Philadelphia erschien, u. danach soll *J. van der Mey*, Buchdrucker zu Leyden, Erfinder dieser Kunst seyn. Auf welches Zeugniſs sich diese Angabe gründet, blieb mir unbekannt. Daſs aber van der Mey nicht Erfinder seyn kann, sondern *Johannes Müller*, hochdeutscher Prediger zu Leyden, hundert Jahre vor Didot, setzt folgende glaubwürdige Nachricht auſser Zweifel. Sie ist uns aufbehalten durch Müller's Freund, *Isaak Le Long*, einen fleiſsigen u. in mancher Hinsicht verdienstvollen Gelehrten; s. *seinen Boek-zaal der Nederd. Bybels*, (II. Uitg. Te Hoorn 1764. 4) bladz. 825, woraus sie dann hier *wörtlich* mitgetheilt werden mag:

Bybel, *Leyden*, by ... A°. 1711. In Quarto. Gedrukt volgens de Inventie van D°. *Johannes Muller*, *Hoogduytsche* Predikant tot *Leyden*.

Omtrent den Jaare 1711. heeft wylen de Eerw. Heere *Johannes Muller*, *Hoogduytsche* Predikant tot *Leyden*, een nieuwe manier van drukken nytgevonden, niet door opgesette Letters, maar door *Gegootene Plaaten*; ten eynde een Boek eens wel geset zynde, vervol-

gens alle Drukfeylen geweert souden blyven. Het eerste Werkjen op dese wyse gedrukt, is het *Gebeede-Boekjen* van *Johan Havermann*, in den Jaare 1701 in 12°. dog sulks erkende de Heer *J. Muller* niet voor syn eygen Werk, maar van synen Soon, *W. Muller;* blykende by d' Onderteekeninge *W. M.* onder de Voorreeden. Sulks heest wylen de Eerw. Heere *Joh. Muller*, in syn Leven myn seer geachte Vriendt, ook volgens Missive uyt *Leyden*, van 28 *Juny* A°. 1709. aan my bericht, en te gelyk gemeldt, dat het *Syrische Testament en Lexicon*, onlangs te *Leyden* uytgegeven, syn aller eerste Werk was. De neerstigheit en Arbeydtsaamheit van desen Eerw. Heere omtrent dese Inventie, blykt onder anderen daar uyt; „dat tot *Leyden* den „16den *April* des Jaars 1716. na den Doodt van den „Heere Autheur, onder de Boekverkoopers verkogt „zyn, alle de *gegootene Plaaten*, om daarmeede te druk- „ken, de *Nederduytsche Bybel* in *Folio* en in *Quarto;* „de *Engelsche Bybel* in *Folio;* 't *Syrische Testament* en „*Lexicon* in *Quarto;* 't *Grieks* en *Latynsche Testament* „in *Duodecimo; Havermauns Gebeeden*, etc. met desselfs „*Exemplaaren;* alle door onbedenkelyke Kosten en „lange Jaaren geinventeert, en tot perfectie gebragt, volgens de *Proeven* en *Catalogus;* gemeldt in de *Haagsche Courant* van 25 *Maart* A°. 1716.

Van dese *Nederduytsche Bybel* betuygt wylen de Eerw. Heere *Matth. Gargon*, vor 't Woordens Boek van *A. Calmet* (Pag. 23), daar deselve segt: „Deselve „*Bybel* is, door en *Nieuwe Vytvindinge* van den Heer „*J. Muller*, *Hoogduitsche* Predikant te *Leyden*, in „Plaaten gegoten, en gedrukt, in *Folio* en *Quarto*; op „dat daardoor alle Druk-feilen zouden geweert werden; „en is voor d' *estremaal* in *Quarto* uitgekomen, te *Leyden* in 't Jaar 1711 en van ingebleven fauten gezui- „vert,' by *S. Luchtmans* in 't Jaar 1715. voor de *der*- „*demaal* nagezien in 't Jaar 1723 en in Folio in't Jaar „1718."

Dus verre de Eerw. Heere *M. Gargon*. Daar ik byvoege, dat dese *Bybel* onlangs, in dit Jaar 1732, wederom in *Quarto* is in 't Licht gekommen.

Sollte ich so glücklich seyn, noch mehr hierüber mittheilen zu können, so mag solches als Fortsetzung hier nachfolgen.

Leyden, im Erndtemond 1821.

H. Hoffmann, von Fallersleben.

IX.

Car. Morgensternii symbolae criticae in quaedam loca *Platonis* et *Horatii.* *)

In Apologia Socratis, quam Astius quidem, Vir perdoctus et admodum sagax [1]), Platoni, ut rhetoris nescio cuius abortum, fidenter abiudicavit, qua tamen etiam posthac plurimi iique non insipientes fruentur ut vera Socratis defensione per Platonem pie tradita, passim quidem, ni fallor, tradentis ingenio tum iuvenili imprudenter immutata [2]), in egregia igitur illa Oratione et Socratica et Platonica, cap. xxiii, extr. in codd. atque editt. vet., etiam in edd. Stephani, Fischeri, Wolfii, Beckii, ὑμᾶς legitur in his: Ταῦτα γάρ, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, οὔτε ὑμᾶς χρὴ ποιεῖν τοὺς δοκοῦντας καὶ ὁπῃτιοῦν τι (nam ὁπῃτιοῦν τι malim cum Bekkero pro ὁπητιοῦν, quod est apud Stephanum, Fischerum, Wolfium, Beckium, et pro ὁπηοῦν τι, quod scripsit Heindorfius) εἶναι, οὔτ᾽ ἂν ἡμεῖς ποιῶμεν, ὑμᾶς ἐπιτρέπειν κ. τ. λ. Alii tamen recentiorum praetulerunt, quod coniecit, in Textum recipere ausus non est, Forsterus, ἡμᾶς: Io Henr. Vossius, Schleiermacherus, Heindorfius, Bekkerus. Schleiermacherus quidem [3]), trifariam nos cogi dicit ad hanc lectionem amplectendam, tum proximo ἡμεῖς, tum sequenti ὑμᾶς, tum simili oppositione in illis (cap. 24): οὔτε ἡμᾶς ἐθίζειν ὑμᾶς ἐπιορκεῖν; οὔθ᾽ ὑμᾶς ἐθίζεσθαι, quam Vossius

---

*) Hae symbolae Catalogo Praelectionum semestrium in Caes. Univers. litter., quae *Dorpati* constituta est, a. d. XVII. Ian. an. MDCCCXXI. habendarum praemissa sunt.

1) In opere haud contemnendo: *Platons Leben u. Schriften* ff. Lipsiae a. 1816 edito, p. 474 — 492. Apologiam contra Astii rationes ita, ut aliis pauca reliquerit addenda, vindicasse mihi videtur *Thierschius* V. C. in Ephemeridibus litterariis quae inscribuntur: *(Wiener) Jahrbücher der Lit.* 1818. Tom. III. p. 70 — 93. Conf. etiam *Socheri* librum (*Über Platons Schriften.* München, 1820.) p. 69 — 78.

2) Huc retulerim nonnulla eorum quae in Apologia taxavit *Ferdinandus Delbrückius*, Professor Bonnensis, in libello eleganter scripto: *Sokrates* etc. edito Coloniae Agripp. 1816, p. 46 seq. In aliis tamen Orationis particulis reprehensis totius corporis, unde illas divulsas examinavit, non satis memor fuisse videtur amicus a puero mihi percarus.

3) P. I. Vol. II. p. 419 ed. prior. An altera praeclarae Versionis editione sententiam mutaverit Vir acutissimus, nescio, quum nonnisi primum novae volumen adhuc ad me pervenerit.

iam vocaverat in auxilium. Neque tamen his omnibus quidquam proficitur. Manifesta quidem his locis oppositio reorum et iudicum; rei sunt ἡμεῖς, iudices ὑμεῖς. At si in iudicum numero nonnulli esse videbantur, qui, ipsi quondam capitis rei, iidem suppliciter oraverint iudices tunc suos cum lacrimis aliaque turpiter fecerint ad misericordiam movendam: quidni optimo sane iure dicere poterat Socrates: οὔτε ὑμᾶς χρὴ ποιεῖν κ. τ. λ.? Quidni, etiamsi minime praemiserit quod illi volunt, ἡμᾶς, sine ulla haesitatione addere haec: οὔτ' ἂν ἡμεῖς ποιῶμεν, ὑμᾶς ἐπιτρέπειν —? Atqui eiusmodi homines inter Socratis iudices videri fuisse, apertum est ex initio capitis: τάχα δ' ἄν τις ὑμῶν ἀγανακτήσειεν, ἀναμνησθεὶς ἑαυτοῦ, εἰ ὁ μὲν καὶ ἐλάττω τουτουῒ τοῦ ἀγῶνος ἀγωνιζόμενος, δεδέηταί τε καὶ ἱκέτευε τοὺς δικαστὰς μετὰ πολλῶν δακρύων, παιδία τε αὑτοῦ ἀναβιβασάμενος, ἵνα ὅτι μάλιστα ἐλεηθείη κ. τ. λ. Temere igitur h. l. vulgatam deseruit Heindorfius, auctore Forstero, ducibus et comitibus duumviris eximiis, Vossio et Schleiermachero.

Apol. c. XXIX. verba ἐμὲ τεθνάναι δή delevit Wolfius, retinuit Heindorfius scribens τὰ ἐ. τ. δ. Glossam omnino sapere mihi videntur, deleta etiam Bekkero, haud scio an ex codicum auctoritate. Capite XXVII. contra Heindorfius cum Schleiermachero e margine irrepsisse censet verba τοῖς Ἕνδεκα, quae retinuit Wolfius, uncis inclusit Bekkerus. Mihi quidem non male retineri videntur. Quod infra c. 31 legitur: ἐν ᾧ οἱ ἄρχοντες ἀσχολίαν ἄγουσι, et Phaedon. non longe ab initio: ἢ οὐκ εἴων οἱ ἄρχοντες παρεῖναι; inde saltem, quod vult Heindorfius, non sequitur.

In Charmide, quem Platonis non esse mihi quidem nondum persuasit neque Astius[4]), neque is, qui post eum lenius eandem rem tractavit, Socherus[5]), licet opus arduum sit, refutare omnia argumenta ab utroque viro doctissimo prolata, cap. x. haec leguntur: Καὶ γὰρ νῦν, ἔφη, τοῦτ' ἔστι τὸ ἁμάρτημα περὶ τοὺς ἀνθρώπους, ὅτι χωρὶς θατέρου, σωφροσύνης τε καὶ ὑγιείας,

4) L. c. p. 423 — 428. *Graddeckius* quidem, V. C., in disp. praelectionibus in Univers. litt. Vilnensi a. 1820 habendis praemissa, qua continentur *Graecorum de Zamolxide fabulae*, p. V. not. g. sic iudicavit: „Platonis nomen mentiri hunc dialogum, idoneis argumentis docuit *Astii* sollertia.“

5) L. c. p. 130 — 137.

ἰατροί τινες ἐπιχειροῦσιν εἶναι. In his Schleiermacherus verba σωφροσύνης τε καὶ ὑγιείας esse censet insititia: θατέρου pertinere potius ad ψυχὴν et σῶμα. Recte, opinor. Suspicatus est etiam Heindorfius, illa pro glossemate habenda esse, in Corrig. et Addend. p. 359. Quod tamen dicit, illud τε ante καὶ glossatoris vix se putare, id me quidem nil moratur. Ista, quae a Bekkero uncis certe inclusa sunt, a Platone profecta esse, hanc etiam ob causam negaverim, quod Socrates Platonicus nusquam sic seiuncturus erat σωφροσύνην et ὑγιείαν, cui virtus ipsa nihil aliud quam ὑγιεία ψυχῆς. Conf. Polit. IV, 18. ed. Ast., coll. Commentt. meis de Plat. Republ. p. 110. 119.

Cap. XXIII. Ἐγὼ γάρ που, ἦ δ' ὅς, τοῦθ' ὡμολόγηκα, ὡς οἱ τὰ τῶν ἄλλων πράττοντες σωφρονοῦσιν· ἢ τοὺς ποιοῦντας ὡμολόγησα; In haec Heindorfius scite sic commentatus est: „Ego sane, inquit ille, hoc concessi, quod temperantes sunt, qui aliena agunt. Num etiam qui faciunt, concessi?" Ita Cornarius, eodemque modo Ficinus. Et est haec sane vulgatae huius scripturae sententia, perversa illa quidem et argumentationi plane contraria. Nimirum concesserat Critias, σωφρονεῖν καὶ τοὺς τὰ τῶν ἄλλων ποιοῦντας. Quod quum repugnare dicit Socrates ei finitioni, qua σωφροσύνην esse τὸ τὰ αὑτοῦ πράττειν posuerit ipse Critias, non igitur σωφρονεῖν illos τὰ τῶν ἄλλων πράττοντας, respondebit sine dubio Critias, aliud esse τὸ τὰ ἑαυτοῦ πράττειν, aliud τὸ τὰ ἑαυτοῦ ποιεῖν: hoc se munus τῇ σωφροσύνῃ tribuisse, illud non item." Aliis pluribus adiectis recte dubitans de verborum integritate, hanc tandem emendationem proponit: Ἐγὼ γάρ που, ἦ δ' ὅς, οὐχ ὡμολόγηκα, ὡς οἱ τὰ ἄλλων πράττοντες σωφρονοῦσιν, εἰ τοὺς ποιοῦντας ὡμολόγηκα. Mihi sine litterae cuiusquam mutatione sic scribi posse videbatur: Ἐγὼ γάρ ποῦ, ἦ δ' ὅς, τοῦθ' ὡμολόγηκα, ὡς οἱ τὰ τῶν ἄλλων πράττοντες σωφρονοῦσιν, ἢ τοὺς ποιοῦντας ὡμολόγησα; Ego ubinam, inquit ille, hoc concessi, quod temperantes sunt, qui aliena agunt, ubi (qua disputationis parte) vel, si mavis, quemadmodum, qui (aliena) faciunt (temporantes esse) concessi? Nusquam, inquit, se concessisse, quod temperantes sint, qui aliena agant, in ea disputationis parte, ubi, temperantes esse, qui aliena faciant, a se omnino concessum sit. Commode igitur statim Socrates: Εἰπέ μοι, ἦν δ' ἐγώ, οὐ ταὐτὸν σὺ καλεῖς τὸ ποιεῖν καὶ τὸ πράττειν; Οὐ μέντοι, ἔφη, κ. τ. λ. Aoristus ὡμολόγησα post Perfectum ὡμολόγηκα Heindorfio suspectus,

potest defendi. Eodem fere modo c. 44 in his: Ἃ γὰρ νῦν δὴ ἐλέγομεν, ὡς μέγα ἂν εἴη ἀγαθὸν ἡ σωφροσύνη, εἰ τοιοῦτον εἴη — οὔ μοι δοκοῦμεν, ὦ Κριτία, καλῶς ὡμολογηκέναι. Πῶς δή; ἦ ὅς. Ὅτι, ἦν δ' ἐγὼ, ῥαδίως ὡμολογήσαμεν, μέγα τι ἀγαθὸν εἶναι τοῖς ἀνθρώποις, κ. τ. λ.

Horatii Serm. I. Sat. 2, v. 129, 130. Carolus Fea, clarus ille Archaeologus, e codd. et edd. vet. nuper edidit: vae! pallida lecto Desiliat mulier; etc. Lectioni vae obstare dicit Bentleius, quod in locis a se allatis et similibus vae demens, vae misera iunctim construantur; in vae pallida id non possit, (ridiculum enim foret) sed vae solum hic et incomitatum incedat. Cui principis Criticorum Britannicorum observationi hoc opponere ausim, lectio vae! si cui h. l. probetur, eam non ad pallida solum referendam videri, sed ad verba pallida lecto Desiliat mulier, et ad omnia quae sequuntur v. 130, 131: miseram se conscia clamet, Cruribus haec metuat, doti deprensa, egomet mi. Ut Carm. I, 13. v. 3, 4. vae! meum Fervens difficili bile tumet iecur. Nam quae Fea ad defendendam lectionem suam profert: „Vae! interiectio paventis, optime: vae miserae uxori! clament familiares" etc., ea equidem apta huic loco esse negaverim. Male enim haec coniunxisse videtur Vir doctissimus: undique magno Pulsa domus strepitu resonet, vae! quae eum coniunxisse colligas etiam ex locis ab eo laudatis Sat. 8, 41. II. Sat. 6, 116. At magnus strepitus ille non solum clamore familiarium, sed magis etiam ianua fracta et latrante cane v. 128. Quanquam vero lectionem vae! codicum quorundam auctoritate denuo commendatam, examine repetito dignam putabam, quam Heindorfius ne verbo quidem memoravit, praefero tamen lectionem vulgatam, diligentissimo huic interpreti quoque probatam, ve pallida.

Sat. I. 4. v. 86 seq. legi scitis:

Saepe tribus lectis videas coenare quaternos,
E quibus unus amet quavis aspergere cunctos
Praeter eum qui praebet aquam; etc.

Pro lectione vulg. unus Fea e codd. Romanis edidit imus. Probabiliter. Qualis occurrit Ep. I, 18, 10. imi Derisor lecti, et Serm. II, 8. v. 40, 41. imi Convivae lecti: eiusmodi homo, qui scurrili dicacitate symbolam daret hospiti, h. l. intelligi possit, et quidem is, qui imo lecto imus recumberet, ut Petronius Feae iam laudatus c. 38. ait: Vides illum qui in imo imus recumbit?

Sat. I, 5. v. 72. lectionem vulg. **Paene macros arsit dum turdos versat in igni.** deseruit Fea, Codd. mss. tantum non omnibus et Acrone ac Porphyrione invitis, **Lambinum** secutus, edito: **Paene arsit, macros dum turdos versat in igni:** male. Nam quod negat Editor Romanus, Synchysin in Sermonibus locum habere, id quale sit apparet. Conf. quae de Hyperbatis Sermonum Horatianorum monuit **Wolfius** ad Serm. I, 1, v. 88. („**Horatius' erste Satire Lateinisch u. Deutsch mit einigen Scholien.** Berlin 1813.") p. 23. Cui, ut saepissime, haud nominato quae opposuit **Heindorfius** (ad eundem locum, p. 20 [6]), eorum magnae parti non assentior. Haud temere vero eiusmodi Hyperbata ab Horatio adhibita putemus. Hic enim, quae sub luce videri vellet motae mentis notio, eam ipsa loci in verbis singulis collocandis assignati insolentia insigniorem reddidit: ut h. l. **macros** (macri scilicet turdi in igni versati operae pretium erant tantis turbis excitandis!), ut I, 1, 88. **nullo** (si nullo, ne minimo quidem, labore tuo retinere servareque amicos velis, natura quos tibi dat, cognatos); II, 1, 60. **scribam** (qualiscunque erit vitae color, in proposito susceptoque scribendi consilio permanebo).

Sat. I, 9, 43 seq.

— — — — — — — Maecenas quomodo tecum?
Hinc repetit. Paucorum hominum, et mentis bene sanae.
Nemo dexterius fortuna est usus. Haberes

---

6) Quod loco perdifficili recepit *Heindorfius*: *Ac si cognatos, nullo natura labore Quos tibi dat, retinere velis servareque amicos, Infelix operam perdas, ut si quis asellum In campo doceat parentem currere frenis?* id mihi quidem haud probatur. Explicat autem ipse his verbis: „Kannst du, dem Geld das Höchste ist, dich wundern, wenn dir niemand eine unverdiente Liebe schenkt, u. wenn, im Fall du dir die Blutsverwandten, die dir ohne dein Zuthun die Natur gegeben hat" (*nullo natura labore Quos tibi dat* — num hoc est: „die dir *ohne* **dein** *Zuthun* die Natur gegeben hat"?) „als Freunde erhalten willst, du dann eben so umsonst dich bemühst, wie wenn jemand den Esel auf der Reitbahn die Künste des Pferdes lehren wollte? Die Verbindung ist: „*Miraris, si nemo praestet — amorem, ac — Infelix operam perdas.*" Unde quaeso illud: „und **wenn**, im **Fall** du"? Fateri igitur interpretem oportebat, verborum quam statueret iuncturam esse: *Mirari, quum — ponas,* **si** *nemo praestet — amorem, Ac (miraris,* **si**), **si** *cognatos — retinere velis s. q. a., Infelix operam perdas* —? At iuncturam tam inconcinnam quis velit Horatio obstrusam?

Magnum adiutorem, posset qui ferre secundas,
Hunc hominem velles si tradere: dispeream, ni
Summosses omnis.

Heindorfio verba mentis bene sanae, si Horatii ore prolata sumantur, mira esse videntur; quae sequuntur, Nemo dexterius fortuna est usus, ab eodem de Maecenate suo nebuloni isti dicta, vere contumeliosa. Hunc potius verbis paucorum hominum et mentis bene sanae et interrogationi suae Maecenas quomodo tecum? causam, et conditioni, quam fert v. 46., haberes Magnum adiutorem etc., commendationem addere velle. Verba Maecenas — summosses omnis iam Turnebum et Torrentium importuno isti tribuisse, atque etiam Bentleium sic distinxisse, non bene desertos a recentioribus. Rationibus ab Heindorfio allatis equidem non acquiescebam. Verba Paucorum hominum, et mentis bene sanae multo aptius Horatio tribui etiamnum puto. Nam illa: Paucorum hominum huius et ingenio et consilio multo magis conveniunt, quam fatui hominis perversitati; haec mentis bene sanae sensu vocis cautus vere sumpta (Sat. I. 3. 61, 62. pro bene sano Ac non incauto) idem fere repetunt, quod Serm. I, 6. v. 50, 51. de Maecenate suo ad Maecenatem ipsum scripsit: Praesertim cautum dignos adsumere prava ambitione procul (sc. ὄντας). Utri vero verba Nemo dexterius fortuna est usus assignemus? Haec de Maecenate sumpta, nec Poëtae nec molestissimi hominis consilio respondere dico. De Poëta recte iam negavit Heindorfius. At ne importuno quidem hoc conveniunt loco, licet fortuna dexterrime usum esse tali homini est ad summam laudem pervenisse. De Maecenatis fortuna, et quomodo ea usus esset Maecenas, nunc minime omnium quaerebatur: suam cogitans et aucupans qui repraesentatur, Horatii fortunam omnino praetendere poterat aucupio. At num, quod Heindorfio placet, verbis, ut ab omnibus hodie leguntur: Nemo dexterius fortuna est usus —? Quaero: si ex inepti pravique hominis sententia Horatio nemo dexterius fortuna est usus: num magno adiutore tum opus erat? Quid? quo nemo dexterius fortuna est usus scilicet, num ei rivales adhuc submovendi? Minime: submoti fuissent omnes. Ne plura: coniecturam afferre liceat subtimenti, ne qui forte me oblitum esse putent, quam lubrica sit coniiciendi via

in scriptore tot doctissimis iisdemque acutissimis viris toties tractato et polito.

Nemo deterius fortuna est usus. Haberes
Magnum adiutorem, posset qui ferre secundas,
Hunc hominem velles si tradere. Dispeream, ni
Submosses omnis.

Hoc si scriptum reperirem, acquiescerem. Homini importuno, fatuo, maligno haec iuncta optime, puto, convenirent. Deterius h. l. idem fere esset quod minus, ut Sat. I, 10, 90.: doliturus si placeant spe Deterius nostra. Ep. I, 10, 19. Deterius Lybicis olet aut nitet herba lapillis? Ita tamen, ut maior vis illi vocabulo his quoque locis insit quam simplici minus. Deterius, i. q. minus bene, medium esse quodam modo videtur inter peius, Horatio etiam frequentatum, et minus. Nemo, inquit, fortuna sua minus usus est, quam tu, Quinte, qui per Maecenatis familiaritatem ad summum venire potuisses: me adiutorem si haberes, quicunque obstant quin tu quam longissime procedas, statim submoveres omnes. Unum addo. Horatius quum omittere soleat illa inquam, inquit, ubi, uter loquatur, manifestum est, addere tale quid solet ac debet, ubi obscurum esse possit. In vulgata lectione Nemo dexterius fortuna est usus, an haec de Maecenate dicantur, an de Horatio, et quo sensu, ambigitur. Ambiguitatis culpa haeret in ipso Poëta, si sic scripsit. In coniectura nostra nihil ambigui: de Maecenate nemo tum ne somniaret quidem.

In iis quae statim sequuntur v. 47.: Non isto vivitur illic, Quo tu rere modo: lectionem a Bentleio et e codd. receptam et exemplis firmatam vivitur non bene commutavit Fea cum altera vivimus. Hanc illius interpretamentum recte dicit Bentleius. Illud hôc urbanius.

Sat. II, 2. v. 14. Cum labor expulerit fastidia. Sic ex uno Ms. atque ex multorum codicum, qui habent extulerit, vestigiis vere edidisse censeo Bentleium, non motus iis, quae Heindorfius et Fea, qui lectionem vulgatam extuderit tuentur, opposuerunt. Extundere enim aliquid, Bentleius multis exemplis probat, non esse excutere, ut eiicias et expellas, sed ut invenias et obtineas. Heindorfius quidem negat, consilium aliquid producendi aut lucrandi („die Absicht, Etwas hervorzubringen u. zu gewinnen") inesse verbis Celsi IV, 4.: Aliquando,

gutture et arteriis exulceratis, frequens tussis sanguinem quoque extundit. At producendi etiamsi absit consilium, tussis tamen excutiendo producit sanguinem, ut vel hoc exemplo Bentleii observatió confirmetur. Qui quod dicit, id non solum de tali consilio intelligendum, sed etiam de tali modo; eamque explicationem patiuntur ipsa eius vêrba: „Extundere aliquid non est excutere, ut eiicias et expellas, sed ut invenias et obtineas"; atque illa praeterea, quae sequuntur: „Id polliceri tibi ausim, ubicumque hoc vocabulum occurrit, eodem quo in his locis sensu inveniendi, acquirendi, impetrandi, extorquendi venire." Apte idem laudavit Epist. II, 2, 137.: Expulit helleboro morbum bilemque meraco. Quem e Quintiliani Instit. Orat. I, 3. (§. 6.) locum attulit Fea (Sunt quidam, nisi institeris, remissi: quidam imperia indignantur: quosdam continet metus, quosdam debilitat: alios continuatio extundit, in aliis plus impetus facit.) ut probaret, extundere nostro loco idem esse quod retundere, reprimere, enervare, eo parum intellecto mire abusus est Vir clarissimus. Nam extundere ibi, arguta elegantia adhibitum, significat extundendo effingere. Vid. Spaldingii doctam annotationem, Vol. I. p. 52.

De aliis Satirarum, atque etiam Epistolarum, locis alio tempore.

X.

Observationes nonnullae in *Sextum Empiricum* scriptae ineunte a. MDCCCXV. á *Carolo Beiero*.

Animadversionum criticarum specimen proponere visum est in *Sexti Empiri* libros, portentosis corruptelis scatentes. Quae coniecturae ut saepe audacissimae videantur: plerasque tamen, speramus, aliquando confirmatum iri auctoritate codicis Regiomontani aut codd. Florentinorum, futuro editori, qui quidem officio suo satisfacere volet, (modo eorum copia fuerit) omnino consulendorum, arbitro *Bastio* in *Répertoire de litterature ancienne par Fréd. Schoell* (Paris, 1808. 8.) T. I, p. 132. Profiteor equidem, me non nisi ad *Fabricii* recensionem respexisse, a qua, nisi in interpunctione, non discessit *J. G. Mund* in editione, quae, inchoata Halis 1796.

chartis quadruplicatis, Vol. I. P. I. *Hypotyposeon* libros continet. Quocirca nescio, si quid alii passim ex his occupaverint. Qualiacumque pericula nostra si forte sagacioribus ingeniis maturiora iudicia ferendi de scriptore turpiter neglecto, quamvis prae ceteris cura digno, arcanaque rerum movendi occasionem dederint: satis habebimus. Non cadit autem in nos ea sive modestia sive superstitio, ut cum Mundio monstrosos librariorum oscitantium stupores ipsorum scriptorum antiquorum aut errori aut negligentiae imputare animum inducamus. Etenim si tam superstitiose a codicum, quorum paucissimi adhuc, iique non satis integri, atque, ut videtur, haud ita diligenter adhibiti sint, auctoritate standum visum fuerit: nae ita de omni crisi illa, quam ingenio exerceri fas erat, protenus actum erit et conclamatum. Mendas igitur, quales intactas relinquere, male vel sibi vel manifestae rerum veritati diffitentis est, tentabimus coarguere ac corrigere indicandis deinceps singulorum locorum corruptelis factisque eos persanandi (si modo consecuti sumus) conaminibus.

I. *Pyh. Hyp.* 14, 69. *Κατὰ — Χρύσιππον — τῆς — διαλεκτικῆς μετέχει* (nempe *ὁ κύων*). *Φησὶ γοῦν αὐτὸν ὁ προειρημένος ἀνὴρ ἐπιβάλλειν τῷ πέμπτῳ διὰ πλειόνων ἀναποδείκτων, ὅταν ἐπὶ τρίοδον ἐλθεῖν.* Emendamus *τῷ πέμπτῳ ἀναποδείκτῳ τῷ διὰ πλειόνων διεζευγμένῳ eo concludendi modo, qui a Dialecticis quintus appellatur, quo tam firmiter concluditur, ut non indigeat demonstrationis*, i. e. *eo, in cuius capite plura sunt disiunctionis membra ex repugnantibus opposita.* Cf. Plutarchus *de solertia animal.* p. 969. *Οἱ δὲ διαλεκτικοί φασιν τὸν κύνα τῷ διὰ πλειόνων διεζευγμένῳ χρώμενον — συλλογίζεσθαι.* De Infinitivo *ἐλθεῖν* post particulam *ὅταν*, ut VIII. *adv. Mathem.* 441. post *εἰ*, in oratione obliqua, cum res ex alterius mente refertur, v. Aug. Matthiae Gramm. Gr. mai. §. 537.

Ib. II, 11, 107. *Ὅταν λέγωσιν οἱ Στωικοί, εἶναι τὶ λεκτόν, ἤτοι μόνῃ φάσει χρῶνται, ἢ καὶ ἀποδείξει. ἀλλ' εἰ μὲν φάσει, ἀντιθήσουσιν αὐτοῖς οἱ Ἐπικούρειοι φάσιν τὴν λέγουσαν, ὅτι οὐκ ἔστι τι λεκτόν· εἰ δὲ ἀπόδειξιν παραλήψονται, ἐπεὶ ἐξ ἀξιωμάτων συνέστηκε λεκτῶν ἡ ἀπόδειξις, ἐκ τῶν λεκτῶν δὲ συνεστῶσα οὐ δυνήσεται πρὸς πίστιν τοῦ λεκτὸν εἶναι παραλαμβάνεσθαι.* Hic primum enclitice scribendum *εἶναί τι*. In postremis autem confusa oratio, quasi *ἐπεὶ* non praecessisset; hoc vero inchoat apodosin, quasi deinceps non sequatur part. *δέ*.

Ib. 125. *εἰ δὲ πάντα τὰ σημεῖα φαινόμενά ἐστιν· ἐπεὶ καὶ πρός τί ἐστι τὸ σημεῖον καὶ πρὸς τῷ σημειωτῷ, τὰ δὲ*

πρός τι συγκαταλαμβάνεται ἀλλήλοις etc. — corrige πρὸς τὸ σημειωτόν, ut constet cum reliquis.

Ib. 150. exhibetur duplex argumentatio Dogmaticorum: ἤτοι οὖν σημαίνουσί τι αἱ κατὰ τοῦ σημείου φωναὶ φερόμεναι ἢ οὐδὲν σημαίνουσι· καὶ εἰ μὲν ἄσημοί εἰσι, πῶς ἂν κινήσειαν τὴν ὕπαρξιν τοῦ σημείου; εἰ δὲ σημαίνουσί τι, ἔστι σημεῖον ἔτι ἤτοι etc. Corrige et distingue: εἰ δὲ σημαίνουσί τι· ἔστι σημεῖον. Ἔτι ἤτοι etc.

Ib. 13, 153. Ὁ λέγων, κατὰ διάρτησιν ἀσυνάκτον εἶναί τινα λόγον, φάσιν μὲν προφερόμενος μόνην, ἀντιτιθεμένην αὐτῷ φάσιν ἕξει τὴν ἀντικειμένην τῇ προειρημένῃ. — In his primum retrahendus accentus in v. ἀσύνακτον. Tum pro αὐτῷ scribendum αὑτῷ, sibi, nisi vox omnino infarta. Certe VIII. *Mathem.* 281. nude dicitur: φάσει μὲν ἀξιῶν, φάσιν * ἕξει τὴν ἀντιτιθεμένην, uti ante v. ἕξει fortasse excidit aliquid, ut ἀντικειμένην.

II. *P. H.* 13, 160. τῆς συνερωτήσεως τοιαύτης γενομένης. Οὐχὶ φῶς ἐστιν [scrib. ἔστιν], οὐκ ἄρα ὅτι ἡμέρα ἐστίν. Iterum corrig. ἔστιν. Sed non potest aliter ὅτι vim habere, nisi cogitatione suppleveris δυνατόν ἐστι vel huius modi quid: quae ellipsis addi posset iis, quae explicantur a Grammaticis ad Viger. p. 549. *a.* Nusquam tamen sic efferri conclusum memini. Ausim igitur auctor fieri delendi illud ὅτι.

Ib. 165. legitur: εἰ δὲ ἕπεται τοῦ ἄνθρωπον τὶ εἶναι, τὸ καὶ ζῶον αὐτὸν ὑπάρχειν, ubi ad v. ἕπεται necessarius videtur Dativus τῷ ἄνθρωπόν τι εἶναι, post quae verba virgula delenda. Vide de verbi illius constructione cum Dativo 11, 133. 13, 169. VIII. *Math.* 377. 415. 441. ex. Xenoph. I. Mem. 2, 37. Deinde corrigere placet αὐτὸ, vix enim αὐτόν referas ad ἄνθρωπον, praecedente τί. Quod etiam si fieri liceret ob leges grammaticas, non tamen liceret ob syllogisticas, cum ita non exprimeretur, *ex illo hoc cogi*, sed simpliciter, *hominem esse animantem.* Hoc vero continuo adiicitur demum: καὶ διὰ τοῦτο ἀληθής ἐστιν ὁμολογουμένως ἡ, Πᾶς ἄνθρωπος ζῶον, πρότασις. Ergo αὐτὸν non stabit, nisi ante mutaveris τὶ in τινά: quod tamen non recte fieri videtur, cum §. 164. praecesserit genus neutrum πᾶν ὅ τί περ ἐὰν ᾖ ἄνθρωπος, ubi pariter atque 163. in vv. πᾶν ὅπερ ἐὰν ᾖ καλόν pro ἐὰν scribendum erit ἄν, si quidem fides habenda regulae, ab Hermanno promulgatae ad Viger. n. 313.

Ib. 168. τὸ γὰρ [ex menda in Mund. ed. scribitur τό γὰρ] συμπέρασμα — ἤτοι φαινόμενόν ἐστιν ἢ ἄδηλον. καὶ φαινόμενον μὲν οὐδαμῶς· οὐ γὰρ etc. — εἰ δὲ ἄδηλον, ἐπεὶ περὶ τῶν ἀδήλων ἀνεπικρίτως διαπεφώνηται (καθάπερ ἔμπρο-

θὲν ὑπεμνήσαμεν), διόπερ καὶ ἀκατάληπτά ἐστιν· ἀκατάληπτον ἔσται καὶ τὸ συμπέρασμα. Fabricius pro εἰ δὲ ἄδηλον dedit οὐδὲ ἄδηλον. Ita ἀκατάληπτον novam inciperet constructionem. Sed tum sententiam hanc mallemus adiunctam per particulam ratiocinativam, cum oratio sic foret abruptior. Itemque, si cum Mundio post οὐδὲ ἄδηλον colo interpunxeris: illi sententiae ut sequens per part. causalem iungatur, desiderabimus: quod etiam in priore argumento factum vides. Sed nihil praeter interpunctionem mutandum. Apodosis incipit inde ab ἐπεί.

Ib. 183. Διὰ δὲ ταῦτα οὐδὲ ἐπικρῖναι δυνατόν ἐστι * περὶ τῆς ἀποδείξεως διαφωνίαν. Excidisse videtur * τήν. Cf. enim 182. ἐπεὶ οὖν ἄδηλός ἐστιν ἡ ἀπόδειξις διὰ τὴν διαφωνίαν τὴν περὶ αὐτῆς — οὐκ ἔστιν ἐξ ἑαυτῆς προῦπτος et 9, 86. ἐπεί τινες μέν φασιν εἶναι τὶ ἀληθὲς, τινὲς δὲ μηδὲν εἶναι ἀληθὲς, οὐκ ἐνδέχεται τὴν διαφωνίαν ἐπικρίναι, ubi enclitice scribendum εἶναί τι et deinde cum circumflexo in penultima ἐπικρῖναι. Ibidem statim post recurrit διὰ τὴν διαφωνίαν, ubi ex menda in Mundii ed. scribitur διαφώνιαν. Quae ibidem mox sequuntur ἀδύνατον ἄρα γνῶναι, καὶ ὅτι ἐστί τι ἀληθές, in his scribendum censemus ἔστι, ita, ut ἀληθὲς non accipiatur pro Praedicato, sed pertineat ad Subiectum τι. Et propterea ἔστι cum vi praeponitur. V. Hermann. *de em. ratione Gr. Grammaticae* p. 86. Pariterque 14, 194. in vv. Πολλὰ μὲν οὖν ἐστι λέγειν scribendum ἔστι. Nam hoc, pro ἔνεστί s. ἔξεστι dictum, accentum non deponit enclitice; sed retrahit, ut in Plat. *polit.* I. 3. p. 329. D. δεσποτῶν πάνυ πολλῶν ἔστι καὶ μαινομένων ἀπηλλάχθαι. Nescio, an etiam VIII. *Mathem.* 311. in his ὁ γοῦν τοιοῦτος λόγος, ἡμέρας οὔσης, εἰ νὺξ ἐστι, σκότος ἐστὶν, ἀλλὰ μὴν νὺξ ἐστι, σκότος ἄρα ἔστι, συνακτικὸς μὲν καθειστήκει· — οὐκ ἀληθὴς δέ γε ἦν. εἶχε γὰρ ἐν αὐτῷ λῆμμα ψεῦδος τὸ νὺξ ἐστί, ubique scribendum sit ἔστι et ψεῦδος mutandum in Adi. ψευδές, post quam vocem commate distinguendum atque in articulo erigendus accentus τό, cum prospectet ad totam sententiam. Nimirum negamus, ψεῦδος Adiectivi loco Substantivis addi posse, ita ut cum Substantivo in una comprehendatur notione. Nam in Herodoto II, 174. ψεύδεά τε μαντήϊα mutanda videntur in ψευδέα τε μ. quibus ibidem opponuntur ἀψευδέα μαντήϊα. Sic sollenniter permutantur ψευδέσιν et ψεύδεσιν. V. Schaeferi Index ad *Gregor. Cor.* in v. Ψευδής. Probamus tamen Fabricium, resistentem Salmasio, qui apud Sext. Emp. II. *P. H.* 12, 139. pro ψεῦδος — ἐστὶ συμπεπλεγμένον scribit ψευδὲς, repugnantibus MSS. Ibi enim Praedicati vicibus fungitur: unde fortasse ne salva quidem lectio

est VIII. *Mathem.* 421. τὸ δὲ συνημμένον — ψεῦδές. Ap
Plat. in *Cratylo* c. 3. contra Stephanum et Cornari
Heindorf et Beck, V. III., vindicarunt vet. scriptura
τὸ δὲ τοῦ ψευδοῦς μόριον οὐ ψεῦδος; licet deinceps re
sequatur: Ἔστιν ἄρα ὄνομα ψευδές.

II. *P. H.* 14, 196. disputatur de circulo in conc
dendo e dicto de omni et nullo, cum tamen univer
lis propositio ipsa demum per inductionem potuerit s
biliri. Et de priore quidem haec ibi leguntur: ἐκ
καθόλου προτάσεως, τῆς, Πᾶς ἄνθρωπος ζῶον, τὴν κατὰ
ρος πρότασιν συνάγειν βουλόμενοι, τὴν, [τὴν] Σωκράτης
ζῶον, ἡ δὴ βεβαιωτικὴ τῆς καθολικῆς προτάσεώς ἐστι κατὰ
ἐπαγωγικὸν τρόπον, ὡς ὑπεμνήσαμεν, εἰς τὸν διάλληλον ἐμ
πίπτουσι λόγον, τὴν μὲν καθολικὴν πρότασιν δι' ἑκάστης τ
κατὰ μέρος ἐκ τῆς καθολικῆς συλλογιστικῶς. Textum h
mutilum esse sensit Henricus Stephanus, tacito in v
sione Latina supplens. Quae exciderint, et ex antece
et e seqq. sponte se produnt. Etenim §. 197. post e
emplum dicti de nullo subiiciuntur haec: τὴν μὲν, Οὐ
ἄνθρωπος τετράπους, πρότασιν ἐκ τῶν κατὰ μέρος ἐπαγωγ
βουλόμενοι βεβαιοῦν. [puncti loco comma ponendum] ἑ
στην δὲ τῶν κατὰ μέρος ἐκ τῆς, Οὐδεὶς ἄνθρωπος τετράπ
συλλογίζεσθαι θέλοντες, τῇ κατὰ τὸν διάλληλον ἀπορίᾳ περ
πτουσιν. Hinc superiora [τὴν μὲν καθολικὴν πρότασιν
ἑκάστης τῶν κατὰ μέρος ἐπαγωγικῶς βουλόμενοι β
βαιοῦν, ἑκάστην δὲ τῶν κατὰ μέρος, quae ipsa v
ba repetita lacunae locum dederunt.

Ib. 14, 198. τό τε γὰρ εἰ ἡμέρα ἐστὶ, φῶς ἐστι, * σ
νακτικόν ἐστιν, ὥς φασι, τοῦ Φῶς ἐστι, ubi ter scrib
dum ἔστι, post illud connexum * excidisse videtur a
μετὰ τοῦ Ἡμέρα ἐστὶ, ut deinceps legitur, aut ἡμέ
οὔσης. Alias sententia falsa erit. Idem enim connex
per se non minus συνακτικόν ἐστιν τοῦ Μὴ εἶναι ἡμ
ραν: id quod mox diserte exponitur §. 200.

Lib. VIII. *adv. Math.* 143. Ἰδίως (np. εἰώθαμεν κ
λεῖν σημεῖον) τὸ ἐνδεικτικὸν τοῦ ἀδηλουμένου πράγματος. —
δὲ τὸ πρανότερον ἐπιβάλλει αὐτοῦ τῇ φύσει, — προληπτ
— ὅτι τῶν πραγμάτων, [comma del.] πρόδηλα μέν ἐστι
ἐξ αὐτῶν εἰς γνῶσιν ἡμῖν ἐρχόμενα. Haec inde ab εἰ
Hervetus vertit sic: *Si hoc autem ad eius* (rei) *natura
apertius et evidentius intelligendam pertinet* etc. quae mi
est παρερμηνεία. Sensus hic est: *si autem claritas* (il
rei affectio, ex qua vel clarior vel obscurior est) *per
net ad eius naturam.* Deinde scribendum ἐξ αὐτῶ
i. e. *sponte.* Cf. II. *Pyrrh.* ἔγ. 182. ἐξ ἑαυτῆς προύπτ
Plutarchus in *Cat. Mai.* c. 1. *homines per se cognitos* v
cat ἀρχομένους γνωρίζεσθαι δι' αὑτῶν. Infra 441. et s

ra 141. Sextus dixit αὐτόθεν, quod volgarem lectionem non videtur stabilire. Nam ibi statim post legitur τὰ μὴ ἐξ αὐτῶν ληπτά, ubi item MS. Ciz. αὐτῶν et passim haec promiscue poni observat Fabricius. Nos ubique corrigi malimus: ut, quod 392. legitur τὸ πρόδηλον οὐ χρήζει ἀποδείξεως, ἀλλ' ἐξ αὑτοῦ γνώριμον καθέστηκεν. Eodem modo aptius legetur in Aeschyli *Agam.* de moriente 1406. μεθῆκεν αὑτοῦ κῶλα et 1409.

Οὕτω τὸν αὑτοῦ θυμὸν ὁρμαίνει πεσών,

ubi volgo αὐτοῦ. In Platonis *Cratylo* c. 4. et 6. ter pro αὐτῶν Heindorf emendavit αὑτῶν. V. Ill. Beckii *Animadvv.* ad l. l. p. 429. In *politia* I, 13. p. 339. E. recte Ill. Ast rescripsit: ὅταν οἱ μὲν ἄρχοντες κακὰ αὑτοῖς προστάττωσιν ἄκοντες. Itidemque in Demosth. Ολ. Α. p. 9. 12. s. τῶν πραγμάτων ὑμῖν ἐκείνων αὐτοῖς ἀντιληπτέον ἐστίν, εἴπερ ὑπὲρ σωτηρίας αὑτῶν φροντίζετε Hieronymus Wolfius restituit αὑτῶν. (Ipsi in Posidonii loco ad Cicer. de off. T. II. p. 429. restituimus: ἕπεσθαι τῷ ἐν αὑτῷ δαίμονι et ib. T. I. p. 353. Antonino III, 1. εἰ ἐξακτέον αὑτόν.) Contra ap. Sextum VIII. *Math.* 376. recte legi opinor ἐξ αὐτοῦ, quando quidem praecessit πόθεν ἔχομεν δεῖξαι; quae postrema deinceps cogitatione repetenda sunt. Similiter in Plat. *polit.* I, 15. p. 342. B. recte edidit Ast: αὐτὴ δὲ (*ipsa autem per se ars*) ἀβλαβὴς καὶ ἀκέραιός ἐστιν: ubi volgabatur αὕτη, *haec.* Nec vero huc faciunt exempla pronominis αὑτοῦ etc. reciproce positi ap. Viger. IV, 6.

VIII. *Math.* 224. Οὗτος γὰρ (np. λόγος ὁ πρῶτος ἀναπόδεικτος) τὸ μὲν ἕτερον τῶν λημμάτων ἔχει συνημμένον, τὸ, [scrib. τό] εἰ ἡμέρα ἐστὶ, φῶς ἐστι [scrib. utroque l. ἔστι]· τὸ δὲ λοιπὸν, [dele virgulam] τὸ ἡγούμενον ἐν τῷ συνημμένῳ, ἀλλὰ μὴν ἡμέρα ἐστὶ [ἔστι], τὸ, φῶς ἄρα ἐστίν· τρίτον, τὴν ἐπιφορὰν τὸ λῆγον τοῦ συνημμένου, haec τὸ, φῶς ἄρα ἐστίν de transpositione mihi suspecta sunt. Certe inconcinne praemittuntur. Quid, si deletis verbis τρίτον, τὴν rescribatur ἐπιφορὰν τὸ λῆγον τοῦ συνημμένου, τὸ φῶς ἄρα ἔστιν — ? Nam praecedens τὸ δὲ λοιπόν excludit τρίτον. Neque ἐπιφορά recte diceretur λῆμμα, quod hic ad τρίτον intelligeretur.

Ib. 236. explanetur forma argumentationis catenatae, compositae illius e δευτέρῳ ἀναποδείκτῳ, cuius conclusum supprimitur, et e τρίτῳ ἀναποδείκτῳ, cuius supprimitur caput, *coniunctionis negatio* (ἀποφατικὴ συμπλοκή), hoc modo: τουτὸ αὐτὸ (np. τὰ ἀντικείμενον τοῦ ἡγουμένου in prosyllogismo hypothetice concluso ex modo tollenti) κατὰ μὲν τὴν δύναμιν, [abesse debet interpunctionis nota] ἔγκειται τῷ λόγῳ, ἐπεὶ ἔχομεν τὰ συνεκτι-

κα αὐτοῦ λήμματα· κατὰ δὲ τὴν προφορὰν παρεῖται. ἅπ (nempe prioris, tamquam prosyllogismi, conclusum) ς ξαντες μετὰ τοῦ, λειπομένου λήμματος τοῦ πρώτου (h. e. c *propositione reliqua*, quae episyllogismi fit assumpti „*atqui primum*"; non, ut perversissime Hervet vertit: *cum ea, quae omissa est propositione, nempe prim* Quasi vero legatur λειπόντος!), ἕξομεν συναγόμενον τὸ συ πέρασμα, τὸ, [scrib. τό] οὐκ ἄρα τὸ δεύτερον, τρίτῳ αν ποδείκτῳ. ὥστε δύο εἶναι ἀναποδείκτους· ἕνα μὲν τοιοῦτον· τὸ πρῶτον καὶ τὸ δεύτερον, τὸ τρίτον· οὐχὶ δέ γε τὸ τρίτο οὐκ ἄρα τὸ πρῶτον καὶ τὸ δεύτερον· ὅς ἐστι δεύτερος ἀναπό δεικτος. ἕτερον δὲ τρίτον τὸν οὕτως ἔχοντα· οὐχὶ τὸ πρῶτ καὶ τὸ δεύτερον. ἀλλὰ μὴν τὸ πρῶτον, οὐκ ἄρα τὸ δεύτερο (237.) ἐπὶ μὲν οὖν τοῦ τρόπου, [dele comma] ἡ ἀνάλυσ ἐστι τοιαύτη. ἀναλογεῖ δὲ καὶ ἐπὶ τοῦ λόγου· παραλείπεται γὰ τὸ τρίτον, οὐχὶ τὰ φαινόμενα πᾶσι τοῖς ὁμοίως διακειμένο παραπλησίως φαίνεται· [dele colon] καὶ τὰ σημεῖά ἐστι φαι νόμενα. ὃ μετὰ τοῦ, τὰ φαινόμενα ἅπασι τοῖς ὁμοίως διακει μένοις παραπλησίως φαίνεσθαι, συνάγει τὸ τοῦ ἐκκειμένου, τρί τῳ ἀναποδείκτῳ. ὥστε δεύτερον μὲν γίνεσθαι ἀναπόδεικτον τοι οὗτον· εἰ τὰ φαινόμενα πᾶσι τοῖς ὁμοίως διακειμένοις παρα πλησίως φαίνεται, [dele virgulam] καὶ τὰ σημεῖά ἐστι φαι νόμενα, τὰ σημεῖα πᾶσι τοῖς ὁμοίως διακειμένοις παραπλησίω φαίνεται· οὐχὶ δέ γε τὰ σημεῖα πᾶσι τοῖς ὁμοίως διακειμένοι παραπλησίως φαίνεται· τὰ σημεῖα ἄρα οὐκ ἔστι φαι νόμενα. Plura in his videntur corrupta. Primum 236. pro ἔκκειται legendum ἔγκειται. Possis quidem e stribligine illa argutando sensum elicere hunc: *non ignoratur, sed in propatulo est, in conspectum venit, mentis aciei se offert.* Aptior tamen videtur sensus: *inest propositionibus tamquam principiis suis, continetur.* Deinde pro συνεκτικά MS. Vratislav. praebet συνακτικά, quod, a Fabricio repudiatum, praeferimus hoc sensu: ἐπεὶ τὰ λήμματα ἔχει τὴν δύναμιν τῆς συναγωγῆς. Cf. 239. 424 seq. 233. τοῦτο οὖν δυνάμει μὲν ἔχομεν ἐν τῷ λόγῳ συναγόμενον, et instar omnium 231. ὅταν τὰ τινὸς [scrib. τά τινος] συμπεράσματος συνακτικὰ λήμματα ἔχομεν, δυνάμει κἀκεῖνο ἐν τούτοις ἔχομεν τὸ συμπέρασμα, κἂν κατ' ἐκφορὰν μὴ λέγηται. 439. δύνασθαι ἐκ τῶν παραλειπομένων ἡμῖν δυοῖν λημμάτων, [dele virgulam] ἀνελλιπῶς συνάγεσθαι τὴν ἐπιφοράν, et seqq. Postremo 237. mutila est prosyllogismi complexio, ita supplenda et rescribenda: οὐκ ἄρα καὶ τὰ φαινόμενα πᾶσι τοῖς ὁμοίως διακειμένοις παραπλησίως φαίνεται καὶ τὰ σημεῖά ἐστι φαινόμενα. Hanc refictionem et praecedentia comprobant et ea quae continuo sequuntur 238. τρίτον δὲ τὸν τοιοῦτον· οὐχὶ καὶ τὰ φαινόμενα πᾶσι τοῖς ὁμοίως διακειμέ

τοις παραπλησίως φαίνεται, [dele virgulam] καὶ τὰ σημεῖά ἐστι φαινόμενα· ἀλλὰ μὴν τὰ φαινόμενα πᾶσι τοῖς ὁμοίως διακειμένοις, [virgula debet abesse] παραπλησίως φαίνεται· οὐκ ἄρα τὰ σημεῖά ἐστι φαινόμενα. Nimirum prosyllogismi conclusum denuo fit episyllogismi caput. Ceterum de huius ratiocinationis natura cff., quae monuimus in nota ad §. 26. *Quaestionis de formis cogitandi*, Lips. ap. Steinacker. a. 1815.

Ib. 277. Ἀνωμολόγηται δὲ ἡ ἀπόδειξις τῷ γένει σημεῖον εἶναι. δηλωτικὴ γάρ ἐστι τοῦ συμπεράσματος· καὶ ἔσται ἡ διὰ τῶν λημμάτων αὐτῆς συμπλοκὴ σημεῖον τοῦ ὑπάρχειν τὸ συμπέρασμα. οἷον, [dele virgulam] ἐπὶ τῆς τοιαύτης, εἰ ἔστι κίνησις, ἔστι κενόν· ἔστι δὲ κίνησις, ἔστιν ἄρα κενόν· [puncti loco comma ponendum] τὸ τοιοῦτον συμπεπλεγμένον, εἰ ἔστι κίνησις, ἔστι κενόν, διὰ τῶν λημμάτων συμπεπλεγμένον, εὐθὺς καὶ σημεῖόν ἐστι τοῦ συμπεράσματος [insere virgulam] τοῦ ἔστι κενόν. In his voc. συμπεπλεγμένον priore loco glossa videtur ad τὸ τοιοῦτον nimis otiose abundans, cum mox sequatur διὰ τ. λ. συμπεπλ. Deinde inserenda assumptio: ἔστι δὲ κίνησις vel potius scribendum: ἔστι κίνησις καὶ εἰ ἔστι κίνησις etc. Suspicionem autem illam de glossa auget etiam locus §. 421. aliis corruptelis depravatus. Nimirum Sextus ibi docet, unde conclusio hypothetica in modo ponenti falsa fiat: primum, si assumatur per mendacium §. 418. deinde ad formam, si concludatur a consequente ad antecedens ita, ut connexum non incipiat ab assumptione, exeat in conclusum §. 420. (Cf. II. *P. Hypot.* 13, 147. seq.); denique, si ipsum connexum infirmum sit, ita, ut aliquando, ordiens a vero, possit desinere in falsum, §. 421. ubi haec habentur: ἀλλὰ δή, ἂν ἐξετάζωμεν, δύναται τὸ μὲν διὰ τῶν λημμάτων συμπεπλεγμένον ἀληθὲς εἶναι [,] ἡμέρας οὔσης· οἷον τὸ τοιοῦτο, φῶς ἐστι καὶ εἰ ἡμέρα ἐστί, φῶς ἐστι. Primum e dicto l. 277. forte reponenda forma Attica τοιοῦτον: eademque mox recurrit. Praeterea patet, sententiam invertendam esse: φῶς ἔστι καί, εἰ φῶς ἔστι, ἡμέρα ἔστι: sed totum illud connexum καὶ εἰ ἡμέρα etc. potius delendum, ut τὸ διὰ τῶν λημμάτων συμπεπλεγμένον h. l. dicatur sola assumptio praeter connexum: qua de significatione v. *Quaestio de formis cogitandi* p. 25. Idque eo verius videtur, cum continuetur hoc modo: τὸ δὲ συνημμένον [,] τὸ ἀρχόμενον ἀπὸ τῆς διὰ τῶν λημμάτων συμπλοκῆς, καὶ λῆγον ἐπὶ τὸ συμπέρασμα (ita, ut ipse syllogismus sit παντῶς περαντικὸς eiusque σχῆμα οὐ μοχθηρόν), ψευδὲς [fortasse corr. ψεῦδος]· οἷον τὸ τοιοῦτον, εἰ φῶς ἐστι καὶ εἰ ἡμέρα ἐστί, φῶς ἐστι. δύναται γὰρ τὸ συνημμένον τοῦτο, νυκτὸς οὔσης, ἀπὸ ἀλη-

θοῦς ἄρχεσθαι τῆς συμπλοκῆς, λήγειν ἐπὶ ψεῦδος, τὸ, [scrib. τό]. ἡμέρα ἐστὶ [scrib. ἔστι,] καὶ διὰ τοῦτο εἶναι ψεῦδος etc. Connexum illud nemo, opinor, mihi obloquetur restituenti, sic: εἰ φῶς ἔστι, ἡμέρα ἔστι, deletis καὶ εἰ et φῶς ἐστι. Similiter perversis connexi membris, quae tamquam assumptio ac complexio iterarentur, turbabatur olim II. *P. Hyp.* 147. in fin. Tum fortasse scribendum aut ἀρχόμενον, ut plerumque, aut ante λήγειν inserenda καὶ ad exemplum 268. 419. et 332., ubi pro τὸ δ', quod inchoat apodosin, respondentem protasi ἵνα etc., scribendum videtur τόδε, *illud*, ut vertit Hervetus. Poterit etiam illo in loco, quo de nunc maxime agebatur, post λήγειν addi δέ, ut 114. ubi §. seq. continuo post vv. ἐνδέχεται γὰρ, ἀπ' ἀληθοῦς ποτε [scrib. ποτὲ] ἀρξάμενον [,] τοῦ ἡμέρα ἐστίν [ἔστιν], ἐπὶ ψεῦδος λήγειν, τὸ, [τό] ἐγὼ διαλέγομαι, ἡσυχάσαντος ἐμοῦ — eadem subsequuntur, a librario, varias lectiones conglutinante, repetita: *καὶ ἐνδέχεται, ἀπ' ἀληθοῦς ἀρχόμενον* ἐπὶ ψεῦδος λήγειν, τὸ, ἐγὼ διαλέγομαι. Quae eo facilius spuria se produnt, cum proxime excipiantur ab his: πρὶν γὰρ ἄρξωμαι διαλέγεσθαι, ἀπ' ἀληθοῦς μὲν ἤρχετο [,] τοῦ ἡμέρα ἐστίν [ἔστιν]· ἐπὶ ψεῦδος δὲ ἔληγε [,] τὸ [τό] ἐγὼ διαλέγομαι.

Ib. 416. Συμπλέξαντες γὰρ οὕτω τὰ λήμματα, νύξ ἐστι, καὶ εἰ νύξ ἐστι, σκότος ἐστὶ, ποιοῦμεν συνημμένον συλλογισμὸν, . . . λήγοντα . . εἰς τό συμπέρασμα τοιοῦτον, * *νύξ ἐστι, καὶ εἰ νύξ ἐστι,* * σκότος ἐστί. Verba, quae utrimque asteriscis notavimus, oscitanti librario deberi, qui oculis ad superiorem συμπλοκὴν aberrarit, vel nobis tacentibus, res ipsa manifesto docet. Ceterum ubique repon. ἔστι.

His iam duo accedant corollaria.

Verba *Origenis contra Celsum* p. 341. φέρουσι δὲ καὶ ἐπὶ ὕλης τὸν τρόπον τοῦτον apud Fabricium ad Sext. Emp. p. 66. b. vertuntur sic: *Super hac materia exemplum huiuscemodi affertur.* At ita non indefinite ἐπὶ ὕλης dictum oportuit. Praecesserat autem formae abstractae, ut loquuntur, descriptio: ὑπάγεταί γε ὁ λόγος τρόπῳ τοιούτῳ. Tum post superiora sequitur exemplum, quod vocant, in concreto. Itaque verba illa hoc modo interpretamur: *Verum etiam formam illam sive modum ad materiam* (i. e. ad exempla singularia) *accommodant.*

Quae ibi sequuntur, εἰ ἐπίστασαι ὅτι τέθνηκας, καὶ ἔστιν ὃ ἐπίστασαι, τέθνηκας. εἰ δὲ ἐπίστασαι ὅτι τέθνηκας, οὐ τέθνηκας, ἐπεὶ οὐδὲν ὁ τεθνηκὼς ἐπίσταται· δηλονότι εἰ ἐπίστασαι ὅτι τέθνηκας, οὐ τέθνηκας, καὶ ἀκολουθεῖ — τὸ [corr. τό] οὐκ ἄρα ἐπίστασαι ὅτι τέθνηκας — vertuntur sic: *Si scis te mortuum esse, quia, quod scis, verum esse debet,*

mortuus es. Sed ita contra propositum ex duplici hypothesi concluderetur. Neque ὁ λόγος foret συνακτικός: sequeretur enim hoc tantum: *ergo aut nescis, te mortuum esse aut, quod scis, potest non esse verum.* Idcirco vertendum erat sic: *Si scis te mortuum esse, verum est etiam illud, quod scis:* cui explicative apponitur τέθνηκας. Part. καὶ infert consequens. Ita statim praecesserat in hoc ipso τρόπῳ: *Εἰ τὸ A. καὶ τὸ B,* ubi post *A* commate distinguendum.

Levius hoc est. Fabricius ad Sext. Emp. p. 107. laudans L. Iohannis Philoponi *in Analytica priora* p. IX. b. πρὸς οὓς φαμεν, ὅτι τοῖς ἡμετέροις ἁλίσκεθε λόγοις, corrigit ὑμετέροις ἁλίσκεσθε λ. Haud dubie vitium typographicum commissum est in lit. σθ et V. D. scripserat ἁλίσκεσθε.

XI.

Loca quaedam Senecae Tragici ex antiquis monumentis illustrata.

Herc. *fur.* 156 de piscatore:

suspensus spectat pressa
Praemia dextra.

Piscatorem hoc statu videre est apud Montfaucon in L'antiqu. expliqu. T. 3, P. 3, Pl. 185.

ib. 227 de Thrace cruento:

Suisque regem pabulum armentis datum.

Mirum hoc, sed relatum a Diodoro 4, 15, aque Seneca repetitum Agam. 832.

ib. 356 de Megara:

iuxta praesides astat deos.

Praesidis vel praestitis dei signum an sit, quod isto nomine exhibetur in Mus. Florent. Tom. 3, Tab. 45, 46, equidem decernere nequeo.

ib. 466 de Hercule, Omphales mancipio:

cuius ex humeris leo
Donum puellae factus, et clava excidit.

Similia nostri et aliorum poëtarum loca congessit, artis operibus eiusdem argumenti non praetermissis, Zoega Bassiriliev. antich. di Roma Tom. 2 p. 107, n. 9.

ib. 543 de Antiopa:

Aurato religans ilia balteo.

ilia religans vel lumbos cingens, ut omnes faciunt Amazones, quae cum Theseo pugnantes, in Mus. Capitol. Tom. 4, Tab. 23 exhibentur.

ib. 665 in orci descriptione:

Hiatque rupes alta.

Cernitur ea rupes in Mus. Pioclem. Tom. 4, Tabula 35, Charontem seu traiectum animarum repraesentante.

ib. 725 de Plutone dicitur:

Vultus est illi Iovis, sed fulminantis.

Ex hac una sola descriptiuncula Plutonium in artibus vultum sibi agnitum confitentur viri docti, Winckelmann Monum. antich. ined. p. XLII, Visconti et Guattani Mus. Chiaramont. 1, 65, Zoega Bassiriliev. antich. 1, 2.

ib. 853.

comis nondum positis ephebi.

Prolepsis est. Heroicis enim temporibus ephebi comas non recidebant. Cum Seneca tamen veteres faciunt artifices, docente Winkelmanno Monum. ant. ined. p. 171.

ib. 856 Chorus, Herculis victoriam ex inferis reportatam canens, infantibus eo commigrantibus, inquit,

datum solis, minus ut timerent,
Agne praelato relevare noctem.

Huc Fogginio referri videbatur Genius, laternam gerens in vase cinerario, Tomi 4 Musei Capitolini Tabula LVII exhibito.

ib. 902:

Belligera Pallas, cuius in laeva ciet
Aegis feroces ore saxifico minas.

Interpretes antiquitatis monumentorum Herculanensium Tom. 7 p. 14 erroris arguunt Senecam, quod Aegida, pectoris tegimen, pro clipeo sumserit. Quasi non idem fecisset Virgilius Aen. 8. 354, de Iove dicens:

quum saepe nigrantem
Agida concuteret, dextra nimbosque cieret.

ubi Servius male incidendo post *dextra*, turbas illas antiquariorum concitavit, ab Heynio tandem sopitas.

ib. 913 ad Theseum:

Te ramus oleae fronde gentili tegat.

Hinc eiusdem olea coronati picturam illustravit Winckelmann Monum. ant. ined. p. 132.

ib. 971:

Videat sub Ossa Pelion Chiron suum:
In caelum Olympus tertio positus gradu
Perveniet, aut mittetur.

Haec montium struendorum ratio verior est, quam quae obtinet in Troad. 830, ubi Pelion dicitur

Tertius caelo gradus.

Ossa enim, ut refert Dr. Holland in: Reisen durch die Jonischen Inseln ff. p. 277, est forma scrupea coniformi, desinens in verticem. Pelion contra latior, minusque praeruptus, qui, si meridionali ex parte spectetur, duo exhibet inter se longius discedentia cacu-

mina, interiecta caverna, usque adeo plana tamen, ut tabulati speciem praebeat montis, cui fictio, minimam phantasiae vim inferens, montem, qualis est Ossa, facile imponere poterat.

ib. 1068 *volucer* audit Somnus, et Silio 10, 352. Alatum quoque Somnum veteres finxerunt artifices. Verum *alis* tristitiam illius, non, ut putabat Visconti Mus. Pioclem. T. 4 p. 30, velocitatem significari, bonis rationibus docuit Zoega Bassiriliev. antich. Tom. 2 p. 208.

ib. Somnus audit *matris genus Astraeae*, hoc est, stellatae noctis proles, ut recte interpretatur Zoega Bassiriliev. Antich. T. 2 p. 210.

ib. 1072 ad Somnum:

Pater o rerum.

Imaginem somni cunctipotentis et artis in monumentis expressam esse, disces ex Zoega Bassiriliev. antich. T. 2 p. 204.

ib. 1076 ad eundem:

Pavidum leti genus humanum
Cogis longam discere mortem.

Huc pertinet lapis ille Borghesianus, ab Zoega Bassiriliev. antich. T. 2 p. 214 descriptus in hunc modum: „Ipno stende la destra sopra una donna compostamente colca su di lettino, onde il licore leteo versare nel di lei petto; ed accanto sta un amorino con le ali spiegate, che nella sinistra reca una face eretta, di cui la fiamma sparpagliata svolazza in giu, come quella d'una lampana in pericolo d'essere estinta, e con la destra addita Mercurio Psicopompo assiso a' piedi della moribonda sopra sasso, ch'un fosso sembra separare dal letto. Pochi sono i monumenti ch'esprimano sì bella e sì luminosa allegoria: e chi' è che quì pensi al detto del vecchio Gorgia: ηδη με ὁ υπνος αρχεται κατατιθεσθαι τῳ αδελφῳ.“

Ib. 1078 ad eundem:

Preme devinctum torpore gravi.

Talis Ariadne repraesentatur Tomi 5 Musei Pioclementini Tabula 8, ubi Somnus *devinctam lumina*, quam vocat Viscontius, imitatione Catulli 64, 122, tenens, ex cornu soporiferum ipsi liquorem infundit, sinistra grandem papaveris ramum quatiens.

Ib. 1127 ad pueros transfixos:

iam tamen ausi
Telum Scythicis leve corytis
Missum certa librare manu.

Occurrit hic Teutarus ille Scytha, qui Herculem sagittandi arte erudierat, cuiusque imaginem videre sibi

visus est Viscontius in Tomi 4 Musei Pioclementini Tabula 39, casus mirificos Herculis repraesentante.

Phoenis. 31:

Montem, Cithaeron, redde.

Prosopopoeia sculptoribus frequentata. Qui, monente Visconti Mus. Pioclem. T. 4 p. 31 n. d., Latmum, Cariae montem, Lunae amoribus nobilitatum, iuvenis forma cubantis, Caucasum grandaevum, alios montes aliter signant.

Ib. 365:

spolium tulit
Cruenta nati Maenas in partes dati.

Similis est locus in Troad. 674. Utrique lux affunditur ex Anaglypho Musei Chiaramont. 1, Tab. 37, armatam cultro Maenadem repraesentante.

Hippolyt. 276.

Quam vocat matrem geminus Cupido.

geminus, ἔρως et ἀντέρως, quos in Tomi 2 Musei Odescalch. Tabula 9 videre sibi visus est Galeotti, hoc Senecae laudans, et illud ex Oedip. 500:

Concutit taedas geminus Cupido

quem qui *mutuum* interpretantur, frustra sunt.

Ib. 309:

Arsit obscuri Dea clara mundi
Nocte deserta, nitidosque fratri
Tradidit currus aliter regendos.

Amor hic fingitur Lunam solam, nullis vectam bigis, ad Endymionem ducere, similiter ac facit in Pittur. d'Ercolan Tom. 3 Tab. 3, ubi simplicitatem atque suavitatem imaginis vere praedicant interpretes, quos vide.

Ib. 384 Nutrix de Phaedra:

en patescunt regiae fastigia.
Reclinis ipsa sedis auratae toro
Solitos amictus mente non sana abnuit.

Huc non male trahitur edita Voluminis 7 antiquitatem Herculanensium Tab. 62 pictura.

Ib. 511:

iuvit aut amnis vagi
Pressisse ripas, caespite aut nudo leves
Duxisse somnos.

Non temere Visconti Mus. Pioclem. Tom. 3, p. 65 suspicabatur, iucundum illud murmur aquarum, quod somnos invitat *leves*, hoc est, molles, causam fuisse, quae veteres impulerit, ut sacros fontes dormientium Nympharum imaginibus decorarent.

Ib. 653 in descriptione Thesei:

Inerant lacertis mollibus fortes tori.

Hac ipsa figura Theseum effingit sardonyx, a Bracci editus Commentar. de antiqu. scalptor. Vol. 2 Tab. 94.

Compares et Thesei gemmam a Maffei datam Part. 1 Tab. 88.

Ib. 666 Phaedra ad Hippolytum:

en, supplex iacet
Allapsa genubus regiae proles domus.

Euripides partes tribuit Hippolyti sollicitandi; quod et decentius haberi possit. Cum Seneca vero facit scalptor gemmae sardonycis, ab Eckhel editae in Dactyliotheca Caesarea Tab. 33.

Ib. 804 ad Hippolytum:

Te frons hirta decet, te brevior coma
Nulla lege iacens.

Heroes enim de concinnandis capillis parum solliciti. Hinc et apud Statium Achil. 1, 326 Thetis, id agens, ut filium effoeminet,

impexos certo domat ordine crines.

Ib. 1142:

volat ambigius
Mobilis alis Hora.

alis poëtico iure defendebam, immemor tot operum caelatorum, alatas Horas repraesentantium. Vid. Mus. Pioclem. Tom. 1 Tab. 32. Tom. 6 Tab. 5, ibique Visconti p. 10, n. c.

Ib. 1181 Phaedra, necem Hippolyti plorans:

Placemus umbras, capitis exuvias cape,
Laceraeque frontis accipe abscissam comam.

Sic in Voluminis 4 Musei Capitolini tabula 40, corporis Meleagri combustionem exhibente, proxima rogo mulier suos divellit, discerpitque manibus capillos, horum in rogum immittendorum, atque ex more una cum corpore concremandorum causa, ut Fogginii, Senecam comparantis, verba mea faciam.

Ib. 1197:

Mucrone pectus impium iusto patet.

cum his Phaedra sibi manum infert, populo coram, ut in Polygnoti tabula, Pausaniae descripta 10, 29. Veteres autem sculptores, monente Zoega Bassiriliev. antich. Tom. 1 p. 230, molestiam ὄψεως huius σκηνικῆς spectatori remittunt.

Oedip. 228:

Imminens Phoebea laurus tremuit et
movit domum.

gens ist bekannt, dafs die Griechen diese nachdrucklosen pronomina reflexiva nicht häufig gebrauchen, kaum anderswo, als wenn der grofse Reichthum bedeutungsvoller Formen des Zeitwortes nicht ausreicht. — Die zweite Art der Griechischen Reflexionen, welche aus der Verbindung mit dem definitum αὐτός entstanden sind, bezeichnet schon dadurch den gröfsern rednerischen Nachdruck ihrer Bedeutung. Dieser offenbart sich auch dem aufmerksamen Leser überall entweder durch einen bestimmt ausgesprochenen oder durch einen leicht hinzugedachten Gegensatz, u. wenn die Akkusativen in Verbindung mit transitiven Verben, wie παραδιδόναι ἑαυτόν, diesen Nachdruck etwas verloren zu haben scheinen, so ist auch das nicht viel mehr, als ein Schein, indem die Natur der rein-transitiven Zeitwörter eigentlich ein Übergehen auf ein *anderes* Objekt verlangt u. somit die Rückwirkung auf das Subjekt einen heimlichen Gegensatz bildet. Übrigens begnügen sich die Lateiner in der Regel mit dem einfachen Reflexivum u. der Zusatz des besondern Wortes ipsius ff. erzeugt allerdings einen noch stärkern Nachdruck.

3. Pronomina possessiva.

ἐμός, σός, ὅς, ἡμέτερος, ὑμέτερος, σφέτερος.
meus, tuus, suus, noster, vester, suus.
νωΐτερος, σφωΐτερος — nostras, vestras; alienus (ἀλλότριος).

Hiebei habe ich für jetzt, wo ich auf die Einzelheiten des Gebrauchs nicht weiter eingehen kann, nur diefs zu bemerken. So wie die neuern Sprachen nicht nur in dem possessivum der ersten u. zweiten, sondern auch in der dritten Person, sowohl die rückwirkende (reflexive), als die auf ein anderes Äufserliche bezügliche (objektive) Bedeutung, vereinigt haben (sein, ihr, seinige, ihrige); so findet sich dasselbe im Griechischen u. Lateinischen zwar bei dem Possessivum der ersten u. zweiten Person, aber in der dritten Person fehlt, aufser dafs im Lateinischen *suus* auf den Plural u. Singular des Subjekts bezüglich ist, gerade das nach dem Geiste der neuern Sprachen unentbehrlichste Possessivum für die objektive Beziehung — ein Mangel, welcher sich nur aus dem in den alten Sprachen, beson-

present taste; wie ib.: I laid *me* down. Mehreres hierüber nächstens in einer eigenen Abhandlung!

dem in der Lateinischen, bedeutend gröfsern Wirkungskreise der Reflexivität erklären läfst. Dafs u. wie sich übrigens die Lateiner u. Griechen in dem Falle, wo unser *sein*, *ihr*, im objektiven Sinne ausgedrückt werden mufs, in der Regel leicht u. bequem zu helfen wissen, ist bekannt. Indessen zeigen doch manche in Rücksicht auf die eigentliche reflexive Bedeutung von suus allerdings auffallende Stellen, dafs die Lateiner hie u. da in einige Verlegenheit gerathen u. allenfalls ihr suus auch ohne reflexive Bedeutung besonders da gebrauchen, wo eius etc. wegen seiner entfernten Beziehung zu nachdruckslos wäre: woher denn auch die abgeleitete Bedeutung von suus für *gehörig*, *eigenthümlich* stammt. Man vergleiche nur aufser den in der Wenk-Grotefend'schen Lat. Gr. Th. I. S. 167 ff. angeführten Stellen folgende wenige: Tacit. Ann. XIV, 30. igni *suo* involvunt (auf faces feminarum); Sallust. Iugurth. 69. ed. Tell. Ceterum in utroque magis studia partium quam bona aut mala *sua* moderata; Cic. Tusc. I, 18. Dicaearchum vero cum Aristoxeno, aequali et condiscipulo *suo*, doctos sane homines, omittamus. Liv. XXI, 50. Romanis multitudo *sua* auxit animam; und, welche Stelle, wenn sie nicht verderbt ist, unter die merkwürdigsten gehört: Corn. Nep. Milt. I, 1. das cives *sui* nach *de eo*.

4. Pronomen definitum.

αὐτός, ipse.

Die Benennung für dieses Pronomen, welche Thiersch, Rost u. überhaupt mehr die Verfasser Griechischer, als Lateinischer Grammatiken aufgenommen haben, scheint mir wohl gewählt, sowohl weil es dadurch am besten als Eigenthum aller drei Personen bezeichnet wird, als auch schon wegen des Gegensatzes von τις, quidam, aliquis, welche Jedermann doch wol indefinita benennt. Auch hat sich ja in αὐτός der Begriff des Definiten (im u. durch die Rede bestimmt Bezüglichen) selbst in den obliquen Casus erhalten, welche die Stelle des einfachen Pronomen der dritten Person versehen. Was übrigens, zumal wenn die allmählige Entwickelung des Begriffs u. Gebrauchs dieses Pronomen berücksichtigt wird, für ein reicher Stoff sich hier darbiete, hat *Hermann* gezeigt in seiner lehrreichen Abhandlung de pronomine αὐτός in den Actis seminarii regii et societatis philologicae Lipsiensis Vol. I, p. 42. sqq. Ich erinnere hier nur beiläufig, da unmit-

telbar für meinen Zweck weder *αὐτός*, noch ipse bedeutende Schwierigkeit darbietet, an die mannichfaltigen Verbindungen beider mit Substantiven u. Pronomen u. die daraus sowohl, als aus veränderten Stellungen bald so, bald anders nüancirte Bedeutungen. Hiebei gewährt es jedem Sprachfreunde ein inniges Vergnügen, wenn er sieht, wie besonders in der Verbindung mit den persönlichen Fürwörtern Griechen u. Lateiner ihr Definitum bis zum Ausdrucke der feinsten Unterscheidungen zu gebrauchen vermögen u. pflegen — beschauend freilich oft, aber doch auch auffordernd für die neuern Sprachen, welche mit ihrem *selbst* u. Ähnlichem bisweilen sehr ungeschickt umhertaumeln. Übrigens sollte man nachgerade auf immer von so armseligen u. nichtssagenden Angaben ablassen, wie sie Bröder §§. 553, 656. u. auch wol anderwärts über *ipse* gibt, als stehe es nur zur Vermeidung der Zweideutigkeit oder wo sonst sich mit *se*, *suus*, eine Unschicklichkeit in der Konstruktion zeigen würde.

5. Pronomen reciprocum.

ἀλλήλοιν, ἀλλήλων.

Dieses eine Gegenseitigkeit u. Wechselwirkung bezeichnende Fürwort hat nur in der Griechischen Sprache eine besondere, ihre Abstammung leicht verrathende Form; im Lateinischen versiehet häufig sui etc. diese Stelle: wenigstens sagt man immer da, wo der Zusammenhang jede Zweideutigkeit entfernt, z. B. amant *se*. Soll aber der reflexive u. reciprokale Begriff genau unterschieden werden, so wählt man wol zum Ausdrucke des erstern ein se *quisque* amat, des andern ein alter alterum, alius alium (einander) amat, aus welchem letztern Pronomen ja auch im Griechischen die besondere Form entstanden ist. Seltener ist *inter se*, wie Corn. Nep. Dio. IV, 1. ibique Interpp.

6. Pronomina indefinita.

τὶς, ὁ δεῖνα; quidam, aliquis, quispiam, ullus.

7. Pronomina demonstrativa.

ὁ, ἡ, τό, ὅδε, οὗτος, ἐκεῖνος, τόσος (πόσος), τόσοςδε, τοσοῦτος, τοῖος (ποιός), τοιόςδε, τοιοῦτος, τηλικός (πηλικός), τηλικόςδε, τηλικοῦτος; is, hic, ille, istic, illic, iste, tantus, talis.

8. Pronomina relativa.

ὅς, ὅστις, ὅσος, ὁπόσος, οἷος, ὁποῖος, ἡλίκος, ὁπηλίκος; qui, quivis, quilibet, quicunque, quisquis, quantus, qualis.

9. Pronomina interrogativa.

τίς, πόσος, ποῖος, πηλίκος, ποδαπός, πόσος, πότερος; quis (mit seinen Zusammensetzungen), qui, quantus, qualis, cuius, cuias, quotus, uter.

Ich mufs mich, da die gegenwärtige Abhandlung schon fast über die Gebühr angewachsen ist, für jetzt hier mit der blofsen, hie u. da noch zu ergänzenden Aufstellung begnügen, die sich rechtfertigen mag, so gut sie kann. Bekannt ist, wie genau im Griechischen auch in der Form selbst diese Klassen der Pronomina korrespondiren, was jetzt auch in einigen Lateinischen Grammatiken Korrelation der Pronomen genannt wird.

10. Pronomina negativa.

οὔτις (μήτις), οὐδείς (μηδείς), οὐδέτερος (μηδέτερος); ἑκάτερος, ἕκαστος, πᾶς, ἀμφότερος, (ὁ) ἄλλος, ὁ αὐτος, ἕτερος; nullus, nemo, neuter, uterque, alteruter, ambo, ceteri, alius, alter; omnes, idem, quisque.

Diese Zusammenstellung mag beim ersten Anblicke sehr auffallen; indessen wird das Auffallende verschwinden, wenn man nach dem in den besondern Bedeutungen der einzelnen Wörter Übereinstimmenden sucht. Diefs ist in allen diesen Fürwörtern der Begriff des *Ausschliefsenden*, des *Gegensatzes*; z. B. in alius, ein Anderer (nicht der, welcher vorher genannt, gemeint war), quisque, ein Jeder (nicht ein Einzelner), idem, eben derselbe (nicht ein Anderer). Daher glaube ich auch, dafs selbst die Benennung *pronomina negativa* in diesem Sinne beibehalten werden könne. — Doch

Vive, vale! si quid novisti rectius istis,
Candidus imperti; si non, his utere mecum.

Bernburg. *Fr. Günther.*

XIII.

Dionysii Strocchii de vita et scriptis *Gasparis Garatonii* commentarius.*)

Alexandro Agucchio
Dionysius Strocchius
S. P.

Libellum, quo Garatonium nostrum laudandum suscepi, ad te mitto non una de causa; sed ob eam potissimum, quod quidquid id est qualecunque est, hortante et iubente te conati sumus. Leges ipse, et siquid placuerit, erit cur mihi gratuler, sin autem: sed nolo mihi, quod non debeo, male ominari. Vale igitur, meque hoc certe nomine quod gerere tibi morem studui amare velis. Iterum vale.

Apud Faventiam Idib. Maiis cIↄIↄcccxviii.

Veterum Scriptorum libros in multis, maximisque latebris rimari, vulneribus, quae plurima acceperunt a vetustate longaeva, et a librariorum vel inscitia vel inertia, mederi, enarrare, in apricum proferre, virtutis maiorum nostrorum post renatas litteras fuit olim solemnis exercitatio. Quod subinde studium hinc peregrinatum est ubique gentium, quot quot ingenuas per artes vitam excoluere. Extitere tamen, nec desunt, qui pristinam hanc, domesticamque laudem identidem restituerent atque instaurarent. Quorum in numero fuit Gaspar Garatonius, cuius de vita et scriptis nonnulla carptim perstringere est animus, non quia putem fore ut mansurae hominis memoriae possit aliquid ex mea diligentia accedere, sed ut qualemcumque illius tumulo coronam suspendam, quae nesciri omnino non sinat quantum in tali absentia indolui, et quantum illi pro sua in me singulari voluntate gratiam habeam, et vero etiam referre concupiscam.

Ravennae ingenuo loco ortus anno cIↄIↄccxxxxiii patrem habuit Iosephum Aeneam Physicum, et Mathematicum longe probatum; quo inter adolescendum orbatus est. Illic studiorum suorum tirocinia posuit. Dehinc Bononiae optimis litterarum, et philosophiae praeceptis, institutisque tam bene et tam cito eductus est, ut, cum non amplius quam tertium, et decimum aetatis annum transmitteret, a magistris recesserit. Hinc Romam concessit, iamque cum in illo Musarum, bonarumque artium sinu versaretur, et doctissimis

*) *Opuscoli Letterarii.* Tomo *primo.* Bologna per Annesio Nobili. 1818. p. 147 — 153.

optimisque viris uteretur, doctrinae gloriaeque nativa cupiditate vehementius incendebatur. Ibi latinas, graecasque res altius ingressus ad studia praesertim Critices animum adpulit. Est hoc litterarum genus in asperis veluti, et praeruptis verticibus positum, et undique cancellis septum, quos nequeat superare nisi qui veloci praeditus ingenio, subacto et arguto iudicio, totius antiquitatis, et omnium elegantiarum notitiam sit assecutus: adde his singularem laboris patientiam. Quapropter si qui sint, qui horum rationem studiorum aspernentur, videant ne ob id faciant, per quod ceterae artes magno in honore habentur et pretio. Hanc vero longe seponere oportet ab illa ieiuna et sicca, quae in apicibus veteris scripturae sectandis, et tricis grammaticis enodandis immorata molestiae plus, somnique quam utilitatis adfert et voluptatis.

Optima igitur litterarum exemplaria prae oculis habebat, et penitus introspiciebat; nulli tamen vacabat libentius quam Oratorum principi, quem ita medullitus amabat, ut omnes illius orationes iterum relegendi, interpretandi, recensendi consilium capere ausus sit. Nec hominum, quin in se tantum onus susciperet, dehortabatur quod P. Victorius, A. Naugerius, Paulus, et Aldus neposque Manucii, F. Ursinus (qui omnium primi tenebricosum stadium ingressi, ceterisque facem manu praetendentes optime de M. Tullio, et de studiis eloquentiae meriti sunt) Gulielmius, Camerarius, Lambinus, Gronovii, Gruterus, Verburgius, Olivetus, Ernestius, aliique, quos longum esset memorare, nihil quod in hac provincia vel ab ingenio vel a doctrina vel a sagacitate, vel ab ipsa pertinaci laboris patientia posset amplius expectari, reliqui fecisse videbantur. Intelligebat enim experiundo non parum segetis ad spicilegium superesse, ex quo utilitatis et laudis non mediocris fieri potest accessio. Percommode tunc illi cecidit, ut instructissimae Barberinorum Bibliothecae praeficeretur, in qua optima asservantur Tulliana exemplaria. Manum igitur operi admovet, cui perficiendo septem et triginta totos annos insumpsit; per quod immane mortalis aevi spatium omnes adivit fontes vel intactos, vel minus notos, unde aliquid hauriri poterat quod faceret ad illas orationes bene et absolute docendas. Novas ex probatissimis exemplaribus, vel ex ingenio lectiones inducit, quarum si praestantissimas tantum recitare volo, modum rationemque commentarii supergrediar necesse est. Copia scilicet istam inopiam facit. Iam vero in tanta librorum lectionumque varietate ut-

pote qui spiritus numerosque Tullianos et sensu et aure callebat, legitimas sagacissime venatur, hunc et illum locum turbata syntaxi male constitutum ad sanitatem revocat, recte secernit quae sunt ab interprete, quaeque vulgari trita sermone exquisitiora, et rariora loco dimovere; nimiam coercet mutandi, obtrectandique cupiditatem, qua in re vel ipsa recensorum eruditio negotium non leve facessit; novum saepe verborum ordinem, et nova explicationum munera profert; atque dum omnes historias, graecos latinosque scriptores revolvit et quantum ad illos commentariorum est, dum Tullium cum Tullio comparat, vel cum Graecis quos Tullius est imitatus, vel cum illis, qui a Tullio sumpsere optimi censoris, et interpretis famam adipiscitur; qui sive suas coniecturas interserat, sive aliorum sententiis confirmet, aut refellat tamquam in lubrica, et periculosa rerum tractatione uti subtiliter et erudite ita modeste disputat et temperanter. Quamvis vero

Ornari res ipsa neget contenta doceri stylo tamen utitur diserto, et concinno, quique vel ab harum rerum incuriosis, et fastidiosis possit amari. Septem suarum lucubrationum volumina edidit Neapoli anno 1777; plura seposuit cum tempus et materies tulissent editurus. Insequentibus annis cum tria alia volumina illuc misisset excudenda subito nuncius adfertur insperanti in itinere esse deperdita, sive id dolo factum malo, sive fortuna, quae etiam rebus Musarum solet invidere. Quae res nec opinanti et reficere detrectanti quamvis longam iniecisset molestiam, non ita tamen a proposito dimovit, ut ad ingenium paulatim non rediret. Interea illius nominis fama non domi tantum, sed foris quoque increbuerat, potissimum apud Germanos, qui harum litterarum cupidissimi hominem omni benevolentia et observantia complexi sunt, cum quibus et suas opes interdum lacessitus non aegre communicabat. Plurima suarum laudum proferre possum laudatissima testimonia. Gaietanus Marinus admirabili doctrina vir, idemque iudex optimus et candidissimus in libro, qui de Papyris, illius praedicat indolem suavissimam, praeclaram eruditionem, acerrimumque iudicium. Gregorius Gottliebus Wernsdorfius Gymnasii Numburgensis Rector cum Philippicarum editionem moliretur, hortatu Cl. Wolfii egit per litteras cum Garatonio, ut quantum ad illas esset commentatus, ad se mitteret; atque ille, quae sua erat comitas, liberalitasque, homini nec amico nec noto morem gerere non detrectavit. Neque silebo quibus illum verbis compellaverit eruditissimus Theo-

philus Harlesius, qui et illi, et Cl. Viro Iacobo Morellio inscripsit opuscula quaedam Academica Christiani Gottliebi Schwarzii Norimbergae edita anno CIↃIↃCCLXXXXIII. *Tuam enim*, inquit, *humanissime Garatoni*, *praeclaram eruditionem diligentiam atque ingenii sagacitatem abunde testantur*, *et patefaciunt animadversiones*, *quibus Orationes praecipue Ciceronianas in editione amplissima Operum Cic. Neapolitana ornasti*. Eodem anno cum Io. Baptista Bodonius Typographorum optimus Longini de Sublimitate opus a se elegantissime excusum P. O. M. Pio Sexto dicatum vellet, ivit ad Garatonium, qui operam illi suam commodavit, epistolamque concinnavit, in qua disertis lectissimisque verbis, gravibusque sententiis res omnes ab illo Pontifice praeclare gestas plena, et continenti laudatione prosecutus est. Iam vero cum eo ventum esset, ut omnia Romae turbarent, ille iterum Bononiam cogitavit, qua in urbe benigne amanterque exceptus usque ad supremum diem vitam degit tanto cum omnium consensu, ac si cum ceteris civibus eamdem patriam nactus esset. Erat enim in homine singularis morum suavitas, sermonisque iucunditas, tum etiam constantia et fides; quae res validius quam fortunarum, doctrinarumque copiae humanos animos possunt devincire. Amicos habuit, et necessarios CC. VV. Caietanum Marinum, Iacobum Morellium, Antonium Testam, Aloysium Lambertum; quem non? at praecipue usque a condiscipulatu Aloysium Palcanum, qui decedens usuram et commodum haeredii illi legavit. Fuit etiam tempus, in quo ad publica munia deposceretur, non ille tamen quidquam de sua libertate deteri, nec suis avelli a litteris passus est, quarum in facili praesidio bene beateque latere persaepe contingit. Neque vero publice non prodesse putandi sunt, etsi nullam Reipublicae partem attingant, qui bene litteris operam navando patriae consulunt historiae. Plenis liberisque suffragiis in Regiam Italicam Academiam fuit cooptatus. Ad illum etiam Bononiensis Bibliothecae praefectura fuit delata, cui maluit excusari ob eam causam, quod praeclarissimum illud munus, (ut ipsum dicentem audivi) pecuniae administrandae negocium nescio quod prae se ferebat. Ibi et a doctrina paratior, et ab usu librorum manuscriptorum, quos illi vel sors obtulit, vel officiosa amicorum sedulitas ad suas saepe lucubrationes superiores recipiebat, et in illas maturius, severiusque animadvertebat. Hinc posteriores illae castigationes, quas ad orationem pro Cn. Plancio ex optimo Codice Bavarico quatuor abhinc annis Bononiae edidit, quibus dia-

tribam de C. Marii monumento, et ex Codice Ambrosiano additamentum adsuit, de quo vir eximius, optime de litteris meritus Angelus Maius in opere, quod inscribitur M. T. Ciceronis sex Orationum partes ineditae, hanc profert sententiam: *Gaspar Garatonius Tullianorum interpretum atque editorum nostra aetate facile princeps quum edito commentario in Plancianam superiore anno Bononiae, sero denique Ambrosianum Scholiastem a me detectum accepisset, additamenti loco quasdam libello suo attexuit perdoctas animadversiones, quarum a me in hac altera Scholiastis editione nulla facienda est nisi cum honore et cum grato animo commemoratio.* Acriore tamen studio, et diligentia subtiliore orationem relegebat, quam Asconius ait ita esse e Tullio perfecte scriptam, ut iure prima haberi possit. Huius gravitate, abundantia, suavitate vehementius delectabatur, huic secundas et tertias curas adhibuit, hanc demum Italice vertere in animum induxit; in quo etiam litterarum genere tantum sapere et intelligere assuevit, quantum oportebat propter necessitudinem et consanguinitatem, quae latinas et nostras intercedit. Scilicet quousque illis apud nos suus stetit honos, et his bene fuit, quod quisque novit, qui vel a limino musas salutaverit. Certe conatus est facere cum bonis, qui nunc sunt, scriptoribus, quique impense et audacter student, ut maternus sermo sibi redire queat omnibus tandem abactis fallaciis et inficetiis, quae illius ingenuam et verecundam indolem, mirum quam diu et quam turpiter! inquinavere. Totus in eo erat, ut Milonianam politius legeret et enarraret, iamque in lucem dabat; sed dum valetudini, quae saepe senem interpellabat, non indulget, dum labori non parcit, dum noctem ipsam addit operi, idibus Februariis anni CIↃIↃCCCXVII desideratus est annos natus quatuor et septuaginta. Hanc orationem ni morte prohibitus fuisset, inscribere cogitabat egregio viro, eidemque sibi vetere amicitia divinctissimo Iacobo Morellio, quem iterum honoris et grati animi causa nomino. Interea quid ille suis de scriptis statutum haberet non noveramus; nihil enim suis de rebus omnibus in tabulas retulerat. Scilicet, ut quisque senex dilator, et spe longus est, cum posset, noluit, cum vellet, vi morbi et instante necessitate est interclusus. Quod tamen potuit voce intermortua me vocat ad lectulum non sine testibus, meaeque fidei, et hominis utriusque nostrum amantissimi, mihique propter egregiam indolem et communia musarum studia, et acceptas calamitates coniunctissimi Alexandri Agucchii scripta commendat sua.

Quae postrema vox adsidue monere nos videbatur, ne pateremur quidquam a nobis desiderari, quod ad fidem et diligentiam pertineret nostram, ne suus veritati et iustitiae deesset locus. Igitur itum est ad amplissimum virum Alexandrum Lantem Cardinalem Bononiensi Provinciae administrandae Legatum, qui pro sua aequitate, et in has litteras bonasque artes voluntate videret, ne quid clarissimi viri memoria, ne quid Reipublicae patrimonium detrimenti caperet, ita tamen ut nihil iuribus haeredum officeretur, et si quid inde ortum esset lucelli, ad ipsos abiret. Illius auctoritate, et opera Alexandri Agucchii brevi factum est, ut quantum erat huiusmodi schedarum seponeretur, et nostras in manus concederet non invitis, immo lubentibus, quibus vel haereditas ipsa vel haereditatis obtigit procuratio. Pertinent ista ad universas Ciceronis Orationes, quae confidimus fore ut in lucem et communem usum aliquando proferantur; quod latinis litteris, quod Collegae et necessarii mei memoriae, quod nomini Italico bene vertat. Quamvis enim horum studiorum id genus sit, ut nullum habeat finem, credibile tamen est, nisi novi aliquid eruatur, fore ut quibus in terris M. T. Cicero vitam et consulatum deinde post Vandalicam illuviem scriptorum suorum narratores et praecones nactus est primos, nanciscatur uti absolutissimos, ita postremos.

XIV.

Dissertatio philologico-critica de *Transpositione seu saluberrimo in sanandis veterum scriptis remedio, quo loca confusa, facta traiectione, restituuntur.*

Quam exercitii Academici gratia conscriptam, et exemplis e *Tyrtaeo, Theognide, Moscho, Xenophonte, Epistolis Socraticis,* ipsoque adeo *Novo Testamento* petitis ornatam, annuente numine supremo, praeside EVERWINO WASSENBERGH, Ling. Gr. et Antiqq. Gr. Prof. Ord. defendet E. EPKEMA. Frisius. a D. (24.) Maii 1786. H. L. Q. S. Franequerae, ap. viduam Gul. Coulon illustr. Frisiae Ordd. atque Eorumd. Academ. Typograph. Ord. 1786.

IS. CASAUBONUS in praef. animadversionibus in Athenaeum praemissa.

„Orto super mensam sermone de illa paginarum aliquot transpositione, quam in omnibus Libris commissam, neque

Auctori Epitomes, neque interpretibus animadversam, libro quarto primi observavimus: mirari qui aderant viri doctrina iudicioque praestantes, et multa de auctoritate manu exaratorum disserere. Clara res tamen est, certisque argumentis a nobis probata. Inter antiquissimas veterum librorum corruptelas traiectiones sunt huiuscemodi. Iam olim Critici antiquissimi, quorum extant in Homerum et Hippocratem observationes, corruptos hoc vitii genere locos multos annotarunt. Sed et aetatis nostrae docti viri similia peccata in multis libris deprehenderunt. Vel unus ille Hercules Musarum Ios. Scaliger quam multa apud Tibullum, Propertium, et Manilium mire perturbata nitori pristino hac ratione restituit?“

Dissert. philologico-critica *de saluberrimo in sanandis Veterum scriptis remedio, quo loca corrupta transponendo restituuntur.*

§. I. Quicunque, a renatis inde Literis, revocandis in integrum prisci aevi monumentis dederunt operam, hoc omnes saepe usi sunt remedio, ut loca male vexata, mutato verborum, aut Periodorum etiam, ordine, persanarent. Atque illa Medicina vulgo lenior visa est, quam si quid in ipsis verbis audacius sollicitatis innovaretur. Minime ergo abs re facere videbuntur, si qui, modestam in omnibus, uti par est, probantes et exercentes Criticen, etiam nunc ad illud potissimum emendandi genus animum advertant.

§. II. Fieri autem potuisse, ut in Libris antiquis centies describendis turbaretur, non est, ut quisquam in dubium vocet. Quod hodie saepe accidit, ut, sive a describentibus aliquid, seu Typothetis, oblatis verbis similibus, aut ὁμοιοτελεύτοις, oculisque hac, aliave de caussa, aberrantibus, multa omittantur; id olim, in maximo hominum, quibus ea res credi solebat, et stupore et ignorantia, fuit frequentissimum. Illa autem, quae omissa fuerant, postea vel in marginem Libri, vel paginarum calcem referebantur. At si huiusmodi Liber denuo describendus esset,[1] non raro contigit, ut ista, prius omissa, mox aliena sede textui rursus immiscerentur; atque sic nata vulgo est illa locorum in Veterum scriptis confusio, cui nulla alia ratione, quam *Transpositionis* ope, potest succurri.

§. III. Nihil adeo de Librariorum Gente, quam tot Doctorum hominum querelae sat famosam reddiderunt, hic dicetur inclementius. Mores eorum et ingenium non aliunde melius cognoscentur, quam e *Corollariis*, seu Subscriptionibus, quas Codicibus invito ani-

mo tandem absolutis aliquando solebant addere. Istiusmodi Corollaria aliquot leguntur edita post *Catalogum* Mss. *Bibliothecae Lipsiensis Paullinae*; quae quoniam huc usque in hunc finem a nemine adhibita sunt, iuvat nonnulla seligere, animi tamen magis, quam probandi gratia. Lector autem in Academico Specimine illa aequo, ut speramus, animo tolerabit.

Scriptor scripsisset melius, bene si potuisset.
Heu male finivi, quia non bene scribere scivi.
Haec ille scripsit, qui primo scribere discit.
Et sic est finis. Sit laus et gloria Trinis.
Finito libro saltat scriptor pede laeto.
Qui scripsit scribat, et bona vina bibat.
Explicit hoc totum, infunde, da mihi potum.
Hoc opus exegi; festum saepissime fregi.
Nomen scriptoris, *Robertus*, servus amoris.
Scriptoris dona sit bos, et pulcra puella.
Finis adest operis, mercedem posco laboris.
Explicit, explicat {ludere / bibere} Scriptor eat.

§. IV. Sed missis, quae plura praefari possemus, rem ipsam aggredimur, et ex elegantioribus Vetustatis reliquiis illustria quaedam loca selegemus, quae, adhibito salubri illo *Transpositionis* remedio, non secus ac luxati corporis membra, in suam redeant naturam, convalescantque. Nimirum hoc magis placebimus, quam si in restituendis minoris momenti et sequioris aevi scriptis operam collocemus; praesertim quum in antiquissimis etiam, iisque praeclarissimis tot supersint loca, quae nunc quoque manum medicam exspectent.

§. V. Nemo est adeo in Literis et Historia Graecorum veteri hospes, qui *Tyrtaei* nomen ignorat, quem Athenienses, ignari quem mitterent, Lacedaemoniis petentibus contra Messenios, horumque Dictatorem Aristomenem, virum fortissimum, belli Ducem submiserunt. Is autem Spartam delatus deiectos civium animos erexit, et *Elegiis*, quas recitabat, vere Martiis belli repetendi ardorem suscitavit. Videtur sane *Tyrtaeus* in effundendis Carminibus fuisse *impetuosissimus*: unde primo repetimus, quod torpentes Lacedaemoniorum animos versibus suis adeo feliciter in bella exacuere potuit. Deinde etiam, quod Athenis ipsis, quo Mileto habitatum concesserat, mente parum sana uti visus est. Unde *Diogen. Laërt.* in Socrate L. II. §. 43. Ἀθηναῖοι καὶ Τυρταῖον παρακόπτειν ἔλεγον. add. *Pausan.* in Messen. p. 316. Atque haec observatio vim habebit non exiguam in corrigendo vexatissimo, sed nobili, *Tyr-*

taei carmine, in quo quidem illa omnia, quae in eius carminibus fuisse *Iustinus* scribit, III, 5, 9. *Hortamenta virtutis, damnorum solatia, belli consilia:* ita tamen, ut impetum illum diviniorem plane desideremus. quin omnia ita disiecta; ita legitimi ordinis expertia deprehendantur, ut, quo pacto hi versus audientium animos movere potuerint, nusquam appareat. Quo magis miramur, neminem huc usque repertum, qui seriem nobilissimi carminis iam olim perturbatam fuisse suspicaretur, quemque Poëtae pessime affecti misereret. Servata est illa *Tyrtaei* Elegia, de qua dicere instituimus, et laudata ab oratore Attico, *Lycurgo*, in orat. adv. Leocratem, p. 168. unde eam hic describemus:

Τεθνάμεναι γὰρ καλὸν ἐπὶ προμάχοισι πεσόντα
Ἄνδρ' ἀγαθὸν περὶ ᾗ πατρίδι μαρνάμενον.
Τὴν δ' αὐτοῦ προλιπόντα πόλιν καὶ πίονας ἀγροὺς
Πτωχεύειν πάντων ἔστ' ἀνιηρότατον,
Πλαζόμενον σὺν μητρὶ φίλῃ καὶ πατρὶ γέροντι,
Παισί τε σὺν μικροῖς, κουριδίῃ τ' ἀλόχῳ.
Ἐχθρὸς γὰρ † τοῖσι μετέσσεται, οὕς κεν ἵκηται
Χρησμοσύνῃ τ' εἴκων καὶ στυγερῇ πενίῃ·
Αἰσχύνει τε γένος, κατὰ δ' ἀγλαὸν εἶδος ἐλέγχει·
Πᾶσα δ' † ἀτιμία καὶ κακότης ἕπεται·
Εἶθ' οὕτως ἀνδρός τοι ἀλωμένου οὐδεμί' ὤρη
Γίνεται, οὔτ' αἰδὼς εἰς ὀπίσω τελέθει·
Θυμῷ γῆς περὶ τῆσδε μαχώμεθα καὶ περὶ παίδων
Θνήσκωμεν, ψυχέων μηκέτι φειδόμενοι·
Ὦ νέοι ἀλλὰ μάχεσθε παρ' ἀλλήλοισι μένοντες·
Μηδὲ φυγῆς αἰσχρᾶς ἄρχετε, μηδὲ φόβου.
Ἀλλὰ μέγαν ποιεῖτε καὶ ἄλκιμον ἐν φρεσὶ θυμόν·
Μηδὲ φιλοψυχεῖτ' ἀνδράσι μαρνάμενοι·
Τοὺς δὲ παλαιοτέρους, ὧν οὐκέτι γούνατ' ἐλαφρά,
Μὴ καταλείποντες φεύγετε τοὺς γεραιούς·
Αἰσχρὸν γὰρ δὴ τοῦτο, μετὰ προμάχοισι πεσόντα
Κεῖσθαι πρόσθε νέων ἄνδρα παλαιότερον,
Ἤδη λευκὸν ἔχοντα κάρη, πολιόν τε γένειον,
Θυμὸν ἀποπνείοντ' ἄλκιμον ἐν κονίῃ,
Αἱματοεντ' αἰδοῖα φίλαις ἐν χερσὶν ἔχοντα·
Αἰσχρὰ τά γ' ὀφθαλμοῖς καὶ νεμεσητὸν ἰδεῖν,
Καὶ χρόα γυμνωθέντα. νέοισι δὲ πάντ' ἐπέοικεν
Ὄφρ' ἄρα τῆς ἥβης ἀγλαὸν ἄνθος ἔχῃ,
Ἀνδράσι μὲν θνητοῖσιν ἰδεῖν, ἐρατὸς δὲ γυναιξὶ
Ζωός ἐών, καλὸς δ' ἐν προμάχοισι πεσών.
Ἀλλά τις εὖ διαβὰς μενέτω ποσὶν ἀμφοτέροισι
Στηριχθεὶς ἐπὶ γῆς, χεῖλος ὀδοῦσι δακών.

§. VI. His iam lectis, probeque ex ordine consi-

deratis, quis non *Tyrtaeum* in *Tyrtaeo* quaerat; quem quidem *Plato* (at quantus qualisque Iudex!) Poëtam vocat θειότατον, de Legg. L. I. p. 666. H. Ubi vero, inquam, τὸ θεῖον illud, quod hominum ad desperationem deiectorum animos ad praeclara facinora vehementiori quadam cohortatione concitavit? — Quod quum quaerimus, minime tamen iudicio suo lapsum statuimus Platonem, aut *Tyrtaeum* nobis ineptum fingimus Poëtam; neque ullo modo veri fit simile, hominem incondite loquentem aliis persuasurum. Quid ergo? Nimirum nobilissimum hoc carmen temporis iniuria perturbatum fuit, atque ita forte iam corruptum ante, quam Lycurgo innotesceret, qui pluribus, quam trecentis annis Tyrtaeo fuit inferior, eamque elegiam memoriter forte tenuit et recitavit. Nisi quis in ipsis hic Lycurgi exemplaribus a Librariis peccatum contendat.

§. VII. Sed iam id, quod de confusione huius Carminis dictum est, paullo accuratius erit demonstrandum. Et primo quidem, quod nunc initium carminis est misere languidum, Τεθνάμεναι γὰρ καλόν — id olim fuisse eius initium, non est ut credere animum inducamus. Particula γάρ, praesertim in quaestionibus, aliquando quidem in initio ponitur: hic tamen aliam vim habere posse non videtur, quam αἰτιατικήν. Unde sequitur alia quondam verba hoc praecessisse distichon, a quibus caussalis illa coniunctio pendeat. Ea vero hoc ipso in carmine adesse, quanquam non sua sede collocata, mox patebit. Deinde nullus est nexus, qui illa commode contineat:

Θυμῷ γῆς περὶ τῆσδε μαχώμεθα —
Ὦ νέοι ἀλλὰ μάχεσθε —

Dicam iterum, nihil abruptius; nihil magis inconcinnum. Denique, quid de his iudicabimus, quae in fine Carminis collocata sunt?

Ἀλλά τις εὖ διαβὰς μενέτω ποσὶν ἀμφοτέροισι
Στηριχθεὶς ἐπὶ γῆς, χεῖλος ὀδοῦσι δακών.

Negamus scilicet hac ratione Elegiam commode finiri: atque ea in re dubium non est, quin assentientes habituri simus idoneos poëticae venustatis arbitros. Horum autem iudiciis commissam maxime cupimus nobilissimi Carminis transpositionem, quam nunc instituemus.

§. VIII. *Tyrtaei Milesii Elegia ad iuvenes Spartanos.*

Θυμῷ γῆς περὶ τῆσδε μαχώμεθα, καὶ περὶ παίδων 13
Θνήσκωμεν ψυχέων μηκέτι φειδόμενοι· 14

Τεθνάμεναι γὰρ καλὸν ἐπὶ προμάχοισι πεσόντα 1
Ἄνδρ' ἀγαθὸν, περὶ ᾗ πατρίδι μαρναμένον. 2
Τὴν δ' αὐτοῦ προλιπόντα πόλιν, καὶ πίονας ἀγροὺς, 3
Πτωχεύειν, πάντων ἔστ' ἀνιηρότατον, 4
Πλαζόμενον σὺν μητρὶ φίλῃ, καὶ πατρὶ γέροντι, 5
Παισί τε σὺν μικροῖς, κουριδίῃ τ' ἀλόχῳ· 6
Ἐχθρὸς μὲν γὰρ τοῖσι μετέσσεται, οὕς κεν ἵκηται, 7
Χρησμοσύνῃ τ' εἴκων, καὶ στυγερῇ πενίῃ, 8
Αἰσχύνει τε γένος, κατὰ δ' ἀγλαὸν εἶδος ἐλέγχει· 9
Πᾶσι δ' ἀτιμίη, καὶ κακότης ἕπεται· 10
Εἶθ' οὕτως ἀνδρός τοι ἀλωμένου οὐδεμί' ὤρη 11
Γίγνεται, οὔτ' αἰδὼς εἰς ὀπίσω τελέθει. — 12
Ὦ νέοι! ἀλλὰ μάχεσθε παρ' ἀλλήλοισι μένοντες, 15
Μηδὲ φιλοψυχεῖτ' ἀνδράσι μαρνάμενοι· 16
Ἀλλὰ μέγαν ποιεῖτε καὶ ἄλκιμον ἐν φρεσὶ θυμόν, 17
Μηδὲ φυγῆς αἰσχρᾶς ἄρχετε, μηδὲ φόβου. 18
Τοὺς δὲ παλαιοτέρους, ὧν οὐκέτι γούνατ' ἐλαφρά, 19
Μὴ καταλείποντες φεύγετε τοὺς γεραιούς· 20
Αἰσχρὸν γὰρ δὴ τοῦτο, μετὰ προμάχοισι πεσόντα 21
Κεῖσθαι, πρόσθε νέων, ἄνδρα παλαιότερον, 22
Ἤδη λευκὸν ἔχοντα κάρη, πολιόν τε γένειον, 23
Θυμὸν ἀποπνείοντ' ἄλκιμον ἐν κονίῃ, 24
Αἱματόεντ' αἰδοῖα φίλαις ἐν χερσὶν ἔχοντα, 25
(Αἰσχρὰ τά γ' ὀφθαλμοῖς καὶ νεμεσητὸν ἰδεῖν!) 26
Καὶ χρόα γυμνωθέντα. Νέοισι δὲ πάντ' ἐπέοικεν, 27
Ὄφρ' ἂν Ἄρης ἥβης ἀγλαὸν ἄνθος ἔχῃ. — 28
Ἀλλά τις εὖ διαβὰς μενέτω ποσὶν ἀμφοτέροισι 31
Στηριχθεὶς ἐπὶ γῆς, χεῖλος ὀδοῦσι δακών, 32
Ἀνδράσι μὲν θνητὸς ἰδεῖν, ἐρατὸς δὲ γυναιξὶ 29
Ζωὸς ἐών· καλὸς δ' ἐν προμάχοισι πεσών. 30

§. IX. Atque ita quidem mascula illa Tyrtaei Elegia, membris ante disiectis lacera, nunc, iisdem denuo coeuntibus, apte disposita atque emendata, talis, ni fallor, videbitur, quae Lacedaemonios ad bellum expediendum, fortiterque tolerandum mirifice animarit. Totum carmen tribus constat partibus: tres habet impetus vere Martios. Primus, reliquis acrior, *Θυμῷ γῆς κ. τ. μ.* quem excipit alter, v. 15. *Ὦ νέοι ἀλλὰ μάχεσθ* — Tertius est, v. 29. *Ἀλλά τις εὖ διαβὰς* —

§. X. Sed emendationum quoque, in eodem ho Carmine propositarum, reddenda erit ratio. Quod u apte fiat, breves aliquot observationes subiungemus.

V. 1. Θυμῷ] Θυμὸς hic *fortem animum* notat, e *bellicam adversus hostes indignationem.* Solet ita poner *Tyrtaeus.* ut Fragm. XI, in analectis *Brunckii.*

Αἴθωνος δὲ λέοντος ἔχων ἐν στήθεσι θυμόν.

et Carm. III. v. 44. (*Brunck.* vol. I. p. 62.) ubi cum *Wintertono* legendum —

θυμὸν μὴ μεθιεὶς πολέμου.

ad hunc etiam locum comparanda illa, carmine laud. v. 33, 34.

— — Μαρνάμενον
Γῆς περὶ καὶ παίδων — —

V. 2. *Ψυχέων*] Eadem Solonis sententia v. 46.

— φειδωλὴν ψυχῆς μηδεμίαν θέμενος.

ipse *Tyrtaeus* Fr. IX. v. 5.

Μὴ φειδόμενοι τᾶς ζωᾶς.

V. 3. *Τεθνάμεναι γὰρ καλὸν* —] Adeo simile est illud Horatii: *Dulce et decorum est pro patria mori.* (Carm. III. 2. 13.) ut hinc sumtum videatur.

V. 6. *Τὴν δ' αὐτοῦ προλιπόντα πόλιν* —] Ad intelligendas exsilii miserias, quales antiquitus fuerunt, hic locus egregie facit. Similia comparavit *Klotzius.*

V. 12. *Παισὶ δ' ἀτιμίη*] vulgo legitur: *Πᾶσα δ' ἀτιμία.* Ex his *πᾶσα* prorsus nihili est; *ἀτιμία* autem etiam metrum vitiat. Deterius adhuc, quod *Wintertonus*, aliique vulgarunt, *'Αθυμία.* Exsilio convenit utique *'Ατιμία.* *Oppianus* Halieut. I, 277. (quem locum, quia nostro simillimus est, adscribere non gravabimur.)

Οὐδ' ἀλεγεινότερον καὶ κύντερον, ὅσκεν ἀνάγκη
Φυξίπολιν πάτρης τελέσῃ βιὸν ἀλγινόεντα,
Ξεῖνος ἐν ἀλλοδαποῖσιν, ἀτιμίης ζυγὸν ἕλκων. —

Verum ut numeri recte constent, reponendum *ἀτιμίη.* Caeterum veteres nihil aeque extimuerunt, quem *παίδων ἀτιμίαν.* Vid. *Homer.* Il. X. v. 488. *Euripides* in Hyppolyto v. 419. quo loco Phaedra nihil tam vereri se affirmat, quam ne maritum dedecore afficeret,

Μὴ παῖδας, οὓς ἔτικτεν· ἀλλ' (inquit) ἐλεύθεροι
Παῤῥησίᾳ θάλλοντες οἰκοῖεν πόλιν
Κλεινῶν 'Αθηνῶν, μητρὸς οὕνεκ' εὐκλεεῖς.

cum quibus illa comparentur *Procopii* in Hist. Arcan. p. 7. fin. *'Ενθυμοῦ τε, ὡς αἱ τῶν γυναικῶν ἁμαρτάδες οὐκ ἐπὶ τοὺς ἄνδρας ἵενται μόνον, ἀλλὰ καὶ παίδων ἅπτονται μᾶλλον, οὓς γε καὶ δόξαν τινὰ φέρεσθαι ἐκ τοῦ ἐπὶ πλεῖστον συμβήσεται, ὡς φύσει τὸν τρόπον ταῖς γειναμέναις ἐοίκασι.* — Recte ergo pro *πᾶσα* videmur correxisse *Παισί.* in primis quum voces istae a Librariis soleant permutari, ut in *Bionis* illo Adonidis Epitaphio v. 5. ubi ne nunc quidem legendum dubitamus — *Καὶ λέγε ΠΑΙΣΙΝ· 'Απώλετο καλὸς "Αδωνις.* pro eo, quod edi solet, *πᾶσιν.* vid. elegantiss. *Pierson.* ad Moerin p. 194.

V. 25. Ἀθανάτοισι αἰδοῖα φ. ἐν χερσὶν ἔχοντα] Ἐν χερσὶν ἔχειν hic valet *manibus tegere*. Neminem offendit *Tyrtaeus*, qui ista cogitârit *Ovidii* Met. XIII, 479.

Tunc quoque cura fuit partes velare tegendas,
Quum caderet, castique decus servare pudoris.

Haec iam comparabat Klotzius, qui et vidit totum hunc locum expressum a Tyrtaeo ex Homeri Iliad. X. v. 17. seqq.

V. 28. Ὄφρ' ἂν Ἄρης ἥβης ἀγλαὸν ἄνθος ἔλῃ] Antea legebatur: Ὄφρ' ἄρα τῆς ἥβης ἀγλαὸν ἄνθος ἔχῃ· quorum intellectus quum sit difficillimus, vel sensus nullus, non mirum est ea Viros doctos egregie exercuisse. Pro ἄρα τῆς nescio quis, memorante *Brunckio*, non inscite ἐρατῆς. Sed fac ita legatur, quid fiet istis: Ὄφρα ἄνθος ἥβης ἔχῃ νέους; neque enim ἄνθος illud ἔχει νέους, sed ipsi νέοι ἔχουσι τῆς ἥβης ἄνθος. *Simonides* carm. I. v. 7.

Θνητῶν δ' ὄφρα τις ἄνθος ἔχει πολυήρατον ἥβης —

Theognis v. 1001. loco simillimo;

Ξυνὸν δ' ἀνθρώποις ὑποθήσομαι, ὄφρά τις ἥβης
Ἀγλαὸν ἄνθος ἔχων, καὶ φρεσὶν ἐσθλὰ νοῇ.

confer. id. v. 988.

Homerus de Aenea iuvene, Il. *N*. 484.

Καὶ δ' ἔχει ἥβης ἄνθος —

Ovidius Metam. IX, 435.

Perpetuumque aevi florem Rhadamanthus haberet.

Quae loca omnia quum congereret, et plura etiam, *Klotzius*, ut illustraret notissimum ἄνθος ἥβης, iis uti nescivit ad declarandam loci difficultatem. Nimirum ut in reliquis, sic etiam in his Tyrtaeus *Homerum* expresserat, Il. *X*, 71. seqq.

— Νέῳ δέ τε πάντ' ἐπέοικεν
ΑΡΗΙ ΚΤΑΜΕΝΩι, δεδαϊγμένῳ ὀξέϊ χαλκῷ —

quorum imitatione Nostrum putamus dedisse:

Ὄφρ' ἂν Ἄρης ἥβης ἀγλαὸν ἄνθος ἔλῃ.

ἀγλαὸν εὖχος ἑλεῖν, *splendidum decus auferre*, dixit Carm. I, 36. — In morte τὸ ῥόδον φεύγει τῶ χείλεος. v. *Bion* Epitaph. Ad. v. 11.

V. 29. Ἀλλά τις εὖ διαβὰς —] Eadem reperiuntur Car. II. 21, 22. Sed huic loco unice conveniunt; quid autem sit hac in re διαβαίνειν docuit V. D. in Misc. Obss. Vol. I. p. 129.

V. 31. Ἀνδράσι μὲν θηητὸς ἰδεῖν —] His demum versibus Elegia plena sententia, apteque et efficaciter clauditur. Lectionem haud dubie veram et elegantem θηητὸς, pro vulgata θνητοῖσιν, ex iis, quas vidimus, (in-

quarum numero non est *Taylori Anglica*) sola habet *Brunckiana*; unde nescio.

§. XI. Subiungamus tandem egregii Carminis *Versionem Latinam* paullo liberiorem:

Forti animo pugnemus pro hac Terra; et pro Liberis nostris mortem oppetamus, vitae nihil quicquam parcentes;

Pulcrum nempe est, virum fortem, dum pugnam ciet pro patria, mori, et in prima cadere acie.

At Civitate sua, agrisque pinguibus eiectum peregre mendicum agere, hoc demum durissimum.

Ubi exsul quis oberrat cum Matre cara, et Patre sene, cumque Infantibus parvis et Coniuge legitima,

Odio enim hic erit omnibus, quoscunque accesserit; quoniam Paupertas superat, et Egestas invisa.

Hinc Genti suae opprobrio est, vultusque ingenui splendorem deformat.

Filiis autem Ignominia et Nequitia imminent.

Usque adeo Exsulis nulla habetur cura; nulla ipsi praestatur reverentia! —

Quin agite, Iuvenes; confertis pugnate ordinibus. neque vitae amore teneamini cum hostibus manum conserentes!

Sed magnum fortemque animum pectoribus addite. neque fugam turpem respicite; neque metuere incipite.

Seniores autem, quorum iam tardi sunt pedes, ne fugientes relinquite, aetate provectos.

Turpe enim hoc erit, si Senex in prima cadat acie; si occisus iaceat ante iuvenes;

Si albo insignis capite, barbaque canus fortem animam in pulvere exhalet,

Inguen sanguine conspersum manibus suis tegens, (Proh! turpe et nefandum visu spectaculum!)

Toto corpore nudus! — At Iuvenes omnis decet corporis habitus, si quando Mars splendentem aetatis florem decerpserit. —

Quin agite; quisque sua statione immotus maneat, presso in terram utroque pede, dentibus labra mordens.

Viris quidem aspectu mirandus, mulieribus autem cupiendus, dum vivat: sed et in ipsa morte formosus, ubi inter primos ceciderit.

§. XII. *Tyrtaeo* aetate proximus est *Theognis*, cuius quae nobis supersunt Γνῶμαι e variis *Elegiis* sunt conflatae, ut scribit Vir summus, *L. C. Valckenaerius*, ad Xenoph. Memor. Socr. I. 2. p. 239. ita tamen, ut e laceris illis fragminibus, nullo ordine e diversis Scriptoribus, qui illa usurpaverant, recentiori demum aevo, ut equidem suspicor, congestis etiam hodie integrae possint componi Elegiae, e quibus constet in Poëtis excellentissimis ac venustissimis habendum esse *Theognidem*. Quod (ne alia nunc memorentur) eximie probat Elegia eius nuper in integrum restituta in Notis ad Vitas Homeri pag. 6. qua nihil dari potest venu-

stius, Itaque non moramur *I. E. I. Walchium*, qui Theognidis Stylum *simplicem*, *frigidum* et *sine multo ornatu* esse affirmabat in *Introd. in L. Gr.* p. 23. Plurima possunt ex hoc uno Poëta colligi Transpositionum prorsus necessariarum, atque adeo certissimarum (si quid his in rebus certum est) exempla. Sed nunc paucis contenti esse cogimur.

§. XIII. Scribit *Xenophon* apud Stobaeum Serm. LXXXVI, p. 499. Carminum Theognideorum initio legi locum illum, qui nunc exstat v. 183. seqq. quo Poëta morum in sua Civitate corruptelam a commixtis inter se bonorum ac malorum repetit Nuptiis.

Κριοὺς μὲν καὶ ὄνους διζήμεθα, Κύρνε, καὶ ἵππους
Εὐγενέας, καί τις βούλεται ἐξ ἀγαθῶν
Βήσεσθαι· γῆμαι δὲ κακὴν κακοῦ οὐ μελεδαίνει
Ἐσθλὸς ἀνὴρ, ἤν οἱ χρήματα πολλὰ διδῷ.
Οὐδεμία κακοῦ ἀνδρὸς ἀναίνεται εἶναι ἄκοιτις
Πλουσίου, ἀλλ' ἀφνεὸν βούλεται ἀντ' ἀγαθοῦ.
Χρήματα μὲν τιμῶσι, καὶ ἐκ κακοῦ ἐσθλὸς ἔγημε,
Καὶ κακὸς ἐξ ἀγαθοῦ· πλοῦτος ἔμιξε γένος.
Οὕτω μὴ θαύμαζε γένος, Πολυπαίδη, ἀστῶν
Μαυροῦσθαι· σὺν γὰρ μίσγεται ἐσθλὰ κακοῖς.
Αὐτός τοι ταύτην εἰδὼς κακόπατριν ἐοῦσαν
Εἰς οἴκους ἄγεται, χρήμασι πειθόμενος,
Ἔνδοξος κακόδοξον· ἐπεὶ κρατερή μιν ἀνάγκη
Ἐντύνει, ἥτ' ἀνδρὸς τλήμονα θῆκε νόον.

Hi ergo versus indicio Xenophontis, ut pulcre iam observavit Fred. Sylburg. in notis p. 138. collocandi sunt statim post prooemium. Sed vel sic attendenti manifestum est, quatuor ultimos sede non sua esse positos. neque enim vel *Αὐτὸς*, vel *ταύτην* v. 193. in proxime praecedentibus habent, quo referri queant. Nobis autem dubitandum non videtur, quin inserendi sint post v. 186. Sed agedum totam hic Elegiam ita ponamus, uti nobis disponenda et emendanda videbatur.

Κριοὺς μὲν καὶ ὄνους διζήμεθα, Κύρνε, καὶ ἵππους
Εὐγενέας, καί τις βούλεται ἐξ ἀγαθῶν
Κτήσασθαι· γῆμαι δὲ κακὴν κακοῦ οὐ μελεδαίνει
Ἐσθλὸς ἀνὴρ, ἤν οἱ χρήματα πολλὰ διδῷ.
Αὐτός τοι ταύτην εἰδὼς κακόπατριν ἐοῦσαν
Εἰς οἴκους ἄγεται, χρήμασι πειθόμενος,
Ἔνδοξος κακόδοξον· ἐπεὶ κρατερή μιν ἀνάγκη
Ἐντύνει, ἥτ' ἀνδρὸς τλήμονα θῆκε νόον.
Οὐδὲ γυνὴ κακοῦ ἀνδρὸς ἀναίνεται εἶναι ἄκοιτις
Πλουσίου, ἀλλ' ἀφνεὸν βούλεται ἀντ' ἀγαθοῦ.
Χρήματα μὲν τιμῶσι, καὶ ἐκ κακοῦ ἐσθλὸς ἔγημε,

Καὶ κακὸς ἐξ ἀγαθοῦ· πλοῦτος ἔμιξε γένος.
Οὕτω μὴ θαύμαζε γένος, Πολυπαίδη, ἀστῶν
Μαυροῦσθαι· σὺν γὰρ μίσγεται ἐσθλὰ κακοῖς.

§. XIV. Fieri aliter non potuit, quin ista vehementer placerent *Xenophonti* (l. laud.). Nam argumentum illud prorsus Socraticum est: „Mirum videri, homines in Arietibus, Asinis, Equis hoc diligentius curare, ut non nisi Generosi misceantur; ne forte generis imminuantur virtus ac praestantia. Contra in Nuptiis, ubi de Liberorum procreatione res est, non genus spectari, aut Parentum virtutem; sed alia omnia placere, nec quicquam quaeri praeter pecuniam; quo fiat ut boni cum malis promiscue coëant, atque omnis morum a sanguine ducta pereat honestas." Comparavit haec diligentiss. *Lambinus* ad Horat. III. od. 24. 21. ubi Poëta *magnam dotem esse* affirmat *Parentum virtutem*. Sed et, aliquo saltem respectu, conveniunt illa III. od. 6. 17.

Fecunda culpae secula Nuptias
Primum inquinavere, et Genus, et Domos.
Hoc fonte derivata clades
Inque Patres Populumque fluxit.

Nec non Anacreontica Od. XLVI.

Γένος οὐδὲν εἰς Ἔρωτα·
Σοφίη, τρόπος πατεῖται·
Μόνον ἄργυρον βλέπουσιν.

§. XV. Elegia autem sic, uti modo factum est, disposita nihil plenius dari poterit, aut concinnius. Primo ostendit, quid fieri soleat respectu animalium. Tum, quid his plane contrarium in re longe maioris momenti placeat cum maribus, tum feminis. Utrumque sexum, ante separatim notatum, mox uno verbo apte complectitur: *τιμῶσι*. Tandem concludit hanc unam praecipuam mali labem esse, qua inquinetur Civitas, et populi mores passim corrumpantur. Pertinet autem Carmen tam ad *Polypaeden*, quam ad *Cyrnum*, qui Iuvenes ambo eodem tempore Theognidi affuisse videntur Discipuli, quare recte *I. Camerarius*, in Scholis Graecis ad h. l. *Πάλιν*, inquit, *ἐν τῇ παραινέσει τοὺς δύο ἑταίρους, τόν τε Κύρνον, καὶ τὸν Πολυπαίδη προσεῖπεν*. vid. v. 63. seqq. — Caeterum ab initio statim absurdam habet lectionem *Stobaeus*, Serm. LXVIII. p. 425. *Κύνας μὲν δὴ νῶϊ διζήμεθα* — Melius idem, v. 186. *ἣν οἱ χρήματα πολλὰ ΦΕΡΗι.* neque tamen repudiandum *διδῷ*. — v. 185. *Βήσασθαι*, praetulit *Grotius* ad Stobaeum p. 547. Sed unice verum est *Κτήσασθαι*, (*quisque sibi vult parare e

bonis progenitos) quod et apud *Stobaeum* reperitur, et nuper adeo praetulit *Brunckius*, V. Cl. Eidem *Stobaeo* praeclaram debemus lectionem οὐδὲ ΓΥΝΗ κ. ἀ. ἀν. εἶναι ἀχ. pro vulgata οὐδεμία κ. ἀ. — eaque traiectionem a nobis institutam mirifice confirmat.

§. XVI. Quoniam vero coniugalium *Theognidem* praeceptorum iniecta mentio est; hic addere iuvat eos versus, undique collectos, in quibus Mulier inducitur iuvencula, procax, seni marito nupta; nosti caetera! Numeri appositi sedem significant, qua versus male dispersi in Editionibus leguntur:

Ἵππος ἐγὼ καλὴ καὶ ἀεθλίη, ἀλλὰ κάκιστον 257
    Ἄνδρα φέρω, καί μοι τοῦτ' ἀνιηρότατον. 258
Πολλάκι δὴ μέλλησα διαῤῥήξασα χαλινὸν 259
    Φεύγειν, ὠσαμένη τὸν κακὸν ἡνίοχον. 260
Οἵ με φίλοι προδιδοῦσι, καὶ οὐκ ἐθέλουσί τι δοῦναι 859
    Ἀνδρῶν φαινομένων· (+) ἀλλ' ἐγὼ αὐτομάτη 860
Ἑσπερίη τ' ἔξειμι, καὶ ὀρθρίη αὖθις ἔσειμι, 861
    Ἦμος ἀλεκτρυόνων φθόγγος ἐγειρομένων. 862
Οὔ τοι σύμφορόν ἐστι γυνὴ νέα ἀνδρὶ γέροντι· 457
    Οὐ γὰρ πηδαλίῳ πείθεται, ὡς ἄκατος· 458
Οὐδ' ἄγκυραι ἔχουσιν· ἀποῤῥήξασα δὲ δεσμὰ 459
    Πολλάκις ἐκ νυκτῶν ἄλλον ἔχει λιμένα. 460

Nescias in his, quid magis mireris, numerorumne exquisitissimam suavitatem, an Figuras audaces et felicissimas!

§. XVII. Unus nunc e Poëtis addatur *Moschus*, cuius praestantissimum illud Carmen est, quo Europae raptum tam vivis pinxit coloribus, ut coram intueri illum videamur. In hoc igitur tam praestanti Carmine confusi sunt versus 110 — 114. ubi de Iove θεοταύρῳ

— — Ὠκὺς δ' ἐπὶ πόντον ἵκανεν.
Ἡ δὲ μεταστρεφθεῖσα φίλας καλέεσκεν ἑταίρας,
Χεῖρας ὀρεγνυμένη· ταὶ δ' οὐκ ἐδύναντο κιχάνειν.
Ἀκτάων δ' ἐπιβὰς πρόσσω θέεν, ἠΰτε Δελφίς·
Νηρεΐδες δ' ἀνέδυσαν ὑπ' ἐξ ἁλὸς — —

Utique Europam, mari spectando satis assuetam, terrere non potuit, quod Taurus, cui insidebat, nihil timens mali, ad mare accedebat. quin delectari illa solebat fluctuum litori alludentium strepitu, ἐτέρπετο κύματος ἠχῇ, v. 36. et Λειμῶν, sive Pratum illud, in quo *Ludere virginibus Tyriis comitata solebat*, erat ἀγχίαλος. vid. v. 36. Sed quum tandem Taurus

Ἀκτάων ἐπιβὰς πρόσσω θέεν, ἠΰτε Δελφίς,

tum deorum exclamavit perterrita, comitumque suarum

imploravit auxilium. At illarum loco ad Europae quiritantis vocem *Emersere freti candenti e gurgite vultus Nereides, novum Puellae regiae Sodalitium!* Hic naturalis est rerum narratarum ordo, cui ut versus respondeant, facta traiectione, singula sic disponenda sunt:

— *Ὠκὺς δ' ἐπὶ πόντον ἵκανεν,*
Ἀκτάων δ' ἐπιβὰς πρόσσω θέεν, ἠΰτε Δελφίς.
Ἡ δὲ μεταστρεφθεῖσα φίλας καλέεσκεν ἑταίρας,
Χεῖρας ὀρεγνυμένη· ταὶ δ' οὐκ ἐδύναντο κιχάνειν.
Νηρεΐδες δ' ἀνέδυσαν ὑπ' ἐξ ἁλός — — —

quibus semel hoc ordine lectis vix quisquam dubitabit, seriem illam unice esse legitimam, et naturalem.

§. XVIII. Eodem in Carmine alius insuper Locus est, cuius versus, nisi fallimur, sunt turbati. Ita autem legitur v. 69.

— *Ἀτὰρ μέση ἔστη Ἄνασσα* (*Europa*)
Ἀγλαΐην πυρσοῖο ῥόδου χείρεσσι λέγουσα,
Οἷά περ ἐν Χαρίτεσσι διέπρεπεν Ἀφρογένεια.
Οὐ μὲν δηρὸν ἔμελλεν ἐπ' ἄνθεσι θυμὸν ἰαίνειν.

Nimirum illa: *Οἷά περ ἐν Χαρίτ. διέπρεπεν Ἀφρογ.* aperte pendent ab *ἔστη* v. 69. Nec obscurus est elegans transitus a v. 70. ad 72. itaque sic transponendum est:

— *Ἀτὰρ μέση ἔστη Ἄνασσα,*
Οἷά περ ἐν Χαρίτεσσι διέπρεπεν Ἀφρογένεια,
Ἀγλαΐην πυρσοῖο ῥόδου χείρεσσι λέγουσα.
Οὐ μὲν δηρὸν ἔμελλεν ἐπ' ἄνθεσι θυμὸν ἰαίνειν.

Ad intelligendam venustatem poëticam comparetur cum Moschi loco *Virgilius* Aen. I, 496. seqq.

§. XIX. In *Xenophontis*, qui nuper tractatus est, Commentariis de Dictis et Factis Socratis, impeditiora illa sunt, quae leguntur Libr. I. Cap. 2. §. 53. ubi Auctor in eo est, ut varia proponat, ac refutet accusationis Socrati intentatae Capita. Editiones autem sic habent §. 51. *Ἀλλὰ Σωκράτης γε, ἔφη ὁ Κατήγορος, οὐ μόνον τοὺς πατέρας — ἐποίει ἐν ἀτιμίᾳ εἶναι, — λέγων —* §. 52. *ἔφη δὲ, καὶ περὶ τῶν φίλων αὐτὸν λέγειν, ὡς —* §. 53. *ἐγὼ δὲ αὐτὸν οἶδα μὲν καὶ περὶ πατέρων τε, — καὶ περὶ φίλων ταῦτα λέγοντα· καὶ πρὸς τούτοις γε, διότι, τῆς ψυχῆς ἐξελθούσης — τὸ σῶμα — τὴν ταχίστην ἐξενέγκαντες ἀφανίσουσιν.* §. 54. *ἔλεγε δὲ.* — Siccine ergo Noster Accusatori victas dat manus, atque illa Praeceptorem dixisse fatetur, quae iste obiiciebat! Sane ut hoc credamus non adducimur. Existimamus potius §. 53, ut alibi, excidisse *Negationem*: Xenophontem vero scripsisse ita:

Ἐγὼ δὲ αὐτὸν ΟΥΚ οἶδα μὲν ταῦτα λέγοντα. Sic autem loqui solet in defensione, ut mox §. 69. Σωκράτης δὲ ΟΥ ταῦτ' ἔλεγε. Porro ultima illa §. 63., καὶ πρὸς τούτοις γε — tam male respondent primis, ut *lacunam esse* post verba ταῦτα λέγοντα, auspicatus fuerit Vir longe eruditissimus. *Ernestius* autem, Vir Cl. *nec rem, neque orationem optime cohaerere* testabatur. Nimirum hic etiam ad salubrem illam transpositionis opem confugiendum est. Siquidem alienum haud dubie locum occuparunt illa ultima §. 63. verba, καὶ πρὸς τούτοις γε — usque ad Ἔλεγε, collocanda demum in fine §. 64. post verba πολὺ μᾶλλον. Ut autem sic omnia apte cohaereant, non alia correctione opus est, quam ut διότι leviter in ὅτι commutetur. Atque depravatio illa e loci confusione orta est. Haec itaque legitima est Orationis Xenophonteae series nulli non placitura: §. 63. Ἐγὼ δὲ αὐτὸν οὐκ οἶδα μὲν ταῦτα λέγοντα — §. 64. ἔλεγε δὲ, ὅτι — καὶ πρὸς τούτοις γε, ὅτι — §. 55. Ταῦτα οὖν ἔλεγεν — Usus particularum, μὲν et δέ, sibi invicem in Lingua Gr. oppositarum, tam necessario requirit negationem οὐκ, quam transpositionem ipsam eorum, quae sede prorsus incongrua legebantur; eo autem, quem indicavimus, loco posita nemini perito displicebunt, ut quae orationem Xenophontis aptissime consumment.

In tempore rerum a Cornelio narratarum notando satis habet *Schmiederus*, in praefatione vitae Miltiadis praemissa, annum nominasse, quo proelium apud Marathonem factum sit; quod vix tironibus sufficiet: Tzschuckius autem ultra progressus, apposuit margini, quo anno coloni missi sint Chersonesum, rex Darius Scythis bellum intulerit, classem ad Graeciam subigendam comparaverit. Quid autem, ubi lector Cornelii eiusque interpres de tempore quaerat, quo Lemnum ceperit Miltiades, quo Darius ex Europa redierit? In Cimone erunt profecto, qui, quando Thracas fugaverit, Amphipolin constituerit, Scyrum ceperit, non minus scire cupiant, quam quo praelium ad Mycalen factum, et Thasiorum opes fractae fuerint? Gratus agnosco diligentiam eorum, qui chronologiam imperatorum, quorum vitas Cornelius enarravit, condidere; sed hi quoque multum abest ut rerum ab illis imperatoribus gestarum omnium tempora notaverint. Profecto autem quisque Cornelium accurate ipse legens aut aliis interpretaturus, primum vehementer optabit, non quarundam tantum rerum gestarum, quo acciderint, tempus notari, sed omnibus, quae a Cornelio narrata leguntur, tempus addi: porro, non tam, prout quaeque Cornelius attingat, nunc ad haec, nunc ad illa tempora alligari volet, quam potius eo ordine, quo res acciderint,

seque exceperint, deduxi. Quid? Quod ille mecum eorum quoque tempora notata cupiet, quae, quanquam a Cornelio praetermissa, ad seriem rerum gestarum pertinent.

At, dicat mihi aliquis, quae tu desideras atque requiris, ea nonne omnia satis superque praestant, qui de Graecorum rebus illa aetate gestis accurate ac data opera scripserunt et numero plurimi et eruditione ac diligentia praestantes? Habes auctores historiae illius universalis ex Anglia ad nos devectae, ac nostratium opera versae et emendatae; habes operis illius epitomatores, *Guthrie* et *Gray*, quique priora huius epitomes volumina retractavit, *Heynium*, virum summum: habes *Gillesium*; *Barthelemium*, et mox habebimus *Mitfordium*, *Eichstaedtio*, viro eruditissimo, interprete, illorum temporum historiam nobis narrantem! — At vero hi omnes, Graeciae fata et res gestas narrantes, qui, quaeso, potuissent, aut quomodo illis licuisset, iis quoque providere atque consulere, qui unius cuiusdam, quamvis praestantissimi ac celeberrimi huius gentis viri, res gestas et fata plene atque accurate relata legere, et suis quaeque temporibus reddita videre cupiant? —

Quo itaque Cornelii lectores, faciliori saltem ac hucusque fieri poterit, opera, plene, accurate et docte auctoris vitas intelligere queant, quem mihi desumsi laborem, is neque inanis, neque non necessarius, aliis quoque, spero, videbitur.

Alterum autem in quo, ut et Cornelio et lectoribus eius inserviam, elaborabo, hoc est, ut, *quae ad vitas huius auctoris rite ac vere iudicandas pertineant*, in medium afferam.

Hinc operam mihi dandam putavi *primum*, ut, cum omnino quid auctor in vitis his conscribendis sibi voluerit, tum quid in singulis horum imperatorum vitis spectaverit, sive *de consilio auctoris*, constaret; *deinde*, ut, quae autori nostro ubique sit fides statuenda, pateret; *postremo* autem, ut ars, qua autor in hoc de vitis imperatorum libello conscribendo versatus sit, appareret.

Quid enim? quod huic auctori non tantum hoc accidere videmus, ut multi, cum vix librum suum pueris explicandum in manus sumserint atque unam alteramve vitam interpretati sint, statim audacter de Cornelio, quove habendus sit loco, longe prius sententiam ferant, quam de auctoris in vitis his enarrandis consilio viderint, sed ei adeo infelici esse contigit, ut ne inter

doctos quidem de vitarum ab eo conscriptarum consilio conveniat — ? —

Sunt enim, neque ita pauci, qui vitas ab hoc auctore promitti putent eas, quibus virorum illustrium ortus, institutio, fata, res gestae denique, ac mores plene et luculenter enarrari soleant. Quae omnia cum a Cornelio in quibusdam vitarum suarum non nisi quodammodo, in plurimis autem plane non factum videant, alii Cornelium nimiae brevitatis et inconstantiae accusant, alii triste eius fatum, quo factum sit, ut in epitomatoris cuiusdam inepti ac importuni manus inciderit, queruntur. Extitit interea nuper *Schmiederus*, vir egregie doctus, qui in alia omnia abit, ita ut Cornelium contendat historiae mundi universalis quandam quasi epitomen dedisse, rerumque gestarum seriem narrasse eam, qua omnis fere satis longi temporis spatii historia decurrere videri possit.

Quae omnia, quo iure dicantur, quibusve rationibus nitantur, diiudicare, huius nunc non est loci; at hoc saltem patet, nondum inter omnes de auctoris consilio satis constare. Prius autem quam de auctoris cuiusdam consilio res omnis confecta fuerit et ad liquidum perducta, quomodo de pretio operi statuendo sententia recte dici possit, omnes, credo, mecum dubitabunt iudices prudentes et aequi. Quae cum ita sint, abhinc annos fere quatuor rem de auctoris consilio in quaestionem vocandam putavi, quaeque mihi de hac re invenisse videbar, in annalibus res ad academias ac gymnasia pertinentes narrantibus (*Jahrbuch für Akademien u. Gymnasien*) proposui. Ea autem omnia huc rediere, ut evincerem, Cornelium graecorum potissimum imperatorum vitas, res gestas, mores et fata ea de causa explicasse, ut illis romanorum imperatorum vitas, res gestas, mores et fata compararet; *deinde*, haec omnia Cornelium nonnisi hactenus sibi narranda sumsisse, ut praecipuas quasdam ubique imperatorum nunc virtutes nunc vitia spectaret, insignia eorum fata vel secunda vel adversa notaret, et ubique aetatis suae rationem haberet.

Sed *ulterius* est progrediendum, atque in singulis vitis probandum, cur auctor, propositi sui, quod modo indicavi, memor, hunc potissimum imperatorem tractandum sibi sumserit: quibusnam aut virtutibus inprimis ornatum, aut vitiis prae aliis depravatum illum nobis ostendere voluerit: ob quaenam inprimis fata hic auctori memoria dignus sit visus: ad quosnam denique

mores praecipue describendos hunc sibi elegerit. Quod ubi factum fuerit, tum demum, cur haec autor narraverit, alia omiserit, nunc paucis haec comprehenderit, nunc pluribus alia sit persequutus, ubique facile, ni fallor, patebit. Quantum itaque Cornelius ex eo, quod alii de libri eius consilio vix cogitarunt, alii id non satis recte intellexerunt, acceperit damni; tantum spero utilitatis in eum redundaturum, cum de consilio accurate constabit. Cuius rei exemplum sit hoc. In *Cimonis*, quae dicitur, vita, eo nomine forsan aliquis auctorem accuset nostrum, quod tot ac tantas res ab hoc imperatore celeberrimo gestas brevius perstrinxerit; contra autem, de Cimone carcere liberato, de eius per ostracismum patria eiecti fuga, ac praecipue de insigni eius liberalitate, satis multa verba fecerit. Quid autem? si auctor omnem suam de Cimone narrationem ideo suscepit, quo exemplum extet viri, a duro admodum initio ad summos honores evecti, patriae ingratae minime irati, pacis semper studiosi, et in summa opum ac divitiarum abundantia neque avari, neque profusi, sed ita munifici et liberalis, ut publicae potius magnificentiae rationem haberet, quam privatae suae luxuriae indulgeret, atque civium suorum paupertatem potius levaret, quam malae ambitioni serviret? Quarum virtutum exemplar cur a Cornelio aetatis suae hominibus sit propositum, nemo facile dubitabit, qui vitia seculi illius meminerit, virorum summorum in patriam iniquam iras, imperatorum bellandi sine fine et modo libidinem, ambitiosorum denique largitiones immensas, ipsis damnosas, patriae autem quam maxime perniciosas.

Ubi autem, quid consilii fuerit auctori cum omnino in hoc libello conscribendo, tum in singulorum quoque imperatorum vitis, accuratius et pluribus ubique demonstratum fuerit, tum demum de hoc Cornelii opusculo, eique statuendo pretio, vere iudicare, atque de arte et prudentia, qua Cornelius in eo perficiendo usus sit, aequam sententiam ferre licebit; quin adeo, ni omnia me fallunt, ea si probe instituta fuerit quaestio, vitia, quae in scribendo ab eo dicuntur admissa, non tam excusari poterunt, quam prorsus removeri.

Praeterea autem et Cornelio nocere et lectores eius morari animadverto hoc, quod de *fide* eius tam parum constat, ac tam varia tamque diversa de ea circumferuntur iudicia.

Videmus enim quosdam omnem et fidem prorsus

abrogantes, alios contra, prout fere ipsis libet et ex re sua esse videtur, Cornelii auctoritatem modo sequentes, modo missam facientes. Utrosque horum scriptori nostro parum prodesse, quilibet facile intelligit. Quemadmodum enim illi levitatis aperte arguunt Cornelium, ita hi rem plane incertam faciunt atque in medio saltem relinquunt. Quid? quod ne ii quidem optime de eo mereri dicendi sunt, qui fidenter eum ubique sequuntur testem et auctorem? — Ita enim fit, ut istis Cornelii patronis, cum alios scriptores saepissime rem aliter narrasse infitias iri nequeat, tantae iamque difficiles lites relinquantur componendae, ut auctor, quo magis eius patroni se torqueant, eo facilius aliorum et suspicione et sententia causa cadat. Lectorem autem tale tamque dubiae ac sublestae fidei opus, quo, quaeso, animo tractare putas? —

Quam ob rem *de fide Cornelii historica* denuo mihi quaestio videtur instituenda. Quae cum omnis eo redit, ut ostendatur, quinam fuerint ubique Cornelii fontes, quave ille his usus sit ratione, opera danda est, ut *de fontibus unde Cornelius narrationes suas hauserit*, ac *de ea, qua iis usus sit, ratione*, res ad liquidum perducatur.

Huic quoque rei quantum operae ab aliis iam dudum tributum sit, minime me fugit. Praeterea enim quod *Lambini* diligentia nobis plurimum hic prodesse potest, non fallit me *Bosii*, *Heusingeri*, *Staverenii*, *Schlegelii* praecipue, *Harlesii* porro et *Tzschuckii* in eo genere studium: quos lectorem, nunc ad Herodotum, nunc ad Thucydidem, mox ad Diodorum, deinde ad Plutarchum aliosque, amandare videmus, et nunc obiter tantum et paucis indicare, nunc data opera et pluribus quaerere, utrum ea, quae ab illis auctoribus narrata sint, cum iis, quae Cornelius tradat, congruant, nec ne: num porro aut ex his auctoribus ipsis, aut ex eorum fontibus narratio eius profluxisse videatur.

At vero restat, ni fallor, hoc, in quo omnis res vertitur, ut *uno fere tenore* et *constanter* scriptores illos comparemus, nec quibusdam tantum in locis quaeramus, quem Cornelius nunc secutus videatur auctorem, sed *ubique* accuratius investigemus, *primum*, num Cornelius cum ullo horum auctorum conveniat nec ne; *deinde*, cum quonam id fiat et quatenus; *tum*, quibus de causis hoc factum sit; cur *porro* nunc quidem hunc sequatur auctorem, nunc autem, illo relicto, ad alium se conver-

isti quoque [illegible] ratione omnino fontes suos in usum suum adhibendos putaverit.

Sunt, ut hoc utar, qui Herodotum Nepoti penitus ignoratum contendant. Cur? — Coloniam in Chersonesum deduxit, secundum Cornelium, Miltiades Cimonis filius; Herodotum autem si audimus, Miltiades, Cypseli filius, illius coloniae dux est habendus. Recte; at primum, prius quam inde Herodoti opus Cornelium fugisse colligeres, non tantum initium Cornelianae de Miltiade narrationis erat delibandum, atque alia quaedam eaque pauca Cornelii loca cum Herodoto erant comparanda; sed cum omni et huius imperatoris et aliorum quorundam apud Cornelium vita, singula quaeque Herodoti loca, in quibus de iisdem rebus narrat, erant conferenda; deinde, non breviter erat edicendum, Cornelius ab Herodoto immane quantum differt, sed in causas quoque erat inquirendum, cur hoc factum fuerit? — Hanc ubi rationem secutus eris, Herodoti libros Cornelium non quidem prorsus fugisse invenies, sed *suo modo* ab ipso fuisse tractatos.

Quisnam autem ille Cornelii cum aliorum, tum Herodoti narrationes tractandi *modus* fuerit, id tum demum patebit, ubi constans erit instituta Cornelii cum aliorum quoque scriptorum locis comparatio; eiusque narrandi ratio ad eos potissimum exacta erit auctores, quos integros habemus, quosque aperte adhibuit Cornelius.

„Audio, inquis, Thucydidem innuis; at enim, quid „opus est multis? Thucydidem in Themistocle suo et „Pausania vertit Cornelius; ita ut liquido appareat, in „caeteris quoque Cornelii vitis versionem nos habere „scriptorum temporis iniuria maximam partem nobis „ereptorum!“

Quae si ita se haberent, res profecto paucis foret confecta: vehementer autem dubito, num quis, accurata Thucydidis cum Cornelio in Pausania comparatione instituta, illum ab hoc ubique latine versum dicere possit. Etsi enim Cornelium graecum illum scriptorem pluribus locis accuratius sequi, eumque aperte ante oculos habuisse fatendum est, attamen vel Thucydidem apparet a Cornelio non tam latinum factum, quam suo modo esse tractatum ea ratione: idque ea cum arte ac prudentia ab eo perfectum video, quantam multos ne suspicari quidem magnopere mirer.

Ratio autem, quam Cornelius in tractandis narrationibus [illegible] secutus est, [illegible] sine dubio fuit haec, ut, cum suum scriptorem, qui in suo imperatore,

[illegible] narrationem instituere vellet, [illegible] erat et fons, tum alios quoque, qui res ab illo imperatore gestas attigerant eique in notitiam venerant, perlegeret; quaeque ex inde modo accuratius ac plenius, modo levius memoria retinebat, iis ita uteretur, ut, cum ex illo, quem auctorem nunc habebat principem, eligeret, tum ex caeteris assumeret, non tam ea, quae ubique diligenti quaestione instituta, veriora videri poterant, quam potius, quae ac quatenus illi respondebant consilio, quod et omnino in hoc libello conscribendo sibi proposuerat, et in singulorum vitis enarrandis spectabat; haec autem omnia plerumque ita traderet, prout a memoria ipsi suggerebantur, interdum etiam immutaret, prout consilium illud suum postulabat.

Huius modi autem auctori quaenam erit habenda fides? — Non nisi ea, quam fontes, ex quibus narrationem eius haustam invenimus, merentur. Ubi autem ad fontes istos aditus nobis patet nullus, quid tunc? — Res in medio erit relinquenda; neque tantum Cornelii auctoritati erit tribuendum, ut ei soli fidem habeamus; cum is interdum optimos, interdum minus bonos, interdum adeo nullos in scribendo sequatur auctores: ita ut satis mirari nequeam, quosdam, in rebus ab aliis plane non traditis, aut longe aliter commemoratis, Cornelio teste ita non tam uti, quam potius abuti, ut hunc auctorem et ipsi sequantur et alios sequi velint.

Quem autem, dicat mihi aliquis, tu nobis rerum gestarum narratorem fingis Cornelium? — nonne levissimum? — nonne sibi quam maxime inconstantem? — Bona verba, quaeso! — Cogitemus modo, qualis esse voluerit Cornelius, quasve narrandi leges cum ipse sibi scripserit, tum aetatis suae homines ipsi imposuerint. Imperatorum, ut haec nunc repetam, mores, res gestas, ac fata denique narrat, non tam, ut, quid ubique factum sit, ex narratione sua accuratissime et verissime constet, quam potius ut cives suos doceat, moneat, quaeque imitanda sint, quaeve fugienda, ante oculos iis proponat, ac tali modo ipsis prosit. Quod ut consequeretur, satis habere potuit Cornelius, ex multis illis scriptoribus graecis, qui res, ab illis ducibus gestas narraverant, quique civium suorum plurimis vix innotuerant, in quorum fidem autem accurate inquirere nemini fere in mentem veniebat, sua depromsisse, quaeque illorum alicui saltem inessent, in suam [illegible] convertisse. — Quotus enim quisque est, qui ne[illegible] aetate historiam, ac praesertim priscam [illegible]

temporum illorum, multo magis, ut vitam exemplis doceret, quam ut inde, quid factum sit, certissime constaret, adhiberi fuisse solitam. Religio saltem illa, qua nostros homines, qui ad res gestas enarrandas accedunt, iubemus, quid ac quomodo quodque factum sit diligenter perscrutari, de fide auctorum accurate dispicere, atque iis, quae usquequaque narrata inveniuntur, ex omnibus partibus antea ponderatis, quid ipsis vere factum videatur, edicere, ea igitur illius aetatis hominibus quam maxime fuisse videtur aliena.

Quorsum autem haec omnia? — quia profecto videmus, rem si eo adducere volumus, ut ubique vera et aequa de Cornelii *fide* ferri possit sententia, ut porro, *quibus in locis et quatenus* eius auctoritate confidere liceat, satis certe definiri queat, ut denique de *arte*, qua Cornelius in fontibus suis adhibendis versatus fuerit, satis liquido constet: id nonnisi ita fieri posse, ut fontes, quos Cornelius narrationis suae habuerit, quantum fieri possit, ubique indagemus, ea, quae apud Cornelium legimus, cum illis accurate et constanter comparemus; in causas, quibus adductus ab hoc vel illo auctore recesserit, ad alium se converterit, aut vero omnes adeo reliquerit, diligenter inquiramus; consilii denique, quod Cornelio propositum fuerit, rationem ubique habeamus.

Sed haec hactenus. Restat ut paucis ostendam, quonam modo praestare ac perficere constituerim ea, quae ad Cornelium rite intelligendum ac probe iudicandum necessaria me putare hucusque professus sum.

Primum autem vitam imperatoris cuiusque a Cornelio pertractati perpetua narratione ita exposui, ut temporis, quo vixerit ac rem publicam gesserit, conditio ubique appareat; quae Cornelius breviter attigerit, plenius legantur, quaeve omiserit ad rerum gestarum seriem pertinentia, addita reperiantur; temporis autem, quo quaeque acciderint, ac ordinis, quo quaeque se exceperint, diligens ubique ratio sit habita. Ad hanc narrationem conficiendam adhibui quidem auctores, quibus uti nobis licet, omnes; sed ita, ut, qui fide dignissima tradidisse videbatur, hunc potissimum sequerer, quae vero minus probanda proferebantur ab aliis, ea in annotationibus indicarem, et, quoties operae pretium videbatur, examinarem et expenderem. Deinde, vita imperatoris tali modo exposita, ostendere conatus sum, quo potissimum consilio Cornelius, nunc huius imperatoris vitam narraverit, quemve hinc auctoris par-

ratio colorem traxerit, ac lectoribus? diversitatemque illi, consilii sui memor, haec commemoraverit, alia omiserit, haec quidem brevius perstrinxerit, illa autem uberius exposuerit.

Quibus omnibus expositis annotationes sequuntur, quibus singula narrat onis Cornelianae loca vario modo ac ratione tractare institui. *Primum* enim, quae Cornelius refert, ea cum aliorum de iisdem rebus narrationibus composui; *deinde*, quem nunc auctorem potissimum sequutus sit, quibusque de causis, qua ratione, quave hoc fecerit arte, exposui; neque, si quid in eo genere ab auctore peccatum fuerit, tacui; *porro*, quoties ab omnibus, qui adhuc in manibus sunt, auctoribus recessit, id quidem ubique indicavi, et, unde id acciderit, coniiciendo eruere studui; si *denique*, quod non ita paucis locis accidisse lactor, ex comparatis graecorum locis ad textus rationem, ad interpretationem, aut ad verborum interpunctionem utilitatis aliquid redundare videbatur, id quoque non praetermittendum putavi. *)

*) Quam hactenus rationem secutus sum, ut exemplis uti omitterem, hac relicta, quaedam saltem nunc addere libet, in quibus defungi potero paucissimis.

Cornelium interdum non satis recte auctoribus graecis usum esse, ut omnes, credo, concedent, ita non possum non mirari, id, in illo, quem in Pausaniae vita legimus, loco, nondum ab aliis animadversum esse atque notatum. Ibi Cornelius (cap. V.) narrat, ephoros, Pausaniae perfidia, ex illo, cum Argilio quodam, colloquio, satis cognita, tamen illum in urbe comprehendi satius putasse; deinde pergit: *quo quum essent profecti,* (als sie dahin aufgebrochen waren) *et Pausanias, placato Argilio, ut putabat, Lacedaemonem reverteretur, in itinere, quum iam in eo esset, ut comprehenderetur, e vultu cuiusdam Ephori, qui eum admonere cupiebat, insidias sibi fieri intellexit. Itaque paucis ante gradibus, quam qui sequebantur, in aedem Minervae, quae Chalcioecus vocatur, confugit.* — Verum enim vero quis est, qui non sentiat, rem tali modo narratam difficultatibus laborare haud mediocribus? Pausaniam statim secutum putemus Ephoros? — Quos cum Taenari adfuisse sensisset, nullam ei inde suspicionem ereatam arbitremur? — Nonne satis patet Ephoros Pausaniam, apud agrorum incolas gratiosissimum, nusquam nisi in urbe tuto comprehendere potuisse? — Si denique res in itinere gesta esset, quomodo Pausaniam ex itinere putabimus in aedem Minervae, quae in acropoli sita erat, ita confugere potuisse, ut paucis ante gradibus, quam qui sequebantur, eo perveniret! Res autem, si Thucydidem audimus, multo aliter accidit. Is enim habet haec I. 134. [illegible]

[illegible] itaque via ingressus, eo mihi pervenisse visus sum, ut, quaestiones cum Cornelio, tum etiam lectoribus [illegible]

θον αἱ Ἔφοροι· βεβαίως δὲ ἤδη εἰδότες, ἐν τῇ πόλει τὴν ξύλληψιν ἐποιοῦντο. (*cum in urbe comprehendere conabantur*) Λέγεται δ' αὐτὸν μέλλοντα ξυλληφθήσεσθαι ἐν τῇ ὁδῷ, ἑνὸς μὲν τῶν Ἐφόρων τὸ πρόσωπον προσιόντος ὡς εἶδε, γνῶναι ἐφ' ᾧ ἐχώρει· ἄλλου δὲ νεύματι ἀφανεῖ χρησαμένου, καὶ δηλώσαντος εὐνοίᾳ, πρὸς τὸ ἱερὸν τῆς Χαλκιοίκου χωρῆσαι δρόμῳ, καὶ προκαταφυγεῖν· ἦν δὲ ἐγγὺς τὸ τέμενος. — Taenaro itaque profecti iam erant in urbe, et Ephori et Pausanias; ibi autem cum in eo esset, ut Pausanias *in via*, i. e. per urbem aliquando incedens, comprehenderetur; ex unius ad eum accedentis Ephori vultu (irato et hinc rem omnem prodente) cur veniret, cognovit: cum praeterea alius quidam Ephorus, benevolentia ductus, nutu clandestino rem omnem ei patefaceret, cursu petiit templum, quod prope adiacebat. Quid quaeso desideres amplius? — Unde autem ex his, profecto satis perspicue traditis, illa Cornelii haesitatio? Thucydides ἐν τῇ ὁδῷ, legendo cepit pro *itinere*; quod cum semel mente concepisset, ad scribendum accedens, omnem rem ita narravit, ac si in itinere, urbem versus ducente, accidisset.

Quod Cornelius narrat in vita Cimonis, (c. II.) hunc iterum apud Mycalen Cypriorum et Phoenicum ducentarum *classem devictam* cepisse, id *Tzschuckius*, vir doctissimus, varie dicit posse intelligi, et sumitur ab aliis aliter. At vero nonne per se satis aperte verba illa sibi volunt, haec, Cimonem classem ducentarum navium devicisse ac cepisse? — Quid autem, si Thucydidem (I, 100.) adhibemus, quo Cornelium nunc usum fuisse patet? *καὶ εἷλον τριήρεις Φοινίκων, καὶ διέφθειραν τὰς πάσας, ἐς διακοσίας* — classem itaque habemus satis aperte ducentarum navium, eamque totam captam et perditam. Quae cum ita sint, cur de interpretatione loci rem in dubio relinquemus? — Sed huius generis omitto exempla graviora, quae pluribus indigeant verbis.

Dubitatur in vita Pausaniae (c. IV.) utrum legere praestet: vincula epistolae *laxavit*, an vero, *laceravit*. Cum in omni hoc loco, quod nunc mihi sumere licebit, nec alios ante me fugit, Cornelius Thucydidem est secutus auctorem, iam nunc ei ante oculos obversabatur Thucydideum illud: *λύσας τὰς ἐπιστολάς*. Cornelium autem multo magis videri posse hoc *λύσας* reddidisse verbo latino *laxavit*, quam *laceravit*, inde potissimum apparet, quod auctores latini commutant inter se verba *solvere* et *laxare*, non idem *solvere* et *lacerare*. Hinc Virg. Aen. II. 259. *laxat claustra Sinon* i. e. solvit, aperuit. Cicero in Catone maiore (c. III.) hunc facit loquentem illa: *multorum cognovi senectutem sine querela, qui se et libidinum vinculis laxatos* (i. e. solutos)

deberi, pluribus exposui, quodammodo saltem praestarem. Huius autem operis particulam primam, imperatorum, qui ante bellum Peloponnesiacum vixerunt, vitas, ista ratione tractatas, complectentem, simul ac viris intelligentibus ac harum rerum peritis operam

---

esse non moleste ferrent. Quin de eadem re duo illa verba promiscue ab scriptoribus latinis adhiberi, loco efficitur illo Curtii, ab aliis iam laudato, VII, 2, *Parmenio, vinculum epistolae solvens, quidnam rex ageret, requirebat.*

Iam alios scimus in Aristide (cap. II.) verborum continuationem finire post *deligerent sibi*, et deinde novum incipere verborum ambitum, simulque legere, *quos quo facilius* etc. Sed horum erat, urgere ante omnia illud, unde non mediocre pondus sententiae suae accedere necesse erat, Cornelium nunc Thucydidem sequi, hunc autem dicere haec: I. 95. ξυνέβη τε αὐτῷ, (Παυσανίᾳ) καλεῖσθαί τε ἅμα, καὶ τοὺς ξυμμάχους τῷ ἐκείνου ἔχθει παρ' Ἀθηναίους μετατάξασθαι. (96) Παραλαβόντες δὲ οἱ Ἀθηναῖοι τὴν ἡγεμονίαν τούτῳ τῷ τρόπῳ, ἑκόντων τῶν ξυμμάχων, διὰ τὸ Παυσανίου μῖσος, ἔταξαν ἅς τε ἔδει παρέχειν τῶν πόλεων χρήματα πρὸς τὸν βάρβαρον; καὶ ἅς, ναῦς. Πρόσχημα γὰρ ἦν ἀμύγασθαι ὧν ἔπαθον, δῃοῦντας τὴν βασιλέως χώραν. Habet itaque haec: socios, odio adversus Pausaniam commotos, imperium detulisse ad Athenienses; hos autem, imperio accepto, quantum quaeque civitas et navium et pecuniae daret, constituisse; huic rei autem praetexisse illud, se, quo iniurias a rege acceptas ulciscerentur, terras eius vastare velle. Quod si Cornelium, quamvis suo modo ac ratione, eadem dicere volumus, locus est constituendus, ut hi voluiut, quos antea laudavi: *um autem et intemperantia Pausaniae et iustitia factum est Aristidis, ut omnes fere civitates Graeciae ad Atheniensium societatem se adplicarent, et adversus barbaros hos duces deligerent sibi. Quos quo facilius repellerent, si forte bellum renovare conarentur, ad classes aedificandas, exercitusque comparandos, quantum pecuniae, quaeque civitas daret, Aristides dilectus est, qui constitueret.* Huc accedit et illud, vanam alias esse et prorsus absonam Cornelii argumentationem hanc: intemperantia Pausaniae factum esse, ut omnes se ad Athenienses adplicarent et hos duces sibi deligerent, eo consilio, ut eo facilius barbaros repellerent. Nonne idem ipsis sperare licebat ducibus Lacedaemoniis? — Quanto melius, ut quisque videt, omnis argumentatio procedit, interpungendo post *sibi*, et legendo: *Quos quo etc. etc.* — Quodsi ulterius progredi licet, verba a medio inde capite distinxerim ita; *In primis, quod eius aequitate factum est, — — — ad Athenienses. Namque ante id tempus et mari et terra duces erant Lacedaemonii; tum autem et intemperantia etc. deligerent sibi. Quos quo etc. etc.* —

meam non omnino displicere cognovero, vernacula lingua conscriptam, in publicum prodire iubebo.

Obvenerunt autem mihi, haec molienti, nonnulla, ad illius aetatis historiam pertinentia, quae, etsi iam dudum ab aliis disputata erant, tamen, ut denuo accuratius examinarentur non indigna quidem videbantur, at multo pluribus erant tractanda, quam in ipso, quem paro, libro, mihi licere putabam. Ex his igitur alio tempore alia publice proponere constitui; nunc autem „de pace illa Atheniensium gloriosissima, quae, „rebus a Cimone optime gestis, cum Persis facta commemoratur," rem omnem in quaestionem vocabo.

Quam operam ut susciperem, non tam illud me movet, quod novi aliquid de re ipsa me allaturum sperem; stultum enim foret in hac causa ultra *Wesselingium**) et *Beckium*,**) sapere videri velle, qui, si quid veri de omni hac re affirmare licet, verum dudum viderunt; at primum, nondum apud omnes de pacis illius tempore constare vidi: ***) deinde, *Wesselingium* adeo, in laudandis veterum de hac pace locis, non satis accurate versatum animadverti: †) alios porro in locis veterum scriptorum, in quibus huius rei mentionem fecerunt, explicandis, fluctuantes intellexi: in primis autem illud superesse putavi ac faciendum restare, ut ea, quae de pacis illius causa, tempore, conditionibus, cum varia tum diversa a veteribus tradita legantur, plenius ac hucusque factum sit in unum colligantur ac diligentius examinentur.

Omnis itaque quaestio spectabit eo, ut pateat ante omnia — quod a me quaeri, erunt fortasse qui mirentur — num omnino post res a Cimone feliciter gestas, inter Graecos, quorum principatum Athenienses tum tenebant, et Persas, ulla facta fuerit pax; deinde, haec utrum facta sit, post proelium ad Eurymedontem com-

*) Diodor Sic. XII. 4.

**) In histor. univers. Tom. 1. pag. 307.

***) Post *Dodwellium Wielandius* quoque, ut huius nunc utor exemplo, vir, in hoc quidem literarum genere nulli secundus, humanitate autem, quam et ipse nuper expertus sum, unus omnium adeo excellens, ut hoc nomine eum vel hoc loco, qui quibusdam forsan alienus videri possit, praedicare debeam; is igitur (in *Museo attico* Vol. I. partic. I. p. 98.) pacem illam inter Athenienses et Persas post Cimonis ad Eurymedontem victoriam convenisse existimat.

†) Quod ipsi in *Lycurgi* et *Aristidis* et *Suidae* locis laudandis accidisse, infra videbimus.

missum, (Ol. 77½.) an potius, post Persas ab eodem duce in Cypro debellatos: (Ol. 82, 4.) quibusve veterum testimoniis cum hoc, tum illud, vere ac liquido nitatur: quibusnam porro conditionibus pax illa, quandocunque facta fuerit, convenerit, et quosnam quaeque harum, quae et ipsae varie traduntur, habeant autores: postremo autem, unde tanta in hac re commemoranda scriptorum varietas nata videatur et orta.

Quae omnia ut quodammodo saltem assequar, initium disputationis inde ducam, ut scriptorum, quotquot de hac re, quam quaerimus, mentionem fecerunt, omnium loca, quae quidem huc pertinent, latine, quam accuratissime fieri poterat, versa, apponam, quidve iis insit accurate excutiam.

Cuius testimonio res, de qua disputamus, omnis facile confici posset, *Thucydides*, pacis, post res a Cimone fortiter gestas, cum Persis compositae, mentionem facit prorsus nullam. Libri enim I. Cap. 100. nonnisi haec habet: „Athenienses eorumque socios cum „pedestre tum navale proelium in Pamphylia ad flumen „Eurymedontem cum Persis commisisse, eodemque die „ex utroque proelio, duce Cimone, victores discessisse.“ — Nihil amplius! — Deinde (112.) res ad annum Ol. 82, 4 pertinentes narrans, *Athenienses*, ait, „cum ducentis tum „suorum tum sociorum navibus, Cimone duce, Cypro bel„lum intulisse; ex his sexaginta naves in Aegyptum navi„gasse, ab Amyrthaeo, qui tum in paludibus regnaret, „arcessitas, reliquas Citium obsedisse; Cimone autem „mortuo et fame exorta, citio decessisse; mox deinde „supra Salaminem, in Cypro sitam, navigentes cum „Phoenicibus et Cypriis et Cilicibus, terra marique „pugnasse, et tandem, victoria ex utroque proelio re„portata, domum rediisse.“ — De foedere itaque ne verbum quidem addit. quid? quod Cimone demum mortuo victoriam illam terra marique partam contendit? —

Post *Thucydidem* vero, *Platonem*, praesertim in *Menexeno* (Tom. V. p. 289. ed. Bipont.) rerum gestarum, de quibus nunc loquimur, mentionem fecisse video; ibi itaque leguntur haec: „Postea autem [post victorias illas, Salaminiam et Plataeensem, partas] non solum multae „Graecorum civitates a partibus steterunt Persarum, sed „ipse adeo rex Persarum nuntiatus est Graecos aggredi con„stituisse. Hinc eorum quoque meminisse decet, qui, quic„quid barbarorum erat e mari prorsus depellentes, rebus a „maioribus gestis talem finem imposuerunt, ut perfecta „inde ad nos salus redundaret. Hi autem fuere cum ii, qui

„ad Eurymedontem classe pugnabant, tum qui in Cyprum expeditionem suscipiebant, quique in Aegyptum „navibus proficiscebantur ac pluribus aliis in regionibus militabantur. Horum itaque meminisse nos oportet, hisque gratia est habenda, quod regem eo adegerunt, ut, timore percussus, de sua potius salute „cogitaret, quam Graecis interitum pararet. Hoc autem bellum, cum pro se, tum pro omnibus graecam „linguam loquentibus susceptum, Athenienses totius „civitatis viribus adversus barbaros administrarunt. „Pace autem facta, respublica Atheniensis, ad summam „inde gloriam evecta, experta est, quod iis accidere „solet, qui fortuna secunda utuntur, aliorum primum „aemulationem, deinde invidiam. Quo fiebat, ut nostra „civitas, vel invita, ad bellum cum Graecis gerendum „adigeretur. Bello igitur coorto, pro Boetiorum libertate cum Lacedaemoniis decertantes, ad Tanagram „praelium commiserunt. Pugna quidem erat anceps, „res autem mox insecuta utri vicerint palam fecit. Illi „enim discesserunt, Boeotiis, in quorum auxilium „venerant, desertis; nostri autem, post triduum „in Oenophytis vicerunt, atque eos, qui patria erant „iniuria eiecti, summo cum iure reduxerunt. Hi itaque post bellum persicum primi Graecis ad libertatem „tuendam adversus Graecos auxilium tulere.“ —

Plato itaque aperte, ut videtur, pacem factam commemorat, eamque non statim post ea, quae ad Eurymedontem acciderant, sed rebus demum ad Cyprum feliciter gestis, dicit compositam. In quo parum me movet, quod bello demum adversus Persas finito illas Graecorum inter se contentiones exortas esse ait; cum proelia illa pro Boeotiis adversus Lacedaemonios ad Tanagram et Oenophyta depugnata, iam Olymp. LXXX. 4. acciderint, Cimonis autem adversus Persas expeditio ultima aliquanto post suscepta sit, et pax, victoriam eius secuta, in Olympiadis LXXXII. 4. annum quartum demum incidat. Plato enim, de rebus potius, quam de tempore sollicitus, cum Graeci ante illam cum Persis pacem confectam bella inter se gerere coeperint, mox autem, pace illa constituta, multo acrius bella domestica exarserint, prudenter egisse dicendus est, qui haec ita comprehendat, ut, bello demum cum Persis composito, illas inter Graecos contentiones coortas esse tradat.

Platonem excipiat *Isocrates*, quem saepius de iis, quas [illegible] sint res contra Persas feliciter gestas, dis-
[illegible]

serentem offendimus. Primus in quaestionem veniat locus *Panegyrici* (cap. 33. s. p. 94. ed. Basil. 1570.) orator ibi, „Nos“, inquit, „Athenienses, barbaros exercitum in „Europam traiicere ausos, atque animis, ultra quam „par erat, elatos, eo redegimus, ut non modo expe„ditiones adversus nos susciperent porro nullas, sed „etiam ipsorum agri a nobis vastarentur; quique mille „et ducentis navibus ad nostras oras olim erant pro„fecti, hos adeo humiles reddidimus, ut longa nave „intra Phaselidem non appellerent, sed quiescerent, „ac tempus magis opportunum expectarent, quibus au„tem tunc utebantur opibus non confiderent.“

Duo itaque nunc affirmat Isocrates; quorum alterum hoc est, Atheniensium opera factum esse, ut Persae non amplius Graecos adgrederentur, alterum illud, eorundem virtute Persas eo esse redactos, ut navi longa intra Phaselidem navigare non auderent. Quod utrumque num eodem an diverso tempore effectum esse nos putare velit auctor, dubium videri potest. *Morus* quidem, cuius viri numquam sine imo pietatis ac reverentiae sensu recordari soleo, primum illud explicat de rebus a Cimone ad Eurymedontem gestis, alterum autem, de pace eum Persis a Cimone ad Cyprum victis pacta. In quo mihi a tanto viro, quamvis timide id faciam, dissentire liceat. Orator enim, more suo, de una eademque re, de Xerxe innumeras copias mille ducentis navibus in Graeciam traiiciente, ita mihi loqui videtur, ut duo illa, quae huic rei insint, singulatim exponat, quo singulis illis, quae olim Graecis a Persis acciderant, singula opponat ea, quae postea Graecis contigerant; olim barbari exercitu in Europam traiicere fuerant ausi, postea autem Graeci barbarorum terras vastarunt; olim Persae mille ducentis navibus ad Graecorum oras navigaverant, postea autem iidem Phaselidem navigando superare non ausi sunt. — Quodsi enim orator nos de diversis temporibus cogitare voluisset; huic rei sine dubio ita providisset, ut nullus nobis relictus esset dubitandi locus. Sed utro modo hunc Isocratis locum intelligas, manet hoc, inde nequaquam colligi posse neque tempus, quo Persis haec in his terminis se continendi imposita fuerit necessitas, neque utrum pacis conditionibus, an ipsorum metu hoc factum sit.

Eiusdem fere generis est locus *Isocratis* in *Orat. Areopag.* (p. 230.) cui insunt haec: „Graeci quidem, „iis, qui tunc rem publicam administrabant, eo usque „confisi sunt, ut plurimi eorum sponte se civitati no„strae dederent; barbari autem tantum abfuit, ut Grae-

„eorum rebus se immiscerent, ut neque longis navibus „prope Phaselidem accederent, neque exercitu intra „Halyn descenderent, sed in summo se otio continerent.“

Iterum itaque videmus tempus, quo commoda illa Graecis fuerint parta, non satis accurate descriptum, modum autem, quod id factum fuerit, plane incertum relictum.

Quaedam saltem certiora locus habet *Panathenaici* (p. 360). Ibi enim Isocrates primum ea, quae iam aliquoties legimus, repetens, „sub nosto“, inquit, „im„perio Persis, neque intra Halyn copiis pedestribus „descendere, neque regiones intra Phaseliden iacentes „navibus longis adire, licebat;“ mox deinde de eadem re pergit ita: „Quae cum ita sint, civitatem, quae „foedera cum rege honestissima ac gloriosissima pepi„git etc. hanc nonne multo magis laudari docet, quam „alteram, quae horum omnium nihil fere perfecit?“

Habemus itaque oratorem nostrum nunc de *pace* loquentem, et inde commoda illa repetentem; *temporis* autem mentionem ne nunc quidem facit eam, qua lis, in qua nos versamur diiudicanda, dirimi queat.

Iam agedum, Isocrate relicto, accedamus ad *Lycurgum*. Is enim in oratione *adversus Leocratem* (orator. graec. ed. Reiske. Tom. IV. p. 186.) cum maiorum disciplinam in patriae proditoribus puniendis inprimis gravem et severam antea praedicasset, commoda, quae inde in publicam felicitatem redundassent summa, verborum quanta maxima potest contentione nunc enarraturus: „hoc itaque“, inquit, „via ingressi, maiores nostri „per nonaginta annos Graecorum principatum tenue„runt, Phoenicen et Ciliciam vastarunt, ad Euryme„dontem praelio et navali et pedestri victores abierunt, „centum autem barbarorum triremes ceperunt, omnem „Asiam navibus praetervecti vexarunt; quodque victo„riae caput erat, Salamine tropaeum posuisse minime „contenti certos Persis limites, ad Graeciae libertatem „tutandam aptos, constituerunt, hosque transgredi eos „prohibuerunt, pacem pacti, hac lege, ut intra Pha„seliden et Cyaneas insulas non navigarent; Graecorum „autem cum ii, qui Europam, tum qui Asiam incole„rent, sui iuris essent.“

Satis aperte itaque *pacem factam* et *conditiones pacis* easdem, quas apud Isocratem vidimus, descriptas legimus, tempus autem nescio quomodo non satis certo et clare indicatum mihi videtur. — Equidem probe scio, plerisque, qui hunc locum tractarunt, Lycurgum omnia

ex illa apud Eurymedontem victoria duplici ita repetentem videri, ut nonnisi ea illum in hoc loco narrare putent, quae proxime ab hoc proelio sint sequuta. Quod mihi secus videtur. Primum enim, auctoris in hoc loco consilium omnia alia suadere videtur, quam ut eum his finibus sese continere voluisse arbitremur. Minime enim ob unum illud, quamvis illustre, proelium ad Eurymedontem factum Graecos laudare sibi nunc proposuit auctor, sed ob praeclaras illas res a Graecis eo fere tempore gestas, quo, vetere ac severa disciplina florente, imperium tenebant Athenienses. In hoc autem loci consilio, nemo mihi facile persuadebit, Lycurgum nunc nonnisi unius illius anni res praedicare, omissis illis profecto non minus illustribus ac gloriosis, quae a Cimone adversus barbaros apud Cyprum gestae sint! Deinde cogitandum videtur et illud, Lycurgum cum omnino non tam historicum agere, quam oratorem, tum in hoc loco, ut facile ostendi poterit, res non accurate narrare, nec eo, quo acciderint, ordine. Qui enim antea Graeci prius Phoenicen et Ciliciam vexassent, quam praelium ad Eurymedontem erat factum? — aut potius, quomodo omnino Graeci in hoc bello Phoenicen et Ciliciam vastasse dici possunt? Post pugnam demum ad Cyprum Olymp. 84, 1. factam, Diodorus narrat, Cimonem fugientes Phoenicum naves ad Phoenicen usque persecutum esse. Quae cum ita sint, ob illud loci consilium supra dictum, verba: τὸ κεφάλαιον τῆς νίκης non unice de victoria illa ad Eurymedontem parta, sed omnino de Persis a Graecis cum ibi, tum postea ad Cyprum victis, dicta esse puto; quodque huic sententiae adversari videri possit, Eurymedontis mentio ultimo loco facta, id Lycurgo oratori permittendum esse censeo. Quodsi in his nimium mihi sumsisse quibusdam videar, saltem hoc mihi concedant, Lycurgum in omni hac de rebus gestis Graecorum narratione non eam prae se ferre diligentiam, ut eius testimonio multum tribuere possimus auctoritatis.

Sed satis de *Lycurgo*: audiamus nunc *Demosthenem*, in oratione περὶ παραπρεσβείας inscripta (p. 428. ed. Reiskii), ut ostendat, quam severe maiores in eos animadverterint legatos, qui, ad pacem componendam missi, in suspicionem pecuniae ab hostibus sumtae incidissent, haec dicentem: „Hic itaque maiores nostri, quod neminem vestrum fugere probe scio, Calliam Hipponici „filium, qui pacem illam ab omnibus celebratam, qua „rex pedestribus copiis intra spatium, quantum equus

„uno die conficere posset, ad mare descendere, et intra „Chelidonias et Cyaneas insulas longa nave accedere „vetabatur, legatus missus confecerat, quia, dum hoc „fungebatur munere, pecuniam accepisse videbatur, „parum quidem abfuere, ut necarent; quaestione au„tem instituta mulctam quinquaginta talentorum ei ir„rogarunt; quamquam quis umquam civitatem nostram „pacem honestiorem cum hostibus iniisse dicat?"

En itaque pacem solemnem, missis legatis ac conditionibus certis et latis et acceptis confectam! temporis mentio deest, haec enim addere ad Demosthenem nunc nihil pertinebat.

Tandem aliquando ad historicum accedimus, *Diodorum Siculum*, ea, de quibus nunc quaerimus, tam accurate et plene narrantem, ut vehementer verendum videatur, ne plura nobis dederit, quam ipse ab aliis acceperit. Qui quidem multus est de proelio illo ad Cyprum navali, ac de illo ad Eurymedontem terrestri, eodem die factis, duabusque illis a Cimone partis victoriis; (XI. 60. 61. 62.) at vero de Persis, ut arctioribus se continerent limitibus, aut metu commotis aut pace obstrictis, ibi ne verbum quidem addit. Libro autem sequenti, (Cap. III. IV.) ad annum Ol. LXXXII. 3. expeditionem in Cyprum, duce Cimone, ab Atheniensibus adversus Persas susceptam, ita narrat, ut, quae primo, quae altero huius belli anno gesta fuerint, accurate persequatur. Ibi itaque Persarum regem commemorat, suorum cladibus auditis, de pace cogitasse; dehinc, ultro citroque legatis missis, Calliae, legatorum Atheniensium principis, opera, pacem ita convenisse, ut sui iuris ac liberae essent graecae in Asia civitates omnes; ne porro Persarum satrapae trium dierum itinere inferius ad mare descenderent, nec longa navi intra Phaseliden et Cyaneas excurrerent; eaque si rex eiusque satrapae praestarent, ne Athenienses in eas terras, quae Artaxerxi parerent, irruptionem facerent. Hac demum pace confecta, addit Diodorus, copias suas Cypro abduxerunt Athenienses, clarissima victoria potiti ac gloriosissimam pacem pacti.

Diodorus itaque prorsus nihil relinquit dubium neque quidquam non satis definitum. Habemus omnia, tempus expeditionis susceptae, ducem belli Cimonem, pugnam factam, urbes expugnatas, regem de pace cogitantem, legatos ultro citroque missos, pacis denique confectae et tempus et leges.

Sequatur *Plutarchus*. Is enim in *Cimone* (Cap. 13.)

proelii apud Eurymedontem mentione facta, ita pergit: „hic autem huius proelii exitus regis animum adeo fregit, ut celeberrimam illam pacem componeret, qua „iubebatur, ad equi curriculum mari se semper abstineret, neque intra Cyaneas et Chelidonias insulas „longam navem vel rostratam haberet. Attamen *Callisthenes* negat régem his conditionibus pacem iniisse, „re autem ita se gessisse, ob metum illa Graecorum „victoria ipsi iniectum; seque tam procul a Graecia „continuisse, ut quinquaginta navibus Pericles, et triginta tantum Ephialtes, Chelidonias supervecti, nihil „sibi classis Persarum obviam habuerint. Inest autem „in plebiscitis a Cratero collectis exemplum foederis, „ut vere facti. Aram quoque pacis hanc ob causam „Athenienses condidisse dicuntur, et Calliam, legati „munere functum, egregiis honoribus ornasse.“

Plutarcho itaque auctore, pax, paulo post proelium ad Eurymedontem commissum, facta est conditionibus iis, quas scriptores saepius commemorantes vidimus. Calliam idem agnoscit de pace concilianda legatum missum, post reditum vero, contra quod apud Demosthenem legimus, praemiis dicit ornatum.

Quod *Craterus* receperat foederis exemplum, id pacem quidem factam arguit, de tempore rem non dirimit.

Callisthenis verbis evincitur nil nisi hoc, statim post victoriam illam ad Eurymedontem nullam factam esse pacem, at Persas, clade illa accepta, motu perterritos intra illos limites sese continuisse. Hinc et *Ephialtis* exemplo utitur, qui Olymp. 80, 1. mortem occubuit, neque multo ante hanc expeditionem susceperat; et *Periclis*, qui vel prior Ephialte eam regionem navibus adiisse videtur. Loquitur itaque de temporibus proelium illud mox insecutis *Callisthenes*; neque nos impedit, quo minus Ol. 82, 4. pacem fieri potuisse dicamus.

Nonnulla porro inveniuntur huc pertinentia apud *Aelium Aristidem* in oratione eius *adversus Platonem* altera. (Tom. II. p. 151. ed. Iebb.) Qui cum de pugna Cimonis cum Persis ad Eurymedontem facta multa praedicasset, huius victoriam illi Themistoclis, apud Salaminem partae, longe anteponere non dubitans, haec ita concludit: „tam diligentem itaque tamque firmum „Cimon se praestitit totius Graeciae, nec patriae tantum urbis, custodem, ut, quoad viveret, barbaris nil „fere relinqueretur, quam ut metu Graecorum de sa-

„intra sua desperarent, neque amplius, quem potissimum „nostrum subigerent, quam potius, quomodo se ipsos „salvos servarent, cogitarent. Hinc factum est, ut civitates omnes liberas dimitterent, ac regionis ad ma„re vergentis parte non parva excederent.“

Agnoscit itaque ille, urbes Graecorum Cimonis opera libertati redditas, Persasque remotos; haec autem a Persis non pace obstrictis, sed metu coactis innuit concessa. Quem Persarum metum tantum abest ut unica ex illa ad Eurymedontem clade accepta repetat, ut potius satis clare indicet, postea quoque a Cimone gesta esse ea, quae metum Persarum alerent et eo usque augerent, ut tandem illa Graecis a Persis concederentur.

Eadem fere, aut potius plura, insunt loco eiusdem auctoris illi, quem legimus in *Oratione Panathenaica*, (Tom. I, pag. 149, 150, 151. ed Iebb.) Qui, quum longior sit, quam qui apponi integer possit, haec de eo commemorasse sufficiat, quae quisque lotum ipsum inspiciens vere ei inesse deprehendet. Post pugnam ad Eurymedontem factam bellum minime ait finitum ac pacem confectam, contra non solum auxilii post haec ab Atheniensibus Aegyptiis lati mentionem facit, sed etiam aperte significat, pluribus demum cladibus acceptis regem de pace cogitasse, et tandem Atheniensium certaminibus ac marinis expeditionibus eo fuisse redactum, ut polliceretur (ὡμολόγησε) se terminos duos, Chelidonias ad Meridiem, Cyaneas ad Septemtrionem, navigio in posterum non superaturum, et a mari ad quingenta undique stadia recessurum — Tale itaque, mox deinde pergit, respublica Atheniensis bellum gessit, ac talem fecit pacem. — Tandem miratur quod Athenienses, dum haec contra Persas perficerent, eodem tempore cum pluribus Graeciae civitatibus bello contendissent; id autem aperte post pugnam ad Eurymedontem accidit.

Nunc itaque *Aristidem* quoque de *pace* loquentem audivimus, sed ita, ut, quamquam de tempore nil certi notet, tamen neque unam illam ad Eurymedontem pugnam pacis causam agnoscat, neque hanc statim post unam illam victoriam convenisse tradat; ea adeo addat, quae ad tempora proelio illo seriora spectare videantur.

Agmen claudat *Suidas*. Is sub voce *Κίμων*, nescio unde, haec narrat: „Cimon, Miltiadis filius, contra „Persas, qui cum Themistocle ad mare descenderant

([illegible], quod vulgo, sed, ut videtur, falso, vertitur, *in Graeciam venerant*) „dux factus est, et in Cyprum „versus et Pamphiliam classe profectus, apud Eurymedontem fluvium, terra marique, eodem die, hostes vicit. Is quoque Persis certos constituit limites, et foedere sanxit, ne qua Persarum navis bellica *), extra „Cyaneas et Chelidonias et Phaseliden, (quae urbs est „Pamphiliae) navigaret, neve intra tantum spatium, „quantum equus uno die conficere posset, Rex Persarum ad mare descenderet, et ut Graeci Asiam incolentes liberi essent ac sui iuris.“

Primum non satis liquido dicit, limites illos statim post proelium Eurymedonteum constitutos esse; deinde, alterum de duobus sumamus necesse est, aut *Suidam* misere fallitur, ante illam Cimonis primam in Asiam expeditionem Themistoclem apud Persas fuisse putans, aut, quod magis credo, aperte proelium ad Eurymedontem factum nunc dicit illud, quod Cimon non multo ante mortem, Ol. 82, 4, haud procul a Cypro cum Persis commisit; ita ut victoriam hanc Cypriam cum illa ad Eurymedontem parta confundat.

Quae hactenus singulos de re, quam quaerimus, narrantes audivimus, ea iam colligamus, quidque, his tam variis tamque diversis tot auctorum narrationibus vero similius subesse videatur, coniectura assequi studeamus.

Apud *Thucydidem* de pace ulla facta ne verbum quidem invenimus; illam autem compositam affirmant, Plato **), Isocrates, Lycurgus, Demosthenes, Craterus, Diodorus, Plutarchus, Aristides, Suidas; neque adversatur *Callisthenes*, non nisi hoc negans, statim post proelium apud Eurymedontem pacem conciliatam fuisse.

Quae de pacis conditionibus narrantur ab aliis alia, haec sunt: Praeter *Platonem*, qui omnino nullas pacis leges memorat, ex caeteris, maris inferi limes, intra quem Persas se continere oportebat, traditur, *Phaselis* quidem, ab *Isocrate, Lycurgo, Diodoro, Suida*; insulae

*) Retinui vulgarem versionem verborum *νόμῳ πολέμου*, quamvis falsam, cum meliorem dare nequeo.

**) A quo tamen non negandum est, ea dici de timore, quo perculsus sit rex, ut, praesertim cum de conditionibus aliisque pacis solennibus nil addatur, verbum *εἰρήνη* de bello potius finito, quam de pace rite composita adhibitum videatur.

autem Chelidonias, a Demosthene, Plutarcho, Aristide, Suida. Porro, maris superi locum, a Persis non praeternavigandum, addunt, *Lycurgus*, *Demosthenes*, *Diodorus*, *Plutarchus*, *Aristides*, *Suidas*, insulas *Cyaneas*. Copiis pedestribus non adeunda regis ducibus ab *Isocrate* memoratur omnis regio intra Halyn sita; *Demosthenes*, *Plutarchus*, *Suidas*, regem volunt pacis legibus impeditum, quo minus pedestribus copiis intra spatium, quantum equus uno die*) conficere posset, ad mare descenderet; a quibus parum discedit *Aristides*, spatium quingentorum stadiorum memorans; secundum *Diodorum* cautum erat, ne Persarum satrapae trium dierum itinere inferius ad mare descenderent; *Lycurgus* satis habet Graecorum, Asiam incolentium, libertatem praedicasse ex foedere receptam. Tempus pacis conciliatae a *Platone* ponitur post res a Cimone ad Cyprum feliciter gestas; idem fit a *Demosthene*, *Calliam* quippe pacis conciliatorem nominante. *Diodorus* aperte foedus factum anno victorias Cimonis Cyprias sequuto tribuit. Pacem statim post proelium ad Eurymedontem compositam esse, expressis verbis contendit unus omnium *Plutarchus*.

Isocrates de tempore prorsus nihil certi habet. Neque *Lycurgi* verbis res de tempore ullo modo diiudicatur. *Aristides* favere adeo videtur sententiae eorum, qui post victorias plures, illam ad Eurymedontem insequutas, pacem demum convenisse volunt. *Suidas* porro multum abest, ut aperte ab iis stet, qui Eurymedonteam victoriam unam putent pacis causam ac fontem. *Callisthenis* denique testimonio hactenus nobis uti licet, ut pacem, statim post proelium ad Eurymedontem factum, nullo modo compositam fuisse, contendamus, post autem aliquot annis pacem confectam esse, quin sumamus, per eum non dubitemus.

His omnibus collectis libere mihi fatendum videtur, non nihil dubitationis relinqui, an ulla umquam pax certis conditionibus rite facta fuerit atque composita. Cui enim non quandam saltem moveret suspicionem singularis illa et prorsus miranda ratio, qua illam de pace eiusque conditionibus narrationem, quam *Thucydides* plane ignorat, *Plato* breviter attingit, mox sen-

---

*) Ex alio Plutarchi loco (in Cimone c. 19.) suspicari licet spatium illud exaequare *stadia quadringenta*; h. e. 10 ferme milliaria Germ.

sim sensimque excrescere et augeri videmus, tandem autem formam sumere perfectam atque omnibus numeris absolutam. Sed accuratius haec nunc disputare nolo; illuc praevortamur. Quodsi temporibus illis ulla facta est pax, id quidem accidit, non tam post proelium apud Eurymedontem, quam potius post res a Cimone ad Cyprum; ab anno inde Olympiadis LXXXII. secundo, non minus fortiter, quam feliciter gestas. *Plutarchi* enim auctoritas, quem unum vidimus aperte pro pace statim post proelium ad Eurymedontem facta pugnare, vix valere posse videtur, contra *Callisthenem*, tempus illud verbis expressis reiicientem; *Platonem* quamvis leviter tempus post Cyprias Cimonis victorias innuentem; *Demosthenem*, id apertius indicantem; *Diodorum*, proeixe idem tempus commemorantem.

Quod autem de pacis tempore ex veterum scriptorum testimoniis propius ad veritatem accedere, hucusque ostendimus, idem rationibus ex re ipsa petitis confirmari potest. In hac causa primum utar iis, quae Wesselingio, viro in hoc literarum genere facile principi, debemus. Is autem haec habet: „Nihil ante hunc annum (Olymp. 82, 4.) amicum fuisse Atheniensibus cum Persis invenimus. Cimon enim statim a parta ad Eurymedontem victoria (Ol. 77½) in Persas, Chersonesum Thraciae insidentes, duxit. Non multis post annis Aegyptii, Inaro duce, desciscunt (Ol. 83½), et Atheniensium implorant auxilium; qui, tametsi conditionibus foederis nominatim insertum esset, μὴ στρατεύειν Ἀθηναίους εἰς τὴν χώραν, ἧς ὁ βασιλεὺς ἄρχει, confestim cum classe advolant, ipsosque Persas oppugnant. Quin ipso hoc tempore, Thucydide teste, Cimon sexaginta naves auxilio misit *Amyrtaeo*, qui in paludibus Aegypti Persarum inimicus degebat. Quae quidem, aut foedus post pugnam ad Eurymedontem omnino non pactum, aut certe ab Atheniensibus perfide fuisse neglectum persuadent.

Quibus addi possunt haec: *Dodwellus* ipse, quamvis acrem *Plutarchi* patronum agat, iam pridem animadvertit, pacem statim post proelium ad Eurymedontem factam si contendamus, tot esse ac tantas res, quae intra unius anni spatium gestae memorentur, ut, quomodo his pax confecta addi potuerit, non admodum facile esse intellectu fateatur; attamen id potius nullo modo fieri potuisse satis aperte patet, cum pacem non repente ac nullo negotio, sed legatis ultro citroque missis convenisse cogitemus; quod quis, quaeso, factum

dicat paucorum mensium spatio? Deinde, qui nobis animo fingere possumus regem Persarum, uno ad Eurymedontem proelio amisso, ad illas tam graves tamque ignominiosas descendisse pacis conditiones? Nonne veri multum similius videtur, regem tum demum huius modi foedus iniisse, cum, copiis gravi proelio pulsis ac fugatis, et Cypro ab hostibus prorsus fere occupata, vehementer ipsi timendum esset, ne tota insula in potestatem Atheniensium redigeretur, eaque subacta Athenienses inde profecti, facili opera cum Asiae provincias mari adiacentes, tum Aegyptum, cuius fidem admodum dubiam esse compererat, invaderent.

Quibus omnibus ad superiores illas rationes, ex scriptorum testimoniis repetitas, additis, non longe a vero aberrasse mihi visus sum, in narratione de Cimone, res ita disponendo, ut cum *Wesselingio* statuerem, Persas, post cladem ad Eurymedontem acceptam perterritos, civitates graecas Asiae sponte sua missas fecisse, et raro inter Chelidonias et Cyaneas navigasse; pacem autem nonnisi post iteratam illam ad Cyprum cladem rite esse confectam.

Reliquum est, ut causas indicem, quibus factum fuisse videatur, ut scriptores non uno modo de pacis huius tempore eiusque conditionibus loquantur; sed paucis nunc defungi me oportebit. —

Thucydidis, qui illi aetati erat proximus, de omni hac re silentium variis ac diversis sententiis locum dare necesse fuit. Mox secuta sunt ea tempora, ut Graeci commodis, pace illa partis, frui initio vix possent, bellis quippe domesticis occupati; postea autem iis uti non auderent. Persarum amicitiam studiose quaerentes, mox adeo manus victas praebentes. Accedit et illud, quod non tam historiarum scriptores, quam oratores, de omni hac re non tam simpliciter narrantes, quam ex re atque causa splendide verba facientes, audimus. Quae omnia non poterant non impedire, quo minus accurata et constans de conditionibus pacis memoria traderetur.

Quod in tempore constituendo *Plutarchum* saltem falli deprehendimus; ea est in iis, quae a Cimone ad Eurymedontem et postea ad Cyprum gesta sunt, rerum ac temporum similitudo, ut scriptor alias non indiligens in errorem facile induci posset. Habemus enim Cimonem ducem, cum classe simul et cum copiis pedestribus Persarum, iisdem fere regionibus, pari fortuna,

his pugnantem, et eo utrobique eventu, ut hostium opes prorsus fere frangerentur *). — —

XXI.

De *Ciceronis* in scribenda *pro Deiotaro* oratione consilio eiusdemque de eadem iudicio non negligendo.

(Ad solemnia scholae Catharineae indicenda scripsit M. *Chr. Jul. Wilh.* MOSCHE, Dir. et Prof. (Lubec. typ. Römhildianis. MDCCCXV.)

Ciceronis, quam habemus, orationem pro Deiotaro; si formam orationis spectes atque omne dicendi genus, nulli celerarum, quas nobis servatas esse laetamur, postponendam esse nemo, arbitramur, negabit. Tam apte omnia ibi sunt disposita, tam copiose et varie omnia efferuntur, tantum est verborum optimorum flumen, tanta tamque accurata verborum concinnitas, tam dilucida denique ac plana est in summo ornatu omnis dicendi ratio, ut Ciceronem, hoc est, summum oratorem, facile agnoscas. At vero haud paulo aliter statuendum videtur, ubi, omisso genere dicendi, id potius quaeramus, quam vere atque ex omni parte apte dicta sint, quae ibi legimus, atque iis rebus accommodate, quarum alias Ciceronem diligentissimam rationem habuisse scimus.

De qua re priusquam plura dicam, non alienum mihi videtur ea praemittere, quibus caveri possit, ne quis me iis accenseri velle putet, qui veterum scriptorum iudices se praebeant severos, atque nulla re magis, quanto ipsi ornati sint ingenio et acumine, ostendi posse arbitrentur, quam scriptoribus illis reprehendendis atque in ordinem redigendis, quorum ut sensum

---

*) Quae omnia cum typis hactenus fere iam essent expressa, his ipsis diebus mittitur mihi *Mitfordii* operis, supra laudati, Tomus secundus, ab *Eichstaedtio*, Viro inter paucos erudito, eadem et arte et doctrina tractatus, ac primo illi contigisse gaudemus. Ibi (p. 431. sq.) *Eichstaedtius* ipse suam de hac, quae circumfertur, pace, sententiam, more suo, i. e. docte et acute tulit. Quae Vir doctissimus ibi attulit, vellem equidem antea mihi innotuissent, quam hancce commentationem absolvissem; nunc autem iis uti, quod vehementer doleo, non amplius licuit.

adsequerentur, sapientiamque ut caperent operam dare debebant. Neque quemquam minus decere puto illam iudicii subtilitatem, vel potius vanitatem, quam iuventutis artibus optimis erudiendae magistrum. Quid enim? Nonne multo magis huius erit, id potissimum agere, ut Ciceronem tirones accurate intelligant, eius sapientiam agnoscant, vim dicendi summam sentiant, quam, dum hi iudices gravissimi sedeant, quae ipsi aut non vere aut non apte satis dicta videantur, audacter accusare, summumque oratorem in viam reducere velle.

Quae cum ita sint, minime tamen in scriptoribus illis legendis et explicandis omne omnino iudicium cum de rebus ac sententiis, tum de genere dicendi tolli velim. Maneat enim illud, *magis amica veritas*. Reprehendendi adeo mihi videntur, qui, humanae conditionis immemores, quae ab illis auctoribus profecta sunt, ab omni parte perfecta atque absoluta iactent. Praesertim cum nonnulla sint, quae summi illi viri scripserint adolescentes, alia ipsis invitis exciderint. Multo magis autem peccare ac de auctore ipso male mereri mihi videntur, si qui aut socordia impediti, aut nimia antiquitatis admiratione ducti, in scriptis illis tractandis auctoris ipsius consilium adeo negligunt, ut ea quoque summo studio laudent ac defendant, quibus auctor ipse se lusisse fateatur. Ita enim omne iudicium depravatur, veri sensus pervertitur, auctor autem, quo impensius ab his laudatur, eo acerbius ab aliis mox vituperabitur.

Cuius rei exemplum in illa Ciceronis pro Deiotaro oratione agnoscendum puto. In qua si quis omnia ab oratore vere atque ex animi sententia dicta contendat, aut ea, quae auctor ipse causae, personis, loco per se aptissima putasset, valde verendum erit, ne, ipso Cicerone invito, veritati, quamvis frustra, obnitatur.

Quod quo magis pateat, videamus primum causam ipsam, quae qualisque ea fuerit.

Deiotarus unus tetrarcharum Gallograeciae, ex quo Romani adversus Mithridatem bella gerebant, inprimis res eorum in regionibus illis adiuverat. Quare ab his auctus et ornatus est. Regno adiicitur a Pompeio terrarum finitimarum pars *), Rex Armeniae minoris a Senatu adpellatur **), socius atque amicus populi Ro-

*) Strabo XII. p. 547.

**) Hirtius d. b. Al. 67.

mani audit. Neque interim ipse sibi defuerat. Ceteros tetrarchas malis artibus opibus et potentia exuerat, seque solum tetrarcham constituerat *). Bello civili (a. u. 704.) apud Romanos exorto Pompeii partes amplexus, ipse, quamvis extrema senectute, cum auxiliis in Graeciam proficiscitur. In proelio apud Pharsalum (a. u. 705) adversus Caesarem stat; proelio facto, Pompeium fugientem aliquamdiu comitatus, mox in regnum redit. Ibi Caesari victori cedens animum tamen ab eo gerit alienum. Bello Alexandrino finito Caesar Pharnacis temeritate in Asiam devocatur. Hoste, viribus impari, superbia stolido, victo, Caesar apud Deiotarum devertit (a. u. 706). Quanto studio Pompeium olim adiuverit memor, neque multum tribuens iis, quae posthaec invitus ipsi praestiterit, Caesar pecuniam ei imperat, partem regni maiorem ei ademit, ceterum de controversiis tetrarcharum postea se cogniturum dicit. Inde discedens mox ad bellum Africanum proficiscitur (707). Adversariis ibi superatis bellum init Hispaniense. Summis ibi periculis defunctus tandem redit Romam (a. u. 708). Caesaris adventum exspectabant legati a genero Deiotari, Saocondario, missi, Castore, regis ex filia nepote, legationis principe. Namque haud magna opera Caesari persuaderi posse videbatur, ut hominem, quem sibi infensum esse non nesciebat, regno privaret. Quod cum initio artibus ac dolo moliri conati essent, mox, opportunitate oblata, remque omnem Caesaris odio multo magis confectum iri arbitrantes, quam rationibus, calumniarum insidiis omissis, quod volunt, aperte petunt. Philippi enim, quem, Deiotari medicum, a legatorum, quos rex, ut suam causam tuerentur, Romam miserat, pedibus abduxerant, testimonio usi, Deiotarum Caesari, apud se olim deversanti, insidias struxisse criminantur, eundemque contendunt nunc animum habere a Caesare non minus alienatum, quam quo antea fuerit. Deiotari defensio a Cicerone suscipitur. Res intra privatos parietes, adsidentibus quibusdam advocatis, Deiotari amicis, praesentibusque eius legatis, coram Caesare agitur.

Haec erant in causa. Quae qualis cum per se fuerit, tum Caesari visa sit, paucis videamus.

Quid enim? Caesarem, qui tot proelia gesserit,

---

*) d. b. Alex. 67. Strabo p. 567.

**) Cic. Phil. II. 37. d. b. Alex. 68.

tot proelia commiserit, de vita toties dimicarit, qui denique, post suum a Deiotaro discessum, nuper in pugnis atrocissimis vitae pericula adierit extrema, hunc nonne contemsisse potius et neglexisse arbitremur, quae de insidiis aliquot ante annos tam stolide structis atque omni eventu destitutis iam deferebantur? — An vero hoc illum nullo modo ferendum sibi putasse censebimus, Deiotarum, illum Galatiae regulum, alieno a se animo esse? Scilicet amicitiam hominis et fidem iure suo se tenere sibi persuaserat! Gravissimasque sine dubio poenas ab eo nunc erat repetiturus, quod voluntatem eius non satis sibi propitiam compararat! Praeterea causae exitus ostendit, quanti Caesar omnem rem fecerit! Neque damnavit reum, neque absolvit; delatores autem liberos dimisit.

Hanc vero causam quomodo a Cicerone oratam legimus! — Quanto animi impetu, quanto dolore omnia ibi dicuntur! — Quam magnifice de Deiotaro sentit! Quanto opere Caesari persuadere studet, ipsi nullo modo succensere Deiotarum! —

Principio quidem, quae Cicero Crassum (de Orat. 1, 26.) dicentem facit: „mihi, qui quam optime dicunt, „quique id facillime atque ornatissime facere possunt, „tamen, nisi timide ad dicendum accedunt, et in exor„dienda oratione perturbantur, paene impudentes vi„dentur" etsi Ciceronis ipsius mentem ostendunt, eumque non nisi timide ad dicendum prodiisse, et multa cum modestia initium dicendi fecisse non dubitamus, tamen, quod Cicero vix in una illa pro Milone de se palam profitetur, idem eum nunc in hac causa atque hoc loco multis verbis de se affirmantem nonne mirari licebit? — Omitto cetera, quae copiosissime dicta sequuntur, de animi vehementer perturbati causis. In his autem habemus haec: *Hanc enim causam si in foro dicerem, — — — spectarem curiam, intuerer forum, coelum denique testarer ipsum!* — Quis, quaeso, sibi persuadebit Ciceronem has, Caesare audiente, nunc tragoedias egisse! — Ea nonne sunt iuveniliter potius luxuriantis, quam hominis senis virique consularis! — talia quomodo Caesari placere potuisse statuamus?

Sequuntur quae pertinent ad excusandum Deiotarum, Pompeii castra sequutum. In his praeterquam quod orator fere nimius est, ea, quae alias coram Caesare dicens, quemadmodum utrumque decebat, breviter ac timide perstringit, nunc quidem pluribus effert, neque ea, qua uti solet, cautione adhibita. Quam brevi-

ter tangit in oratione pro Marcello (cap. 10.) belli civilis exorti tempora, incertam, quae tum erat, rerum Romanarum conditionem, iudicii, utra potius causa cuique probanda esset, difficultatem! *Diversae voluntates civium fuerunt, distractaeque sententiae — — — — — erat obscuritas quaedam, erat certamen inter clarissimos duces; multi dubitabant, quid optimum esset* etc. Pari modestia de iisdem rebus loquitur in Ligariana (cap. 6.). *Secessionem tu illam existimavisti, Caesar, initio, non bellum — non hostile odium, sed civile dissidium. — — — Principum dignitas erat paene par — — — causa tum dubia, quod erat aliquid in utraque parte, quod probari posset.* Nunc autem multo aliter de iisdem rebus disserit, neque dubitat ea commemorare, quae Deiotarum excusare poterant, Caesaris autem aures mentemque laedere debebant. Quis Ciceronem putet Caesari, qui reo conciliandus erat, dixisse: *Senatus consentientis auctoritate arma sumta, consulibus, praetoribus, tribunis plebis, novis imperatoribus rempublicam defendendam datam.* — Neque facile ferre poterat Caesar tot ac tanta de Pompeio sibi enarrari, quibus vix quidquam addi posset.

Iam pergit orator ad ea, quibus Deiotarum a criminibus defendere et suspicionem liberare studet. In quibus mihi non praetereundum videtur, quod supra monui. Quod Rex Caesari insidiatus dicebatur, in eo crimen habemus ab accusatoribus non domo allatum, sed Romae demum confictum. Opportune enim iis accidisse videtur servi proditio, qua uterentur ad crimen fingendum, quod, quamvis per se idoneis rationibus destitutum, ceteris tamen, quibus regem oppugnabant, additum, Deiotaro apud Caesarem, regi infensum, haud parum erat nociturum. Longe alia erant, quae secum attulerant accusatores, quibusque confisi antea Deiotarum non tam aperte accusare cogitaverant, quam Caesarem adversus Deiotarum clam exacerbare speraverant. In illo autem crimine, neque per se credibili, neque speciose conficto, refutando, quantopere se iactat Cicero! Quam studiose minima quaeque urget! Multo brevior est in tractandis iis, quae accusatores a Deiotaro clam adversus Caesarem instituta criminati erant, quaeque animi a Caesare abalienati argumenta attulerant. Quamquam si quis in his omnibus artem oratoris agnosci velit, quam Cicero ipse sub Antonii persona (de Orat. II, 72) copiosissime commendavit, ut boni, quod habeat causa, id orator amplectatur, exornet, exaggeret, a malo autem vitioque causae prudenter rece-

dat, equidem non magnopere adversabor, et concedam Ciceronem rectissime talia coram Caesare disserere potuisse. At vero in refutandis adversariorum criminibus ea quoque occurrunt, quae nemo fere nimia, atque loco et personis parum apta pronuntiare dubitabit. Deiotarus enim, senex iam fere decrepitus, Domitii clade tanta laetitia elatus dicebatur, ut vino se obruerit, in convivioque nudus saltaverit! Quod contemnendum alias Cicero putasset, nunc gravissimis verbis persequitur. Iam latus, quo expatietur, campus oratori se aperuisse videtur, ut Deiotarum non regiis tantum virtutibus omnibus ornatum, sed frugalitate quoque conspicuum splendida oratione ostendat, Castorem autem de avo, omnium virtutum exemplo, imitando severissime commoneat. Deinde quod Deiotari propinqui iidemque nunc adversarii, servi cuiusdam opera usi erant in avo accusando, quot nobis audienda sunt de immanitate huius facti, simulque de pernicie, quae inde ad omnes redundatura sit! Quam acerbe orator, hac re admonitus, de moribus seculi sui perditis queritur! Habemus adeo gravissimum illud: *o tempora! o mores!* cui profecto olim in Catilina perterrendo multo aptior fuerat locus!

At vero ne quis censeat oratorem tum sibi, tum causae, satis factum putasse, si Deiotaro, omni culpa detracta, Caesarem placasset atque conciliasset, ad ulteriora tendit! Iam Caesari persuadere conatur, Deiotarum nullo modo ipsi succensere! Id videlicet curabat Caesar! Hoc quidem ferre non poterat! Quamquam hoc oratoris consilium Caesarem aequo animo tulisse sumamus, de argumentis autem, quibus in hac re utitur Cicero, quid virum illum prudentissimum, talia si ad aures accidissent, statuisse arbitremur! Namque quod levia sunt, parum est! nonne Caesari, qui Deiotari ingenium et facta nosset, ridicula videri debebant! Quod Deiotarum, inquit, magna regni sui parte multasti, multum abest, ut se laesum putet. Primum enim, cum multis tibi multa essent tribuenda, ea aliunde esse sumenda, facile vidit, neque a se illa peti recusavit! Habet Caesar cuius continentiam ac modestiam admiretur! — Deinde cum de Deiotaro ageretur, cui, quaeso, Antiochi Magni, regis omnium, qui unquam fuere, potentissimi, mentio coram Caesare recte et prudenter iniecta videri poterit? Quid porro, Cicerone auctore, defuisse putemus Deiotaro, quin perfectam ei Stoicorum sapientiam tribuamus? En nobis regem non

solum animi magnitudine, gravitate, constantia ornatum, sed etiam reputantem ac dies noctesque cogitantem, haec esse sola bona, hisque non modo ad bene, sed etiam ad beate vivendum contentum esse virtutem! Inde fit, — quo quidem Caesari de Deiotaro nihil unquam verius dictum videri debebat, — ut rex, nimis magna quippe procuratione liberatus, et modicis iam finibus utens, omnem adeo tranquillitatem et quietem senectutis acceptam referat imperatoris clementiae! Ut adeo Deiotarum sibi devinctum potius beneficiis et obstrictum sciat Caesar, quam ira et dolore suspicetur abalienatum! Hoc loco interponere libet, quae ab aliis de Deiotari moribus nobis tradita legimus. Quibus artibus ille, ceteris oppressis, solus tetrarcha factus sit, suspicari non erit difficile. Idem cum plures habuisset liberos ex se natos, praeter unum omnes interfici iussisse fertur, ne inter plures hereditatis iure divideretur, quod ipse pessimis artibus comparaverat. Extrema tandem senectute generum cum filia, regni sede expugnata, obtruncavit. Unde, Plutarcho teste*), factum est, ut in proverbium abiret hominis immanis crudelitas, et apud Graecos, *Galatica facta*, dicerentur, quae supra modum importuna essent et immania. Hunc igitur, hominem dicam, an bestiam immanem, a Cicerone eorum Caesare sapientiae, constantiae, virtutum omnium laude exornatum fuisse nullo modo dubitabimus? — Praeterea quam vere dicta fuerint, quae Cicero de continentia regis commemoraverat, statim post Caesaris necem patebat. De qua rex vix certior factus, non dubitavit, quae Caesar ipsi eripuerat, actutum occupare.

Ciceronem, ubicunque Deiotari mentionem apud eum factam legimus, bene de eo atque honorifice iudicasse, me non fugit. Nec mirum! Rex de Romanis rebus bene meruerat, et ab initio usque constantem se Romanorum socium praebuerat. Itaque habebat Cicero, civis optimus, cur eum probaret et laudaret. Deinde Ciceronem ipsum, provinciam administrantem, omni ratione in rebus gerendis adiuverat. Ergo humanitatis fuit atque grati animi, quorum utriusque Ciceronem scimus fuisse studiosissimum, silentio praeterire, quae cum multo ante, tum erga alios facta essent turpia et infamia, vitamque hominis privatam et domesticam spectarent, cuius Ciceroni alias ratio habenda erat

---

*) de Stoicor. repugnantiis, cap. 32.

nulla. Nunc autem coram Caesare aliisque, qui Deiotari ignari non essent, ea de hominis ingenio et moribus commemorare, quibus de perfecto sapiente neque plura, neque maiora dici poterant, quis quaeso Ciceronem decuisse putet? —

Iam autem quid de oratione nostra statuamus? Num omnia, quae ibi leguntur, vere atque apte dicta esse contendamus? — Satis manifestum puto, quantum suscipiat, qui hoc tueri ac defendere velit! Num Ciceronem tantopere iudicio lapsum suique oblitum dicamus, ut haec, quamvis falsa et per se inepta proferre non dubitarit? — Quis de Cicerone hoc suspicari audeat, quem, si quis unquam, quid deceat ubique vidisse scimus! An vero Cicero Caesari haec omnia, quamvis neque satis vere, neque convenienter satis dicerentur, dicendi arte persuaderi posse speravit? — Utrum magis a vero abhorrere censes, Caesarem tardioris ingenii fuisse, an a Cicerone habitum esse?

Nonne satius erit Ciceronem ipsum sequi, et quid ipse de oratione illa statuerit perpendere? — Quod cum paulo accuratius factum fuerit, quam, ni fallor, ab interpretibus fieri soleat, non solum Ciceronem ab omni errore aut peccato liberatum iri, sed nos quoque certum de iis, quae a nobis leguntur, iudicium ferri posse spero.

Nota sunt, quae Cicero de hac oratione ad Dolabellam scribit: „*Oratiunculam pro Deiotaro, quam re„quirebas, habebam mecum, quod non putaram.*“ *Itaque eam tibi misi, quam velim sic legas, ut causam tenuem et inopem, nec scriptione magnopere dignam. Sed ego hospiti veteri et amico munusculum mittere volui levidense, crasso filo, cuius modi ipsius solent esse munera.* Epp. ad Familiar. IX. 12.

Habemus Ciceronis cum de causa iudicium, tum orationis scribendae consilium: iudicium, quod causam *tenuem et inopem* dicit; consilium, quod hospiti veteri et amico mittere voluit munusculum levidense, crasso filo, cuiusmodi ipsius solerent esse munera.

Tenuem et inopem orator causam habet eam, quae, dignitate et copia destituta, in re versatur, quae per se non magni momenti est, neque ea continet, quae orationis ornatum et splendorem admittunt. Causam autem parvi momenti nemo fere dixerit, in qua de insidiis imperatori Romano ab hospite structis quaeritur, regis autem caput agitur, verbo, eam, qualem Cicero nunc in oratione scripta Deiotari causam fecit. Itaque

neque statuendum erit causam longe aliam fuisse atque Cicero eam in iis, quae scripta legimus, videri voluerit? Insidias structas fuisse nemo credidit; Caesar omnem rem contemsit, invitus accusationem admisit, accusatorum malignitatem non ignoravit; Deiotarum satis fractum atque afflictum iudicavit. Causa porro dicebatur, quoniam accusatio fuit eiusmodi, ut omnino negligi non posset; Cicero causam veteris hospitis et amici coram Caesare agendam suscepit, ut ne nihil diceretur; Caesar defensionem admisit, ut, quod sponte sua fecisset, ratione quadam fecisse videretur. — Neque est quod dubitemus, rem a Cicerone coram Caesare non aliter actam fuisse ac deceret! Paucis profecto rem omnem confecit, dicendi genere usus quamvis elegante et diserto, at leni tamen et submisso.

Huiusmodi autem causa, per se scriptione non magno opere digna, cum scribitur, longe alio modo est tractanda. Eorum, quae in causa tali sunt, qualiacunque sint, nihil non negligendum, omnia sunt proferenda, augenda, exaggeranda. Rerum levitas verborum gravitate est tegenda, ut quaeque sunt per se quam maxime exilia, ita dicendi genere maxime sunt ornanda atque illustranda. Quod quidem Ciceroni eo magis nunc erit concedendum, cum oratio muneri mittatur ad eum, cuius res acta erat. In quo nemo mirabitur, si omnia ita efferantur, ut summam prae se ferant contentionem studiumque insigne. Neque nimis diligenter temperanda erunt atque ad veritatem referenda, quae de eo dicuntur, cui munus oblatum probari velis. Quid? quod nunc orator aperte fatetur, se illud non absimile esse voluisse muneribus, qualia ab illo, cui placere volebat orationem, ferri solerent. Quae cuiusmodi fuerint ac Ciceroni visa sint, nemo dubitabit, qui Deiotarum cogitet regem, opulentum, ambitiosum, barbarum, munera ferentem Ciceroni, homini Romano, viro omni humanitate expolito; iudicii subtilitate insigni, morum elegantia conspicuo. Nonne illa frequentia magis putemus et copiosa, quam apte inventa, opportune data, prudenter oblata?

At vero patent omnia, cum quale Cicero suum munus esse voluerit, tum qualia Deiotari illa fuerint, ex eo, quod suum quidem *levidense crassoque filo esse*, illius autem munera eiusdem modi fuisse, dicit.

In tela filum quid sit, notum est; simulque in eo esse, qualis tela videatur. Inde cum omnino *texendi* verbum ad ea transferatur, quae non minori arte quam

tela manuum opera, ingenii et mentis ni conficiantur, nihilque frequentius sit, quam carminis vel orationis componendae operam cum telarum texendarum arte comparare, inprimis apte factum est, ut, non tam res, quibus continetur opus, sed modus et ratio, qua utimur in rebus, quas dicendo exponimus, illustrandis, augendis, ornandis, filum dicatur, quod in tela non minus conspicitur, quam in oratione genus dicendi. Hinc Cicero (d. Orat. III. 26.) *silvam rerum ac sententiarum formandam dicit filo ipso et genere orationis.* Eodem modo Cicero (d. Orat. II. 22.) oratores, qui aetatem Periclis secuti, hujus dicendi rationem potissimum imitati sint, *retinuisse*, ait, *Periclis succum, sed paullo uberiori filo fuisse*, quos verborum copiae et ornatui paullo plus dedisse significare vult. Neque dubito, quin *filum aliud orationis*, quod a Laelio (d. Amic. 7.) expetit Fannius, genus dicendi notet ab illa philosophorum de amicitia disserendi ratione multum diversum, utpote planius, uberius, copiosius. In Horatiano illo: *Tenui deducta poemata filo* (Epp. II. I. 225.) quod nunc quidem laudem continet, agnoscunt omnes, poemata magna cum arte composita ac tam eleganter conscripta, ut vel subtilissimo judicio probari possint.

Iam de *crasso filo*, quo Cicero hanc orationem contextam dicit, videamus. Quod quidem nemo, qui Ciceronem bene noverit aut hanc orationem paullo accuratius legerit, ita interpretabitur, ut orationem significari putet incomtam et inornatam, aut adeo negligenter ac temere conscriptam. Crasso filo est potius ea oratio, quae, haud paullo plus, quam per se decebat, et causae per se aptum erat, ornatur, atque ita augetur, ut, quod in eo genere nimium factum fuerit, a judicio paulo acriori facile deprehendi possit. Quod verbo rariori, modo recte id a nobis hoc loco legatur, *levidense* inesse, jam facilius ex illo, quod modo explicuimus, cognosci poterit. Vestis *levidensis* a Grammaticis veteribus exponitur vestis raro ac tenui textu, quae raro filo sit, leviterque densata. Ut sic quoque Cicero non magna arte consilium suum se occultasse indicet, sed ita rem tractasse, ut vera eius ratio paulo acutioribus facile pateret.

Itaque habemus, ni omnia me fallunt, Ciceronem fatentem se orationem nostram ita scripsisse, ut iis, quae coram Caesare dicta sint, ratione parum habita, non tam spectaret, quam vere quaeque et accommodate dicantur, sed potius, quae Deiotaro, regulo illi barbaro,

vano ac superbo, narisque satis obesae, fuerint quam gratissima et iucundissima.

Quae si recte se habent, iam minime mirabimur a Cicerone quam tenuem et inopem alibi professus sit causam, eam nunc maximam dici atque, eam, qualis nulla unquam in disceptationem venisset. Iam Cicero recte plurimis verbis iactat regiam Deiotari dignitatem, quae vix in Senatu, multo minus autem apud Caesarem, magni erat, qua vero Deiotarus ipse nihil habebat maius. In oratione porro regi Deiotaro missa potius, quam Romae habita, dici poterat regium nomen semper in Romanorum civitate fuisse sanctum, quod Romanis et Ciceroni ipsi detestabile fuisse scimus atque odiosissimum. Quod orator magnopere laborat et plurimus est, ut in Caesare ne minimum quidem iracundiae locum in Deiotarum superesse patiatur, iam sine dubio recte fieri fatebimur. Omitto plura, de quibus supra monuimus, quae ut Caesari minus recte dici, ita Deiotaro optime scribi potuerunt. Neque nunc adeo nimia sunt neque inepta, quae de Deiotaro leguntur, rege omnibus non solum regiis virtutibus ornato, sed nulla omnino virtute destituto. Quod denique regulum illum cum Antiocho M. comparat, quemque omnes habendi cupidissimum sciebant, hunc Orator paucis contentum atque omnia in se posita esse statuentem describit, in his Cicero se non deridendum praebet Caesari, sed placere vult regulo mire sibi ipsi placenti!

Duo autem sunt, quibus fortasse nonnullis omnis haec ratio perverti posse videatur: Primum enim dubitari potest, num Cicero recte Deiotaro miserit orationem multo aliam ac habuerit: deinde annon temere et imprudenter fecerit, qui Romae orationem publicarit, in qua dixisse videri voluerit, quod Caesar, quique praeter hunc adfuere, multo aliter ab eo exposita meminissent. Contra haec sufficere posse illa puto. Cum enim causae exitus is fuerit, ut Caesar ab accusatoribus se non adduci passus sit, ut Deiotarum damnaret, sed nullam omnino eorum, quae ad regem arguendum allata fuerant, rationem habuerit, Cicero defensione sua Deiotaro tantum praestitit, quantum ipse voluerat, et ille optare potuerat. Quod qua ratione, quibusque verbis factum fuerit accurate doceri, quid ad Deiotarum? — Nonne recte licebat Ciceroni, qui omnem causam suscepisset, ut veteri amico et hospiti animum suum gratum ac benevolum ostenderet, quod oratione habenda spectaverat, idem oratione scripta ulterius per-

sequi ac perficere? quid enim? talis ac tanti viri iudicio et testimonio Deiotarum parum delectatum putemus? An hoc ipsi parum fuisse arbitramur, quod a Cicerone tot ac tanta ad eum ornandum scripta legerit, nisi eadem quoque dicta scierit? —

Quod altero loco posui, si quis in ea re prudentiam Ciceronis desiderari censeat, multo alia veterum ratio fuit scripta edendi et publicandi, quam qua nos nunc utimur. Mittebatur libri exemplum illi potissimum, ad quem scriptus erat. Inde eum aliis quoque communicabatur, at parce et lente. Neque quisquam eorum, quorum in manus venit liber, non hoc inprimis tenebat, cui praesertim auctor opus scriptum videri voluerit! Ut dubitare nemo possit, Caesarem ipsum, ac si cui alii haec oratio in manus venerit, multo magis illud quaesivisse, quam bene ac diserte Cicero consilium suum, ut Deiotaro placeret, perfecerit, quam hoc, quam vere atque diligenter ea literis exaraverit, quae dicendo antea proposuisset.

Quibus omnibus effici puto primum quidem ut appareat, quanto in errore versemur quibusque difficultatibus impediamur, si omnia, quae in hac oratione leguntur, vel invito Cicerone, per se apta ac vera esse contendamus; deinde ut pateat, Ciceronis de hac oratione iudicio quid contineatur; denique ut nihilo minus hoc maneat, orationem ut ad auctoris consilium aptissime, ita summa dicendi arte esse conscriptam.

XXII.

Untersuchung über die symbolische Sprache der alten Kunst und Mythologie von *R. Payne Knight.*

[Mitgetheilt aus dem Class. Journ. No. XLV. 1821. v. *G. Hennecke.*]

„Diese Untersuchung war bestimmt, dem 2ten Bande der *select specimens of ancient sculpture, published by the Society of Dilettanti* vorgesetzt zu werden; da indeſs das nothwendig langsame Vorrücken jenes Werks bei dem erschöpften Zustande der auf dasselbe zu verwendenden Fonds dem Vf. wenig Wahrscheinlichkeit gab, es vollendet zu sehen, so hat er sich bewogen gefunden, diesen Theil des Werks in Druck zu geben, damit nicht irgend eine Nachricht über einen, jedem Verehrer der schönen Künste höchst interessanten Gegenstand, die er leicht habe sammeln können, für seine Nachfolger in dergl. Untersuchungen verloren gehen, sondern noch mit Zusätzen u. Verbesserungen

vermehrt werden möge, die es der Erscheinung in der prachtvollen Form u. ausgestattet mit den schönen Kupfern des vorhergehenden Bandes noch würdiger machen dürften."

Erster Theil.

1. Da alle die interessantesten u. wichtigsten Gegenstände der alten Kunst aus der relig. u. poet. Mythologie der Zeiten entlehnt sind, so wird eine Hauptzergliederung der Prinzipien u. des Fortganges jener Mythologie sowohl eine vollständigere, als genauere Erklärung der einzelnen Denkmäler geben, als besondere an jedes Denkmal geknüpfte Abhandlungen gewähren können.

2. Die Urreligion der Griechen, gleich denen aller andern durch Offenbarung nicht erleuchteten Nationen, scheint einfach gewesen zu seyn u. in Verehrung der Sonne, des Mondes, der Sterne, der Erde u. der Gewässer, jedoch ohne dem einen einen grössern Vorzug vor den andern einzuräumen, bestanden zu haben, (Plat. im Cratyl.) *), oder vielmehr der Geister, die man sich als die Beherrscher jener Körper, als Lenker ihrer Bahnen u. als Ordner ihrer Entstehungsarten dachte. Jeder Fluss, jede Quelle, jeder Berg hatte seinen eigenen Genius oder besondere Gottheit, u. da die Menschen natürlicherweise die Gunst ihrer Götter durch solche Mittel zu erlangen suchen, die sie für die angemessensten erachten, sich dieselben als ihr Eigenthum zu gewinnen, so bestand die erste Verehrung in Darbringung gewisser Gaben von Allem, was ihnen am theuersten war. Zu derselben Zeit, wo die regelmässigen Bewegungen der himmlischen Körper, die bestimmte Wiederkehr des Sommers u. Winters, der Tag' u. Nächte, sammt all der bewundernswürdigen Ordnung des Universums in ihnen den Glauben an das Daseyn u. das Wirken solcher höhern Mächte begründete; so bestärkten sie die regellosen u. zerstörenden Kräfte der Natur, als: Ungewitter, Überschwemmungen u. Erdbeben in dem Glauben, dass diese mächtigen Wesen Begierden u. Leidenschaften, ähnlich ihren eigenen, besässen u. sich nur durch den Besitz einer grössern

---

*) Φαινονται μοι οἱ πρωτοι των ανθρωπων των περι την Ἑλλαδα τουτους μονους θεους ἡγεισθαι οὑσπερ νυν πολλοι των βαρβαρων, ἡλιον, και σεληνην, και γην, και αστρα, και ουρανον.

Stärke, Macht, so wie durch einen höheren Verstand unterschieden.

3. Auf jeder Stufe der Gesellschaft lieben die Menschen von Natur das Wunderbare, aber in den frühern Perioden ist ein gewisser Antheil an demselben absolut nothwendig, um eine Erzählung anziehend genug zu machen, die Aufmerksamkeit zu fesseln oder ein geneigtes Ohr zu finden: weſshalb die Handlungen der Götter mit denen der Menschen in den frühesten Überlieferungen u. Geschichten aller Nationen untermischt erscheinen u. in ihren Berichten über Kriegsverhandlungen u. Staatsverträge sowohl, als in denen über die Veränderungen der Natur u. den Ursprung der Dinge poetische Fabel an die Stelle hist. Wahrheit trat. Eine jede Periode hatte ihre berühmten Helden hervorgebracht, deren Heldenthaten die Gunst der Götter unterstützte oder ihr Zorn verhinderte: eine jede hatte ihre Volkssagen hinsichtlich der Mittel, wodurch jene Götter das Universum gebildet hatten, u. Sagen über die Prinzipien, nach welchen sie fortwährend dasselbe regierten. daher die Griechen u. Römer in jedem Lande, welches sie besuchten, sowohl als in ihrem eigenen, einen Herkules vorfanden, u. die Abentheuer eines solchen Heroen liefern den ersten Stoff zur Geschichte, sowie eine Kosmogonie u. Theogonie das erste System der Philosophie, in einer jeden Nation, schafft.

4. Sowie die Handhabung der Ordnung u. des Gehorsam unter den Menschen die Auktorität eines höchsten Richters erleichtete, so kann die fortgesetzte u. allgemein herrschende Ordnung so wie das Gesetzmäſsige im Universum natürlich die Idee eines höchsten Gottes veranlassen, dessen unbeschränkter Gewalt alles Übrige unterworfen war — u. dieses weder durch Sprache noch Beschreibung erreichbare Wesen scheinen die ersten Griechen mit einem kräftig-sinnvollen Namen bezeichnet zu haben, den die Betrachtung seines charakteristischen Attributes natürlicherweise einflöſste, da *Ζευς*, *Δευς*, oder *Deus*, der wahrscheinlichen Etymologie zufolge, Ehrerbietung u. Furcht bezeichnet. [Phurnut. de nat. deor. c. 2.] *) Ihre Dichter vermin-

*) *Παρα τισι δε και Δευς λεγεται* (ὁ Ζευς).

Der Buchstabe Z war, wie bekannt, kein anderer als *ΔΣ* oder *ΣΔ*, durch *Ein* Zeichen ausgedrückt u. bei der Verfeinerung der Sprache u. Vervielfältigung der Dialekte

verloren indeſs bald sein Ansehen u. machten ihn zum Gegenstande eben so vieler phantastischer u. abgeschmackter Mährchen als irgend einen seiner ihm untergebenen Abkömmlinge. Diese Mährchen wurden ein Theil ihrer Religion, obgleich von niemandem im Ernst dafür gehalten, auſser vom niedrigsten Pöbel.

5. Von der Art scheinen die Hauptprinzipien u. Grundlinien des Volksglaubens nicht nur unter den Griechen, sondern unter allen andern von dem Lichte der Offenbarung nicht begünstigten Urvölkern zu seyn; denn obgleich der Vorzug u. die bald darauf folgende Allgemeinheit der Griech. Sprache, so wie der erhabenere Genius u. der verfeinertere Geschmack der frühern Griech. Dichter die Kenntniſs ihrer heil. Mythologie unverfälschter erhalten haben, so finden wir Spuren von diesen eben so einfältigen Prinzipien als phantastischen Baugerüsten, von den Küsten des Baltischen Meers bis zu den Ufern des Ganges, u. da können uns, ohne erheblichen Zweifel, die unter den Hindus noch vorhandenen groſsen poetischen Kosmogonien u. die von denen der Skandinavier aufbewahrten Fragmente ganz zulängliche Ideen von dem Stil u. dem Inhalte jener weitläuftigen Zusammenstoppelungen in Versen verschaffen, welche den mystischen Unterricht der alten Priester in Persien,*) Germanien,**) Spanien,***) Gallien u. Britannien ausmachten, der in den beiden letz-

wurde das Σ häufig weggelassen, wie erhellet aus den ältesten Denkmünzen von Zankle in Sicilien, worauf die Inschrift ΔΑΝΚΛΕ. In den ächten Stücken der Il. u. Od. gibt es kein Beispiel von einem kurzen Vokale vor ΔΕΟΣ, ΔΕΙΝΟΣ, ΔΕΙΔΩ, cet., so daſs der erste ursprünglich ein doppelter Konsonant, wahrscheinlich ΔΣ, war, der anfangs ΔΔ wurde, nachher Δ, obgleich das Metrum der alten Barden das doppelte Zeitmaaſs in der Aussprache aufbewahrt hat.

*) Vicies centum millia versuum a Zoroastre condita. Hermipp. ap. Plin. lib. XXX. c. 1.

**) Celebrant (Germani) carminibus antiquis, quod unum apud illos memoriae et annalium genus, Tuistonem deum terra editum et filium Mannum originem gentis conditoresque. Tacit. de mor. Germ.

***) Της παλαιας μνημης εχουσι (τουρδουλοι) τα συγγραμματα και ποιηματα και νομους εμμετρους ἑξακισχιλιων ετων, ὡς φασι. Strab. l. III. p. 139.

tern Ländern so ausgedehnt war, dafs die Bildung eines Druiden oft 20 Jahre erforderte.*)

6. Aber aufser dieser gemeinen oder Volksreligion (Mythologie) gab es in den civilisirteren Theilen Griechenlands, Asiens u. Aegyptens ein geheimes oder mystisches Lehrgebäude, welches gemeiniglich durch ein erbliches Priesteramt in Tempeln langbewährter Heiligkeit aufbewahrt u. nur Personen, die sich zuvor des ausgezeichnetsten Vertrauens würdig bewiesen hatten, unter den feierlichsten Gelübden der Verschwiegenheit kund gethan wurde. Von der Art waren die Eleusinischen Mysterien in Attika, welche bei der Nähe der glänzendsten, mächtigsten u. durch Wissenschaft blühendsten Hauptstadt Griechenlands höher gefeiert u. bekannter waren als irgend ein anderes Fest, u. sich daher zu einer besondern Untersuchung, die zur allg. Kenntnifs aller führen kann, am meisten eignen.

7. Diese Mysterien standen unter dem Schutze der Ceres u. Proserpina u. wurden τελεται genannt, weil niemand für vollkommen gehalten wurde, der nicht in diese oder andere war eingeweihet worden. Man theilte sie in 2 Abstuffungen, die erste oder kleinere derselben war eine Art heil. Reinigung, um den Geist für die göttl. Wahrheiten vorzubereiten, die ihm in der zweiten oder gröfsern eröffnet werden sollten. (Scholiast. in Aristoph.)**) Fünf Jahre waren zwischen ihnen zur Prüfung erforderlich u. am Ende derselben wurde der Eingeweihete, wenn er für würdig befunden, in das Innerste des Tempels zugelassen u. mit den ersten Grundsätzen der Religion bekannt gemacht, (Salmas. not. in Ael. Spart. hist. p. 116. Meurs. Eleus. c. VIII.), *der Kenntnifs der Gottheit der Natur, des Ersten, des Höchsten, des Verständigen;****) *wodurch die Menschen von Rohheit u. Barbarei zur Kunst u. Veredelung zurückgebracht u. gelehrt worden, nicht nur glücklicher zu leben, sondern un-*

*) Magnum ibi numerum versuum ediscere dicuntur; itaque nonnulli annos vicenos in disciplina permanent; neque fas esse existimant ea litteris mandare. Caes. de B. G. l. VI.

**) *Μυστηρια δε δυο τελειται του ενιαυτου, Δημητρι και Κορη, τα μικρα και τα μεγαλα. και εστι τα μικρα ὥσπερ προκαθαρσις και προαγνευσις των μεγαλων.*

***) *ὧν τελος εστιν ἡ του πρωτου, και κυριου, και νοητου γνωσις.* Plutarch. de Is. et Osir.

Kampf des Python mit dem Apollo, die Flucht des Bakchus u. die Wanderung der Ceres werden vom Plutarch (de Is. et Osir.) mit den ägypt. Sagen vom Osiris u. Typhon zusammengestellt, da sie dieselbe Bedeutung wie die andern Arten Geheimnisse in der mystischen Religion enthalten.*)

11. Das entfernte Alterthum dieses Gebrauchs, wissenschaftliche Gegenstände (knowledge) in Symbolen vorzutragen u. sie von früher Zeit an religiösen Objekten anzupassen, hat denselben den Charakter der Heiligkeit, jeder andern Schreibart fremd, verschafft, u. es scheint eine sehr allgemein angenommene Meinung gewesen zu seyn unter den Heiden, daſs göttliche Wahrheiten sich für die Schwäche des menschl. Verstandes besser eigneten, wenn sie in Bilden eingekleidet u. in Fabeln u. Räthsel gehüllt wären, als wenn sie in offner Einfachheit natürlicher Weisheit u. reiner Philosophie dargelegt würden (Maxim. Tyr. dissert. X. S. 4.).

12. Die Kunst, Ideen dem Auge anschaulich zu machen, hat vier verschiedene Stuffen in ihrem Fortgange zur Vollendung durchlaufen. Auf der ersten wurden die Gegenstände u. Begebenheiten, die man bezeichnen wollte, einfach dargestellt; auf der zweiten gebrauchte man irgend eine besondere charakteristische Eigenschaft des Individuums, um eine allgemeine Eigenschaft oder eine abstrakte Idee auszudrücken, wie durch die Darstellung eines Pferdes die Schnelligkeit, durch die eines Hundes die Wachsamkeit oder durch die eines Hasen die Fruchtbarkeit; auf der dritten Stuffe erfand man verabredete Zeichen, Ideen zu versinnlichen, wie noch jetzt bei den Chinesen üblich ist, u. auf der vierten wurden ähnliche Zeichen angewendet, die verschiedenen Modifikationen in dem Schalle der Stimme darzustellen, so wie deren verschiedene Abtheilungen in abgesonderte Theile oder Sylben durch

*) Τα γαρ Γιγαντικα και Τιτανικα παρ' Ἑλλησιν ᾀδομενα, και Κρονου τινος αθεσμοι πραξεις, και Πυθωνος αντιταξεις προς Απολλωνα, φυγάι τε Διονυσου και πλαναι Δημητρος, ουδεν απολειπουσι των Ὀσιριακων και Τυφωνικων, αλλων τε, ὡν πασιν εξεστιν ανεδην μυθολογουμενων ακουειν· ὁσα τε μυστικοις ἱεροις περικαλυπτομενα και τελεταις, αρρητα διασωζεται και αθεατα προς τους πολλους, ὁμοιον εχει λογον.

Gliederfugen. Diefs ist es, was wir alphabet. Schrift nennen, welche viel klarer u. einfacher als irgend eine andere ist, da die Tonveränderungen durch die Organe des Mundes vielweniger verschieden u. in die Augen fallender sind als die der Ideen durch die Operationen des Verstandes. Die zweite Art indefs, die man von ihrem Gebrauche unter den Ägyptern die hieroglyphische nannte, ward überall dazu verwendet, Lehrsätze der Religion auszudrücken oder zu verstecken u. wir werden finden, dafs eben dieselben Bilder zur Bezeichnung derselben Ideen in fast jedem Theile der nördlichen Hemisphäre gebraucht wurden.

13. Bei Untersuchung dieser Symbole in den Überresten der a. K., die der Barbarei u. dem Aberglauben des Mittelalters entgangen sind, werden wir mit vieler Schwierigkeit diejenigen Gebilde, die blofse Äufserungen des Geschmacks u. der Phantasie sind, von denen, welche Embleme von dem waren, was für göttl. Wahrheit gehalten wurde, unterscheiden; dessen ungeachtet aber ist diese Schwierigkeit nicht so grofs, wie sie beim ersten Blick zu seyn scheint, denn es gibt unter den mancherlei sinnlichen Denkmälern nicht nur desselben sondern verschiedener u. entfernter Länder, eine so leicht zu findende Analogie u. Verknüpfung, dafs sie, gut geordnet u. unter *einen* Gesichtspunkt gebracht, sich in einem hohen Grade selbst aufhellen, durch wechselseitige Erklärung unter einander. Da gibt es sogar eine Klasse, die reichste u. wichtigste unter allen, welche unter Anordnung der öffentlichen Auktorität entworfen u. bestätigt worden u. daher, was auch immer für eine Bedeutung sie in sich fassen, das Gutachten von Nationen u. nicht der Einfall von Individuen gewesen seyn müssen.

14. Diefs ist die Klasse der Münzen, deren Schriftbilder jederzeit für so streng heilig gehalten wurden, dafs die stolzesten u. mächtigsten Herrscher es nie wagten, ihre Bildnisse auf dieselben zu setzen, bis die Sitte, Souveraine zu vergöttern, sie unter die Götter aufgenommen hatte. Weder die Könige von Persien, Macedonien oder Epirus, noch die Tyrannen von Sicilien mafsten sich jemals diese Freiheit an: die ersten Bildnisse, die wir auf Münzen finden, sind die der Ägypt. u. Syr. Dynastien Macedonischer Fürsten, welche die Schmeichelei ihrer Unterthanen zu göttl. Ehren erhoben hatte. Die Künstler hatten in der That vorher ein Mittel erfunden, der Eitelkeit ihrer Schutz-

patrone zu huldigen, ohne ihrer Frömmigkeit zu nahe zu treten, dadurch, dafs sie unter ihre Züge die der Gottheit, deren Bild aufgeprägt werden sollte, mischten, ein Kunstgriff, den man bei den Münzen verschiedener Maced. Könige vor Einführung des Gebrauchs, ihre Bildnisse auf dieselben zu prägen, scheint angewendet zu haben.*)

15. Den Umstand, dafs eine so grofse Menge sehr alter Münzen sich unversehrt u. vollkommen erhalten hat, verdankt man in einem hohen Grade der Heiligkeit der Schriftbilder; denn ihr nur ist es beizumessen, dafs sie in Grabstätten mit Vasen u. andern heil. Symbolen niedergelegt wurden, u. nicht, wie Lucian scherzweise vermuthete, damit die Verstorbenen ihr Fährgeld über den Styx davon bestreiten könnten, indem die ganze Dichtung v. Charon u. seinem Nachen aus späterer Zeit ist u. später erscheint als manche Grabhügel, in denen Münzen gefunden worden.

16. Die ersten Münzsorten, welche, der Zahl, nicht dem Gewicht nach, im Umlaufe waren, worüber wir einige Nachricht haben, bestanden in kleinen Spitzsäulen von Kupfer oder Eisen, welche, wie wir zeigen werden, Symbole grofser Heiligkeit u. hohen Alterthums waren. Da sechs dieser Stücke so viel betrugen als eine Hand bequem fassen konnte, so wurden die Wörter *Obolus* (ὀβολὸς u. ὀβελὸς) u. *Drachma* (δραχμὴ u. δράγμη), welche *Spitzsäule* u. *handvoll* bedeuten, nach Erfindung, Geld zu prägen, immer gebraucht, den respektiven Werth der beiden Geldsorten zu bezeichnen, von denen die letztere den sechsfachen Werth der erstern enthielt (Polyb. l. IX. c. VI. s. 77. conf. c. Eustath. in Il. p. 136. Ed. R.**) In Griechenland u. Macedo-

*) Man s. die Münzeu vom Archelaus, Amyntas, Alexander II., Perdiccas, Philipp, Alexander d. G., Philipp Aridäus u. Seleucus I., auf allen diesen scheinen die unterschiedenen Charaktere u. Züge, welche in Hinsicht auf die verschiedenen Herkulesköpfe ggeben worden sind, die der resp. Fürsten darzustellen. Was die häufige Erscheinung dieser Sitte in Privatfamilien der Römer anbetrifft, vergl. Statii Sylv. I. v. 1. 231 — 4.

oder der innere Zusammenhang der Dinge dem numerösen Vortrage vorhergehen, oder zum Grunde liegen, u. die jedesmalige Art des numerösen Vortrags bestimmen. Allein ist der Sinn vorausgesetzt, der Inhalt gegeben, die Beschaffenheit des taktmäfsigen in der Seele des Redners geordnet oder gegründet; dann hat der Numerus seinen eignen Gang, seine besondern Rücksichten, u. folgt gewissen Regeln, wenn gleich hier nicht metrische Gesetze gelten, sondern Vieles dem individuellen feinen Gefühle u. scharfen Urtheile überlassen bleibt. Es läfst sich wohl beurtheilen, ob eine gemachte Rede rhythmisch sey; aber es läfst sich nicht immer festsetzen, dafs man sie nach diesen oder jenen einzelnen u. bestimmten Rhythmen, wie in der Metrik geschieht, verfassen müsse. Hier finden Statt die Rhythmen der einzelnen Wörter an sich u. gegen einander, die Rhythmen der einzelnen Glieder an sich u. gegen einander in der Periode, die Rhythmen des Anfangs u. des Schlufsfalls von der Periode, die Rhythmen der einzelnen Perioden gegen einander in der ganzen Rede u. die Rhythmen der Anfangs- u. Schlufsperiode von dem ganzen Vortrage. Vor allen Dingen gehört dazu, dafs der Redner eine genaue Kenntnifs von den Längen u. Kürzen der Sylben oder von den Höhen u. Tiefen, von dem Betonten u. Unbetonten in den Wörtern besitzt, um die Wörter gut zu stellen, u. die Worte gehörig auf einander folgen zu lassen, wie Moritz in der Deutschen Prosodie, besonders S. 53 ff. die Sache im Allgemeinen mit vorzüglichem Scharfsinne ins Licht gesetzt, u. auch Gräffe daraus das Nöthige S. 51 — 109 lesenswerth beigebracht hat. Wenigstens hat Moritz nach meinem Urtheile den Geist der Deutschen Prosodie noch immer am richtigsten aufgefafst, u. mit so vieler Kunst auch Vofs, besonders den Deutschen Hexameter nach der Weise der Alten herausgebildet hat; so ist immer noch die Frage, ob nicht der Genius der Deutschen Sprache über Gewaltsamkeit klagen mufs. Wenn gleich Blair in einer seiner Vorlesungen die Meinung mit guten Gründen unterstützt hat, dafs es vergeblich sey, auf die Harmonie unsrer Perioden die gleiche Aufmerksamkeit zu verwenden, welche die Alten wegen des Musikalischen u. Wohlklingenden ihrer Sprache auf die ihrige verwandten; so weiche ich doch von seinem Urtheile ab, dafs unsre Prosa sich nicht so, wie die der Alten, nach Spondäen u. Trochäen, Jamben u. Päonen oder andern

metrischen Füfsen abmessen lasse. Allerdings nicht abmessen, wie im Metrum; aber die schickliche Stellung u. Aufeinanderfolge der Längen u. Kürzen oder Höhen u. Tiefen in den Sylben u. Wörtern ist wahrlich für die Rede wichtig, wenn der Vortrag dem Ohre angenehm werden soll. Gräffe hat diefs durch Urtheil u. Beispiele trefflich gezeigt. Bei dieser Harmonie sind zwei Rücksichten, der Numerus der einzelnen Periode u. der Numerus der Perioden unter u. gegen einander in der ganzen Rede. Der Numerus der einzelnen Periode befafst drei Stücke, nämlich die rhythmisch schickliche Stellung der einzelnen Worte überhaupt u. besonders zu Anfang, die rhythmisch passende Anordnung der einzelnen Glieder, die Kadenz oder den Schlufsfall der Periode. Bei der Stellung der einzelnen Worte kommt es, wie eben gesagt worden ist, in jedem einzelnen Falle auf das eigne Gehör des Redners an; es mufs ein geschicktes, wohlklingendes u. abwechselndes Tonmaafs in den aufeinanderfolgenden Sylben u. Ausdrücken beobachtet werden, damit nicht rauhe, harte, schleppende, widrigtönende Laute das Ohr beleidigen. Über den Rhythmus in Ansehung des Anfangs, so wie auch des Schlusses der Perioden bei den Alten u. bei den Deutschen ist Gräffe S. 110 — 136 lesenswerth. Bedeutender u. verwickelter in der Ausarbeitung ist die rythmisch passende Anordnung der einzelnen Glieder. Es mag hiebei eine vollere Periode zum Grunde liegen, weil danach die Rhythmen sich richten. Hier müssen die einzelnen Glieder so vertheilt werden, dafs die Pausen, Ruhepunkte, Einschnitte, welche man durch Unterscheidungszeichen andeutet, in einem geschickten Verhältnisse gegen einander stehen; dafs jedoch die einzelnen Glieder in Ansehung ihrer Länge u. Form nicht ein steifes u. ermüdendes Einerlei, sondern eine gehörige Mannigfaltigkeit haben. Z. B. wenn der Vordersatz etwas lang ist, so mufs der Nachsatz zwar nicht von einer gleichen abgemessenen Länge, aber doch nicht zu kurz, sondern, wenn Ungleichheit Statt findet, eher noch etwas länger seyn. Wenn der Vorder- u. Nachsatz mehrere Glieder hat, so müssen die einzelnen Glieder so stehen, dafs auf ein kürzeres ein längeres folget. Werden in die Glieder des Vorder- u. Nachsatzes gewisse Sätze eingeschoben, so mufs der eingeschobene Satz nicht zu lang seyn, sondern in lichtvoller Verbindung mit dem Ganzen stehen, mufs von dem Gliede gehörig eingefafst u. mehrsylbig umschlos-

sen werden. Diefs alles macht die Ründe der Periode aus. Ist nach dem Sinne die Steigerung gegeben, so mufs das kürzere Glied mit schwächer tönenden Rhythmen vorhergehen, u. stufenweise der längere Satz mit voller lautenden Rhythmen nachfolgen, bisweilen kann, wenn man nur den kräftigen u. immer kräftigern Gedanken u. Numerus hinterher u. zuletzt stellet, eine umgekehrte Gradation Statt finden, u. auf den längern Satz der immer kürzere folgen. Auch hierüber ist Gräffe S. 146 — 165 vom Rhythmus in der Mitte u. im Fortgange der Rede nachzulesen. Das dritte Stück, die Kadenz oder der Schlufsfall der Periode, war den Griechen u. Römern das wichtigste, u. zwar aus dem einfachen Grunde, weil, wie der Verstand in der wichtigsten Idee, so das Ohr in den wohlklingendsten Tönen erst am Schlusse der Periode seine völlige Befriedigung sucht u. findet. Daher am Ende der Periode Partikeln, Pronomina, andre kleine einsylbige u. tonlose Wörter misklingen; daher dort, wie die reichhaltigste Idee, das längste Glied der Periode, so die schallreichsten u. tönendsten Wörter am besten gefallen. Die wohllautendsten Rhythmen am Schlusse hat Gräffe angeführt; nur wähne man nicht, dafs der Ausgang des Hexameters — ∪∪ — ∪ immer einen geschickten Schlufsfall bildet, weil er etwa so metrisch klingt, aber eben defshalb, wenigstens so häufig gebraucht, Tadel verdient. Überhaupt mufs hier alle Eintönigkeit u. Künstelei vermieden, mufs hier, wie in der Vertheilung der einzelnen Glieder u. in den Perioden des ganzen Vortrags, die möglichste Abwechselung herrschen. Die zweite Rücksicht geht noch auf den Numerus der Perioden unter u. gegeneinander in der ganzen Rede, u. kann hier, so wichtig sie auch ist, nur kurz angedeutet werden. Hier gilt die Mannigfaltigkeit u. das Verhältnifs der einzelnen Perioden, wie die geschickte Schlufsperiode. Ist der Sinn gegeben, so müssen dem gemäfs die Perioden eingerichtet werden; liegt aber diefs in der Seele, so ist dann der rhythmische Periodengang frei, für sich bestehend, gleichsam formal, u. folgt seinen eigenthümlichen Gesetzen. Die Hauptregel ist hier Mannigfaltigkeit, Abwechselung mit langen u. kurzen Perioden, worauf immer die Rhythmen-Bezug nehmen, wie sie auch von den einzelnen Sätzen u. Gliedern, von den Cäsuren u. Pausen einer Periode gilt. Hinter einander dürfen nicht mehrere Perioden von einer gleichförmigen Bauart folgen; das Verhältnifs der Perioden gegen einan-

der ist dieses, dafs, je nachdem der Vortrag belehrend oder affektvoll ist, in der ganzen Rede bald eine gröfsere Summe von kurzen, bald eine gröfsere Menge von langen Perioden Statt findet; jede vorhergehende Periode bereitet die folgende vor, u. gibt ihr gleichsam den Takt oder Gehalt; die Anfangsperiode der ganzen Rede gibt den Ton u. das Richtmaafs an, nach welchem die übrigen Perioden beschaffen seyn müssen; die Perioden zusammen bilden ein Ganzes, gleichsam eine Kette, in welcher die einzelnen gröfsern oder kleinern Glieder mit ihren geschickt eingreifenden Fugen sich in gehörigem Ebenmaafse aneinander schliefsen. Dieser Absprung auf den Periodenbau soll eben auf den rhythmischen tenor hinweisen. Was die Schlufsperiode des ganzen Vortrags anlangt, so findet von ihr u. von ihr u. von ihrer Wichtigkeit das Statt, was ich oben von dem Schlufsfall einer Periode gesagt habe; sie soll, wie da der Redner nach dem Ausspruche der alten Rhetoren durch die kräftigsten Vorstellungen aculeos in animis auditorum zurücklassen mufs, so durch den volltönendsten Rhythmengang einen tiefen Eindruck machen.

Das dritte u. letzte Stück des Numerus ist das *Bezeichnende* u. *Malerische* des Einzelnen u. Ganzen in der Darstellung. Blair Vorlesg. XIV u. Gräffe S. 173-186 haben darüber am besten gelehrt, wenn gleich von dem letztern noch mehr Ausführung der Sache zu wünschen gewesen wäre. Beides, das Bezeichnende oder Ausdruckende u. das Malerische, geht auf den Sinn u. Gehalt der Rede, u. ist nur durch Grade von einander verschieden; das Malerische ist der höhere Grad, sofern die Rhythmen den Gegenstand oder den Gedanken u. das Gefühl durch die ihm ähnliche Töne schildern. Allerdings müssen die Ideen gleichsam den Takt u. das Tonmaafs angeben; der Redner mufs den Geist u. Charakter oder, wie Klopstock in seinen Fragmenten über Sprache u. Dichtkunst sich ausdruckt, den Tonverhalt der Rhythmen genau kennen, um zu wissen, welche dem Inhalte seines Vortrags am besten anpassen; so verschieden der Gegenstand ist, welchen er behandelt, so verschieden wird auch der Numerus, wie der Periodenbau seyn. Wenn gleich das Bezeichnende u. besonders das Malerische, wovon Gräffe S. 41 zwei passende Beispiele aus Göthe's neuen Schriften anführt, mehr von der poetischen Schreibart gilt, so findet es doch auch bei der prosaischen Statt. Voller u. stärker sind

die Rhythmen in der feierlichen Rede, leichter u. fliessender im didaktischen Vortrage, majestätischer u. stürmischer im Ausdruck, des Pathos u. der Leidenschaft, freier u. ungezwungener im Tone der Untersuchung u. vertraulichen Sprache. Was aber das Malerische anlangt, so ist unstreitig eine Ähnlichkeit zwischen Schall u. Idee, wenn ich gleich weiſs, daſs hier uns oft die Einbildungskraft täuscht, daſs, wenn wir bei Lesung einer Stelle eine melodische Zusammenstimmung des Sinnes mit den Tönen zu finden wähnen, oft nur unsre, von der Sache gerührte Empfindung uns zu diesem Urtheile verleitet. Diese Ähnlichkeit liegt in dem Ursprunge u. Baue jeder Sprache, da die Wörter zuerst eine sinnliche Bedeutung hatten, von dem Schalle des Gegenstandes, welchen sie bezeichnen, entlehnt waren. Man denke an das Brausen des Sturmes, an das Rollen des Donners, an das Säuseln des kühlenden Abendwindes, an das Klirren der Ketten. Blair nimmt dreierlei Gattungen von nachzuahmenden Gegenständen an, nämlich die der Sache gleichklingenden Töne, die Bewegung, die Empfindungen u. Leidenschaften der menschlichen Seele. Allerdings, um nur bei der Bewegung stehen zu bleiben, werden mehrere einsylbige Wörter eine ununterbrochene mühsame Bewegung, werden rauhe Töne eine starke u. lermende, werden sanfte Töne eine gelinde, werden lange Töne eine langsame, werden kurze Sylben u. Töne bald eine hurtige Bewegung, bald Ernsthaftigkeit u. Majestät ausdrucken. Was hier von den Rhythmen der einzelnen Periode gilt, das gilt auch von den Rhythmen der ganzen Rede.

Nach den bisher angegebenen Kennzeichen oder Bestandtheilen des Numerus würde ich ihn kurz etwa so erklären: Rhythmus ist die wohlklingende (melodische), takthafte u. dem Sinne angemessene Darstellung der Rede. Übrigens wird hier immer eine Hauptregel bleiben, daſs der Redende ja die Kunst verbirgt, jeden Schein des peinlichen Strebens nach dem Numerus vermeidet, u. so vorträgt, als wenn Periodenbau u. Rhythmus natürlich, ohne alle Mühe, wie von selbst, als wenn eben die Sache so etwas wirkte, sich ungezwungen anschlieſsen. Nirgend ist das Hervorleuchten eines zu sorgfältigen Haschens nach äuſserem Putze, nach Bildern u. Gleichnissen, nach Periodenrundung u. Numerus widriger, als in einer geistlichen Rede, wo die Seele nur von Wahrheit Pflicht voll seyn, wo der

Redner nur belehren, erbauen, vom Herzen zum Herzen sprechen soll. Daher ist es doppelt, in Ansehung der Sache u. der Kunst, fehlerhaft, wenn man nichtssagende Flickwörter wegen des Numerus anbringt, wie Cicero seiner geliebten plena numerosaque oratio oft die logische Richtigkeit, die Präcision, Bestimmtheit, Energie u. andre höhere Eigenschaften des Stils aufopfert; daher eben wegen des Natürlichen bisweilen der Verstoſs gegen den Numerus, ein scheinbarer Miſslaut einen angenehmen Eindruck macht; daher die *grata negligentia* bei den Alten. Nur spöttle man nicht über den Numerus, als über eine nutzlose, wol gar schädliche Künstelei, wenn man nicht an das Mittelalter erinnern will, wo man die ignorantia selig pries; nur bedenke man, daſs eine Predigt mehr, als ein Vortrag auf den Griechischen u. Römischen Rednerbühne, mehr, als eine Englische Parlamentsrede, es verdient, nicht nur mit Würde u. Wärme, sondern auch mit Anmuth u. Schönheit zu erscheinen, zumal da die letztern Eigenschaften der Belehrung u. Erbauung noch mehr verstärken. Ich füge daher den lebhaften Wunsch hinzu, daſs die vortreffliche Gräffe'sche Schrift nicht nur fleiſsig gelesen, sondern recht eigentlich studirt werde, u. ich bin schon zufrieden, wenn die gegenwärtige Abhandlung nur das Verdienst hat, von neuem auf die Sache, wie selbst auf jene Schrift, aufmerksam zu machen.

Zerbst. *Blühdorn.*

XXVIII.

Commentatio epigraphica. 1) Scripsit *Fridericus Osann.*

Quidquid sub terra est, in apricum proferet aetas.
HORATIVS.

Celebratissimum epigramma, quod hanc dicendi opportunitatem dedit, hodie in Museo Britannico asservatum,

1) Commentationem hanc epigraphicam speciminis loco simul auctor esse voluit corporis titulorum antiquorum ab hoc anno 1822 singulis formae maximae fasciculis propediem prodituri, ita inscriptis

licet a viris eruditis *) certatim repetitum sit, tamen tantum abest, ut id qua par est diligentia descriptum adhuc sit, ut potius novo opus sit editore, qui collato iterum marmore genuinam tandem tituli lectionem eruat. Quo munere ipsi nos, quum Londini quinque ante annis versaremur, functi hoc in schedas coniecimus apographum:

ΟΥΡΙΟΝΕΚΠΡΥΜΝΗΣΤΙΣΟΔΗΓΗΤΗΡΑΚΑΛΕΙΤΩ
ΖΗΝΑΚΑΤΑΠΡΟΤΟΝΩΝΙΣΤΙΟΝΕΚΠΕΤΑΣΑΣ
ΕΙΤΕΠΙΚΥΑΝΕΑΣΔΙΝΑΣΔΡΟΜΟΣΕΝΘΑΠΟΣΕΙΔΩΝ
ΚΑΜΠΥΛΟΝΕΙΛΙΣΣΕΙΚΥΜΑΠΑΡΑΨΑΜΑΘΟΙΣ
ΕΙΤΕΚΑΤΑΙΓΑΙΗΝΠΟΝΤΟΥΠΛΑΚΑΝΟΣΤΟΝΕΡΕΥΝ
ΝΕΙΣΘΩΤΩΙΔΕΒΑΛΩΝΨΑΙΣΤΑΠΑΡΑΞΟΑΝΩΙ
ΩΔΕΤΟΝΕΥΑΝΤΗΤΟΝΑΕΙΘΕΟΝΑΝΤΙΠΑΤΡΟΥΠΑΙΣ
ΣΤΗΣΕΦΙΛΩΝΑΓΑΘΗΣΣΥΜΒΟΛΟΝΕΥΠΛΟΙΗΣ

Inscriptionem hanc in agro Chalcedonico repertam statuae Iovis Urii in templo ad Bosporum Thracium sito subiectam fuisse, ipse lapis testatur. Hic enim Iuppiter Urius, quem cave ne cum Iove Termino, Ὀρίῳ

Sylloge inscriptionum antiquarum Graecarum et Latinarum, quas in itineribus suis per Italiam, Galliam et Britanniam factis exscripsit partimque nunc primum edidit Fridericus Osann, Ienae in libraria Croeckeria.

De qua Sylloge hoc unice praefari mihi hic liceat, eam si non ab alia re, ab hac profecto viris doctis probatum iri ac commendatum, quod qui ad hunc usque diem innotuerunt tituli tam a vetustate quam ab argumento eximiores, syntagmate hocce aut primum editi, aut iterum summa cum cura et diligentia de lapide a me descripti comprehendantur. Continebitur autem eo, ut de singulis dicam, pars titulorum in Museo Britannico asservatorum maxima, quos inter marmora ab Elgino comite illustri dicta primum locum occupant: quae sequi iubeo ex Museo Parisiensi nonnullos cum Fourmontianorum parte. Ad haec denique accedent inscriptiones, quae in Museis Romanis, Florentinis, Venetis, Mediolanensibus, Neapolitanis, aliis exstant, omnes diligenter a me exscriptae. At haec sufficiant de novo hoc inscriptionum antiquarum corpore indicendo, cuius accuratiorem notitiam iis, quorum interest, conspectus in quavis Germaniae taberna libraria gratis distribuendum exhibebit.

*) Chishull. Antiq. Asiat. p. 59. Spon. Miscell. erud. antiq. p. 332. Wheler Itiner. p. 209 (179). Miscell. Observ. 1733 September p. 205. Bonada Carmin. antiq. ex lapidibus To. I. p. 73. Fleetwood Inscription. antiq. sylloge p. 63. Taylor Comment. ad leg. Decemvirali p. V. et p. 23. Donati Suppl. Muratori T. 4. p. 7. Danius p. 38.

dicto; in Chersoneso inter *Πτέλεον* et *Λευκὴν ἀκτὴν* sacrum habente [3]) confundas, nautarum est deus, cuius celeberrimum erat templum in ipso Bospori ore Byzantio viginti et centum stadia distans, [4]) nautarum lingua τὸ *Ἱερὸν* vulgo appellatum; [5]) de quo plura conferunt Chishullus Antiq. Asiat. p. 62 et Wolfius ad Demosth. Lept. p. 259. *Imperatorem* Iovem Latini [6]) nuncupabant, qui a Graecis veluti deus serenus ventis imperans *Οὔριος* nomine colebatur, et ab iis maximopere qui mare Aegaeum, Propontida et Pontum pernavigabant. Vide de hoc Iove, qui a vento secundo dictus est [7]) Iablonski Opusc. p. 72. c. not. Te Water.

---

3) Demosth. de Haloneso p. 86.

4) Arrian. Peripl. p. 12. ed. Oxon.

5) Menippus Peripl. p. 69. ed. Oxon. *κατὰ τὸ Θρᾴκιον Βόσπορον καὶ τὸ ςόμα τοῦ Εὐξείνου πόντου ἐν δεξιοῖς τῆς Ἀσίας μέρεσιν — κεῖται χωρίον Ἱερὸν καλούμενον.* Adde Demosth. in Lacritum p. 926, 5. 936, 5. *ἐὰν δὲ μετ᾽ ἀρκτοῦρον ἐκπλεύσωσιν ἐκ τοῦ πόντου ἐφ᾽ Ἱερόν.* Idem in Polyclem p. 1211, 25. *προςτάξαντος πλεῖν ἐφ᾽ ἱερόν:* cui loco alium p. seq. iunge, ubi eodem sensu τὸ *Ἱερὸν* recurrit.

6) Cicero II. Verr. 4, 57, 193. *Quid? ex aede Iovis religiosissimum simulacrum Iovis Imperatoris, quem Graeci* Οὔριον [ita Graecis scribendum litteris] *nominant, pulcherrime factum, nonne abstulisti?* Quo loco si Gruteri coniecturam *Imbricitoris* pro *Imperatoris* non probo, tamen haud assentior Chishullo p. 62. *Impuberis* reponenti. De quo Ciceronis loco disertius sententiam meam interponere, quum huc non attineat, hoc tamen adiectum velim, Chishulli commentum ideo nauci esse videri, quod a Cicerone eodem loco Bosporanus hic Iuppiter Urius cum Syracusano et Macedonico nescio quo comparetur, quorum Syracusanum, hoc est celeberrimam illam Iovis Olympii statuam, tantum abest ut Iovem *impuberem* exhibere potuisse credamus, ut potius *Fulguratoris* nomine Syracusis cultus sit. V. Principis eruditissimi Biscari *Viaggio per tutte le antichità della Sicilia*, Palermo 1817. sec. edit. p. 318.

7) Etymolog. M. p. 104, 37. *Ἀνεμούριον καὶ ἀνεμοθούριον, παρὰ τὸ ἄνεμος καὶ τὸ οὖρος, ὃ σημαίνει ἐπιτήδειον ἄνεμον.* Idem p. 348, 57. *παρὰ τὸν οὖρον, ὃ σημαίνει τὸν φορὸν ἄνεμον*, ubi tentare posses εὔφορον pro φορόν. Xenoph. Hell. 6, 2, 27. *εἰ εὔφορον πνεῦμα εἴη.* Eumathius de amor. Ismen. 11. p. 484. ed. Lips. *εὐφόρου ἐτυγχάνομεν πνεύματος.*

Dan. Clarke Travels etc. Tom. 1. p. 660. Adde Aeschyl. Suppl. 691. τὸ πᾶν μῆχαρ οὔριος Ζεύς.

Huic igitur Iovi, navigantium patrono, Philo Antipatri filius, ut gratias propter navigationem secundis velis transactam deo referret, basin istam cum dei statua [8]) erigi inque Ἱερῷ collocari iussit. Simulacri autem quum sola hodie basis supersit, statuae coniicio idem fatum accidisse, quod plurimis huius generis monumentis ipsa veterum aetate accidit, ut signorum raptores basi, si artem unice spectaveris, haud magni momenti relicta pretiosiorem monumenti partem, id est statuam, artium scilicet cultores avehérent. Itaque de Verre Cicero II. Verr. 57, 19. *Atque haec Sappho sublata, quantum desiderium sui reliquerit, dici vix potest. Nam cum ipsa fuit egregie facta, tum epigramma Graecum pernobile incisum habuit in basi, quod iste eruditus homo et Graeculus, qui haec subtiliter iudicat, qui solus intelligit, si unam litteram Graecam scisset, certe non sustulisset.* [9]) *Nunc enim quod inscri-*

8) Usitatius erat solam deo dedicare statuam, quod si subiecta basi fiebat, in titulo baseos id plerumque significari solebat. Unum haec ut probem, iuvat describere lapidem ex Clarkii Itinerario, Tom. 2. p. 355. ed. 4tae, Odessae repertum:

ΑΓΑΘΗΙΤΥΧΗΙ
ΑΠΟΛΛΩΝΙΠΡΟΣ
ΤΑΤΗΙΟΙΜΕΡΙ
ΠΡΑΞΙΑΝΑΚΤΟΣΣΤΡΑ
ΤΗΓΟΙΑΣΚΛΗΠΙΑΔΗΣ
ΠΟΣΙΔΗΟΥ
ΘΡΑΣΙΛΛΗΟΣΘΡΑ
ΣΙΒΟΥΛΟΥ . . . .
. . . .
. . . .
ΜΟΥΛΙΟΥΡΓΟΣ
ΠΟΣΙΔΗΟΥΑΝΕ
ΘΗΚΑΝΝΕΙΚΗΝΧΡΥ
ΣΕΟΝΣΥΝΒΑΣΙ . . . .
. . . .
. . . .
. . . . *ΥΠΕΡ*
ΤΗΣΠΟΛΕΩΣΚΑΙ
ΤΗΣΕΑΥΤΟΝ
. . . . *ΥΓΕΙΑΣ*

9) Hoc loco negatio, quae vulgo additur, cum Garatonio eiicienda, aut ipse orator quum *quod — non sustulisset* scriberet, putandus est Sapphus signum a Verre ablatum animo habuisse.

ptum est inani in basi, declarat quid fuerit et id ablatum indicat. Ciceroni iunge Pausaniam 5, 38. p. 678. ed. Kuhn. *Ἐςὶ δὲ αὐτόθι καὶ ἀνδριάντων βάθρα, οὐκ ἐπόντων ἔτι ἀνδριάντων· ἐλεγεῖον δὲ ἐπὶ τῶν βάθρων Ἀξυάνακτός φησιν εἶναι.* Idem c. 49. p. 698. *οὐ πόῤῥω δὲ τῆς ἀγορᾶς θέατρόν τέ ἐςι, καὶ πρὸς αὐτῷ βάθρα εἰκόνων χαλκῶν· αὐται δὲ οὐκ εἰσὶν ἔτι αἱ εἰκόνες· ἐλεγεῖον δ' ἐφ' ἑνὶ τῶν βάθρων ἐςὶ* etc.

In externum statuae, de cuius basi hic loquimur, habitum coniecturam facere velle, temerarium iudico. Profert quidem Chishullus p. 61 insignem Gyllii de Bosphoro Thracio 3, 5. locum, quem quum huc maxime facere videatur, operae pretium putavi accuratius considerare. Hic Gyllius Dionysium Byzantium[10]) sequutus haec narrat: *In Fano* [Iovis Urii] *statua aerea est antiquae artis, aetatem puerilem prae se ferens, tendens manus . . . . Quidam aiunt audaciae signum esse navigantium, deterrens temeritatem navigationis periculis plenam, atque ostendens redeuntium salutis felicitatem et pietatem.* Quo cum loco quodammodo concinere videntur, quae Pausanias de Iovis statua Elide erecta tradit 5, 24. p. 400. *παρὰ δὲ τῷ Πελοπίῳ κίων τε οὐχ ὑψηλὸς, καὶ ἄγαλμα Διός ἐςιν ἐπ' αὐτῷ μικρὸν, τὴν ἑτέραν τῶν χειρῶν προτεῖνον.* Primum autem Gyllii auctoritas, etsi non sublestae tamen tantae non est fidei, ut omnia quae tradat, religiose credenda sint: deinde statuam a Gyllio descriptam ab ea, quam Philo poni iussit, diversam haud fuisse, probari nullo pacto potest.

Denique de Philone, Antipatri filio, quid apud me commentus sim, promam, licet ipse sciam veri hoc potius simile, quam verum esse. Nimirum hanc Philonis navigationem atque eam, de qua multus est Demosthenes in Lacritum oratione, suspicor nihil differre. In nave enim a pluribus Atheniensibus pecuniam contribuentibus mercaturae caussa in Bosporum Cimmericum missa simul *οἱ οἰκέται* Antipatri, negotiatoris Atheniensis, ad quem pars navis mercibus repletae perti-

---

10) De Dionysio hoc antiquo Geographiae scriptore, cuius Anaplo Bospori Thracii Gyllius elegantissimis tribus de eodem argumento libris componendis tamquam duce et face, ipsius aetate integro, hodie proh dolor! deperdito usus est, (v. Gyllii 1, 1. p. 10. ed. Lugdun. B. 1632.) vide Holstenii Epist. p. 63. cum uberrima nuperi editioris nota. Anaplum illum Dionysii edere voluisse Hudsonum, narrat Bredovius Epist. Paris. p. 30.

nebat, iter in Theudosiam, Panticapaeum aliasque in regiones fecisse a Demosthene l. c. p. 934, traduntur. Hos inter Antipatri *οἰκέτας* quominus filium ipsum fuisse credamus, quum nihil obstet, nescio cur non Philonem nostrum eius Antipatri filium esse arbitremur, quem mercationis illius participem fuisse Demosthenes diserte tradit, eumque in templo Iovis Urii, apud quod ii qui Athenis profecti in Bosporum Cimmericum tenderent, aut e Ponto Athenas peterent, quasi in media via appellere solebant, propter fortunatum usque iter statuam Iovi erigi iussisse. Huic coniecturae minime palaeographica, quam dicunt, lapidis ratio adversatur, quae Demosthenis aetatem eum attingere sinit. Mira profecto est nec satis perpensitata Chishulli p. 64 et Winckelmanni Opp. Tom. 6. P. 1. p. 135 sententia, statuam cum basi a Philone statuario illo factam esse, qui Alexandri M. aetate florens, limatissimum Hephaestionis signum fecisse perhibeatur: [11]) quae sententia non solum verbis ipsius tituli non comprobatur, sed quae de Philone statuario narratio fertur, valde incerta fit, quum Plinius H. N. 34, 19, 6., gravior Tatiano profecto testis, Hephaestionis statuam Lysippo elaboratam referat, simul addens, fuisse qui eam ex errore Polycleto tribuissent: quae postrema ad coniecturam sponte ducunt, ne Polycleti nomen in Tatiani verbis *πάνυ Φίλων* lateat.

Adnotatio.

V. 1. *τις* pro *ἕκαστος* positum, de quo usu articuli indefiniti v. Matthiae Gr. Gr. §. 478. 1. p. 672. Adde Demosthen. de cor. (40.) p. 242. *ἐξ ὧν καὶ σάφες ἄν τις ἴδοι.* *ΕΚΠΡΤΜΝΗΣ.* Wheler. *ΕΠΙΠΡΙΜΝΗΣ.*

V. 2. *ΠΡΟΤΟΝΩΝ.* Wheler. *ΠΡΩΤΟΝΩΝ.* De *προτόνοις* accurate Schol. Apollon. Rhod. 1, 564. *Προτόνους δὲ τὰ ἐξ ἑκατέρου μέρους τοῦ ἱστοῦ ἐπὶ τὴν πρῷραν καὶ τὴν πρύμναν ἐκτεινόμενα σχοινία.*

V. 3. *ΕΙΤΕΠΙ.* Wheler. *ΕΠΙ*, Spon. *ΕΣΤΕΠΙ*, Chishull. *Εἰτ᾽ ἐπί*: falsi omnes.

ΚΤΑΝΕΑΣ. Cf. Schol. Philostrati a nobis editum ad Philemonem p. 298. Gyllius de Bosp. Thrac. 1, 2. p. 46.

ΔΡΟΜΟΣ. Wheler. *ΔΡΟΜΟΥΣ.*

---

11) De hac Hephaestionis statua Chishullus et Winckelmannus conferunt Tatianum orat. ad Graec. c. 55. p. 121. *τὴν Ἡφαιστίωνος οὐκ αἰδεῖσθε πορνείαν, καὶ εἰ πάνυ Φίλων αὐτὸν εὐτέχνως ἐποίει.*

V. 5. *EITE*. Sunt ita lapis. Perperam Wheler *EITA*, quod hinc etiam Chishullus amplexus. Spon. *EIIE*.

ΠΛΑΚΑ. Vocabulum hoc de maris superficie, sive aequore dici, Lexica docent. Mox *EPETNAI* genuina est lapidis lectio, cuius loco et Wheler. et Spon. *EPETNΩN*, quod quum *EPETNAI* non intelligerent, correxisse potius quam oculis in lapide conspexisse videntur. Nimirum ad ἐρευνᾷ supple ex versu primo τις. Caeterum hoc ex loco Grammaticorum eorum opinio refutatur, qui contractam formam tertiae personae praesentis Indicat. verborum in αω desinentium Iota subscripto recte destitui praeceperunt. V. Buttmanni ausführl. Gramm. T. 1. §. 105. p. 507. seq.

V. 6. *NEIΣΘΩ* hodie non amplius exstat: superest tantummodo *NEI* . . . atque id etiam incertum. Quod ad sensum necessario cum seq. iungendum est: contra Chishull., qui ἐρεύνων exhibet.

ΠΑΡΑΞΟΑΝΩΙ. Wheler. *ΠΑΡΑΤΩΖΩΑΝΩΙ*, Spon. *ΠΑΡΑΤΩΑΝΩΙ*. Quod dedimus, est manifesta lapidis lectio, etiam a Chishullo pridem eruta.

V. 7. *ΩΔΕ*. Spon. et Wheler. *ΟΔΕ*.

Coronidis loco totum epigramma hodierno modo distinctum tironum gratia apponam:

Οὔριον ἐκ πρύμνης τις ὁδηγητῆρα καλείτω
Ζῆνα, κατὰ προτόνων ἱςίον ἐκπετάσας·
εἴτ' ἐπὶ Κυανέας δίνας δρόμος, ἔνθα Ποσειδῶν
κάμπυλον εἱλίσσει κῦμα παρὰ ψαμάθοις·
εἴτε κατ' Αἰγαῖαν πόντου πλάκα νόςον ἐρευνᾷ,
νείσθω τῷδε βαλὼν ψαιςὰ παρὰ ξοάνῳ·
ὧδε τὸν εὐάντητον ἀεὶ θεὸν Ἀντιπάτρου παῖς
ςῆσε Φίλων ἀγαθῆς σύμβολον εὐπλοΐης.

XXIX.

De Aulaeo et Proedria Graecorum, ad Pollucis Onomast. IV. 19. §. 121, 122.

Disputatio *G. E. Groddeckii*, praelectionibus in Univ. litt. *Vilnensi* a. 1821. habendis praemissa.

Singularum theatri Graeci apud Pollucem descriptioni nonnulla, ad musicorum genus hoc certaminum quae in theatro agebantur universe spectantia, ab eodem Grammatico praemissa leguntur, e quibus in praesens duo loca, *de proëdria* et *de aulaeo*, paullo diligentius

excutienda, et qualicumque nostra adnotatione illustranda selegimus.

Iam de sede illa, in concionum, ludorum, spectaculorum celebritate, primaria, quam προεδρίαν Graeci vocabant [1]), cuiusque honore non solum cives de republica egregie meritos, sed horum etiam in bello occisorum filios [2]), Senatus Populusque, tum Atheniensis, tum aliarum civitatum Graecarum [3]), donare solebant, pauca haec affert Onomastici auctor (IV. c. 19. §. 122. T. I. p. 422 sqq.):

Πρῶτον δὲ ξύλον, ἡ προεδρία, μάλιστα μὲν δικαστῶν (ἐφ' ὧν καὶ τὸν πρῶτον καθίζοντα, πρωτόβαθρόν Ἐπικράτης φησὶν ὁ κωμῳδοδιδάσκαλος)· ἴσως δ' ἂν καὶ ἐπὶ θεάτρου κατὰ χρῆσιν λέγοιτο.

Primariae sedis honorem alio, eoque, si de theatro agitur, minus proprio vocabulo (πρῶτον ξύλον) designat [4]),

---

1) Vid. Schol. ad Aristoph. Equites vs. 579. Casaubon. ad Theophrasti Characteres cap. 5, 3. p. 70. Fischer. — Hemsterhus. ad Pollucem VIII. §. 133. T. II. p. 958.

2) *Lesbonax* in or. exhortat. p. 34. ed. Orellii. *Ποῖος ἡδίων θάνατος; τίνες εὐκλεέστεροι ἀποθανόντες, ἢ οἱ οὕτω τελευτήσαντες; δημοσίου τάφου ἀξιοῦνται, θυσίαι ἐπὶ τούτοις γίγνονται, ἀγῶνες ἐπὶ τούτοις τίθενται· ἀντὶ θνητοῦ σώματος ἀθάνατον μνῆμα καταλείπουσιν· οἱ δὲ τούτων παῖδες δημοσίᾳ ἐκτρέφονται, τιμώμενοι πανοπλίαις, προεδρίαις, θαυμαζόμενοι καὶ ἐν χοροῖς, καὶ ἐν γυμνασίοις, καὶ ταῖς ἄλλαις συνουσίαις.*

3) Recte *Koehlerus*, acerrimus antiquitatis investigator, in exquisitae doctrinae commentatione, a Cel. *Morgensternio* in *Symbolis Dorpatensibus* (Dörptische Beiträge für Freunde der Philos. Litteratur u. Kunst) anni 1813. P. II. 1814. P. I. II. hoc indice primum vulgata: *Gab es bei den Alten Belohnungen des Verdienstes um den Staat, welche den Ritterorden neuer Zeit ähnlich waren?* pag. 10.: „Was von Athen gesagt werden wird, ist, wie die Folge lehrt, beinahe von allen Griechischen Staaten zu verstehen."

4) *Ξύλον, βάθρον, ἑδώλιον, subsellium, sedes.* Vide Stephan. in Thes. T. I. p. 1138. — *Πρῶτον ξύλον Photius* in Lex. p. 347. explicat *πρῶτον βάθρον ἢ προεδρία.* Ex quo loco, et ex *Hesychii* glossa v. *Ξύλον· πρῶτον βάθρον, τὸ ἐν τῇ προεδρείᾳ, καὶ τῇ ἐκκλησίᾳ, καὶ τῷ δικαστηρίῳ,* aliam eiusdem Photii glossam (Lex. p. 227.), *Ξύλον πρῶτον, τὸ βάραθρον,* corrigendum esse viderunt, post Albertium ad Hesych. l. l., Schleusnerus in Animadverss. ad Photii Lex. p. 57.

idque tritiore et generaliore illo, *προεδρία*, explicat, perhibens, *πρῶτον ξύλον* maxime quidem *iudicum* esse ac vocari, in primo subsellio sedentium; verum sermonis tamen usum haud obstare, quo minus eadem vox etiam ad primam ludos in theatro spectantium sedem transferatur. Sic enim iungenda esse scriptoris verba: *μάλιστα μὲν δικαστῶν* ...... *ἴσως δ' ἂν καὶ ἐπὶ θεάτρου* cet.: ut quae interiecta leguntur, *ἐφ' ὧν καὶ τὸν πρῶτον καθίζοντα* ..... *διδάσκαλος*, in parenthesi dicta accipiantur, et ipsius sententiae, et particularum *μὲν* — *δὲ*, ad se invicem relatarum, ratio aperte docet. Neque aliter locum intellexerunt *Kühnius* [5]) et *Buttmannus*. [6])

Quae de proprio magisque frequentato usu vocabulorum *πρῶτόν ξύλον* tradidit Pollux, quum Aristophanis auctoritate quodammodo firmentur, in Vespis vs. 90, tum ipsius poëtae orationi lucem affundunt:

Φράσω γὰρ ἤδη τὴν νόσον τοῦ δεσπότου.
Φιληλιαστής ἐστιν, ὡς οὐδεὶς ἀνήρ·
Ἐρᾷ τε τούτου τοῦ δικάζειν, καὶ στένει,
Ἢν μὴ 'πὶ τοῦ πρώτου καθίζηται ξύλου.

Enimvero ex eodem Aristophane discimus, etiam *in concione populi* sedem primariam dictam esse *πρῶτον ξύλον*; in Acharn. vs. 25.:

Οἱ δ' ἐν ἀγορᾷ λαλοῦσι, κἄνω καὶ κάτω
Τὸ σχοινίον φεύγουσι τὸ μεμιλτωμένον
Οὐδ' οἱ Πρυτάνεις ἥκουσιν· ἀλλ' ἀωρίαν
Ἥκοντες, εἶτα δ' ὠστιοῦνται, πῶς δοκεῖς;
Ἐλθόντες ἀλλήλοισι περὶ πρώτου ξύλου
Ἀθρόοι καταῤῥέοντες. — — —

Ibi vetus interpres verba *περὶ π. ξ.* recte interpretatur *περὶ τῆς προεδρίας*, auctore ipso Aristophane in eadem fabula vs. 42.:

---

5) Ad Pollucem T. I. p. 423: „Fatetur auctoritate veterum, *πρωτόβαθρον* et *πρῶτον ξύλον* dici de prima sede iudicum. Forte tamen, inquit, usurpari posse et de primo loco in theatro." In qua interpretatione non reprehendas, nisi quod *ἴσως forte* i. e. fortasse vertit. Quod in Lexicographo Graeco, florente adhuc lingua, vix ferendum videtur. Constat enim, vel ex H. Stephani observatione (Thes. I. p. 1728), particulam hanc interdum adhiberi locis quibusdam, ubi alioqui de re minime dubia agitur, adeo, ut addi videatur ad loquendum modestius. Quare hoc loco, scriptoris mentem attendens, verba *ἴσως δὲ* verterim *utique vero*; dictionis Graecae autem, imprimis Atticae, proprietatem respiciens: *sed pari, ut videtur, modo, aeque, haud minus.*

6) Ad Vitruvii vers. Rodianam T. I. p. 276.

Οὐκ ἠγόρευον; τοῦτ᾽ ἐκεῖν᾽ οὐγὼ ᾽λεγον·
Ἐς τὴν προεδρίαν πᾶς ἀνὴρ ὠστίζεται. [7])

Nec diversum sentit *Pollux*, tum nostro loco, tum alio, lib. VIII. §. 133. T. II. p. 958, ubi de populi Atheniensis concionibus, tam in Pnyce quam in theatro Dionysiaco agitatis, locutus, pergit: *Ἐκάλουν δὲ τὴν προεδρίαν καὶ πρῶτον ξύλον, καὶ μάλιστα* [8]) *ἐν τῷ δικαστηρίῳ τὴν πρώτην καθέδραν.* H. e. *Proedriam autem vocarunt etiam πρῶτον ξύλον, et maxime in iudicum consessu primum subsellium.* Nam verba *τὴν πρώτην καθέδραν* etsi melius abessent, salva loci sententia, minime tamen pro singulari quodam primae sedis in tribunali nomine, ex scriptoris mente, habenda esse videntur: quae quidem *Kühnii* opinio fuit, scribentis ad hunc locum: *Ergo in concione erat προεδρία, in iudiciis vero primus locus, πρώτη καθέδρα. Vid. Hesych. in Νεμέσεις.*" Sed glossa haec Hesychii, codicis Ms. bibl. S. Marci auctoritate [9]) sic inscribenda: *Νέμεσις θέας· Ἀθηναῖοι τὰς ἐν τῷ θεάτρῳ ψηφίσματι νενεμημένας προεδρίας ἱερεῦσιν*: praeterquam quod in fine manifeste depravata est, nihil continet, quo firmetur Kühnii sententia. Maior accedit *Hesychii* auctoritas, ut efficiatur, vocabula *πρῶτον ξύλον* et *πρῶτον βάθρον* de proedria tam in populi concione, quam in iudicum consessu usurpata esse. Cuius haec verba leguntur T. II. p. 705 (loco supra iam laudato in not. 4): *Ξύλον.* [10]) *πρῶτον βάθρον, τὸ ἐν τῇ προεδρείᾳ, καὶ τῇ ἐκκλησίᾳ, καὶ τῷ δικαστηρίῳ.* —

7) Qui quidem locus, aeque parum ac Pollucis iste, mox commemorandus, favere videtur opinioni *Schoemanni* De Comitiis Atheniensium p. 55., conficienti, in media Pnycis parte fortasse *lignea* fuisse *subsellia*; Alioquin in *theatro* etiam lignea sedilia exstructa esse admittendum foret. Nam de his quoque *πρῶτον ξύλον* dici posse, Pollux auctor est. Vide infra, in primis notam 16).

8) *μάλιστα.* Adverbium hoc, quod a vulgatis libris abest, e Cod. ms. recipiendum duxi, sensu id postulante, atque ipso Polluce (IV. §. 123) quasi auctore. Suasit etiam Iungermannus. Unde vero lectio fluxerit, quam in Commentariis ad Aristoph. Commoedias editore *Dindorfio* Vol. V. Acharn. vs. 25. p. 35. a doctissimo *Elmsleio* enotatam vidi: *ἐκάλουν δέ τινα προεδρίαν, καὶ πρῶτον ξύλον,* ignoro. Certe commodo sensu prorsus destituta est; nisi forte *τινες* pro *τινα* ab auctore lectionis scriptum fuisse conicias.

9) Vid. *Schowium* in Supplem. ad edit. Hesychii Albertinam p. 559.

10) Fortasse excidit *πρῶτον*, quum statim sequatur *πρῶτον*.

Post haec omnia sane mirum videbitur, quid induxerit *I. C. Scaligerum* atque *Bulengerum*, ut ex Pollucis loco, quem tractamus, colligerent, *Athenis iudices principem in theatro sedem tenuisse.* Ita prior in libro suo *de Comoedia et Tragoedia* (Thes. AA. GG. Gronov. T. VIII. p. 1533.) „In primo ordine, inquit, sedes erant Iudicum; is locus προεδρία fuit appellatus, in qua qui sederat primus, eum Epicrates, antiquus comicus, appellavit πρωτόβαθρον.“ (Secundum Hesychium h. v. τῆς προεδρίας ἀξιωθέντα.). Et *Bulengerus* (De Theatro lib. I. c. 30. in Thes. AA. RR. Graev. T. IX. p. 888 D.) „Prima, ait, sessio dicitur primum lignum, ubi Iudices sedebant. Epicrates eum qui primus sedet inter iudices vocat πρωτόβαθρον. Pollux: πρῶτον δὲ ξύλον κ. τ. λ.“ [11]) Paucis tam interiectis, quasi veritus, ne placitum singulare forte offenderet, per coniecturam, quam *Stieglitzio*, viro doctissimo, non solum probatam, sed pro re certa traditam esse nollem [12]), quaerit:

βάθρον. Nam vix credibile est, simplici vocabulo ξύλον primarius sedis vim adhaesisse. Idem sensisse videtur *Bulengerus* De Theatro I. 30. in Thes. AA. RR. Graev. T. I. p. 888., qui Hesychii verba describens, tacite correxit: ξύλον πρῶτον, πρῶτον βάθρον κ. τ. λ. Idem, ut hoc obiter moneam, eodem loco, Pollucis verba IV. 19. §. 121. ἐφ' ὧν καὶ τὸν πρῶτον καθίζοντα, πρωτόβαθρον Ἐπικράτης φησὶν ὁ κωμῳδοδιδάσκαλος ita laudat: ἐφ' ᾧ καὶ τὸν etc. nimirum ut referantur ad πρῶτον ξύλον, non ad δικαστῶν. Quem secutus esse videtur *Rodius* (Vitruv's Baukunst T. I. p. 276), ita vertens: „*Πρῶτον ξύλον heifst der Vordersitz, besonders der Vordersitz der Richter*, auf *welchem auch der, der zuerst sitzt, vom Komödienschreiber Epikrates πρωτόβαθρος genannt wird.* Cui emendationi, utcumque lenitate sese commendet, quum, quod sciam, libri mss. haud suffragentur, lectio vulgata ἐφ' ὧν scil. δικαστῶν, *in quibus, inter quos*, apud illius aetatis scriptorem vix posthabenda esse videtur.

11) Ne *Casaubonus* quidem ab hoc errore immunem se servavit, in Commentario ad Theophrasti charact. V. 3. p. 71. haec apponens: „Fuit praeterea et *iudicibus suus locus in theatro*, quem locum πρῶτον ξύλον dixerunt. Pollux libro quarto: Πρῶτον ξύλον, ἡ προεδρία, μάλιστα δικαστῶν.“

12) *Encyklopädie d. bürgerl. Baukunst.* T. IV. p. 548.: „Die vordersten Reihen der Sitze in dem Theater waren *für die Richter, welche die Schauspiele beurtheilen, u. den Dichtern die Preise zuerkannten*, u. für die obrigkeitlichen Personen bestimmt, so wie auch für die Heerführer u. Priester.“ In margine testis laudatur Pollux Onom. lib. IV. c. 19. Sect. 121.

„*Haud scio an proëdriam quinque iudices, qui ius Comicis reddebant*," *habuerint*." Sed iam *Hesychii* locus voce *Πέντε κριταί* T. II. p. 911. [13]), quo quasi argumento utitur Bulengerus, satis docet, quod vel aliunde, et ex ipso Polluce [14]) constat, iudices in scenicis his certaminibus proprio nomine *κριτὰς* appellatos fuisse, nunquam *δικαστάς*, qui causas forenses iudicabant. Cf. Platonem de Legg. II. p. 659. Steph. T. I. p. 58. d. 58 ed. Ast. De *his* igitur ut Pollucis verba intelligas, non de fabularum in scena peractarum arbitris, constans sermonis Graecis usus postulat.

Ceterum quae paullo post apud nostrum sequuntur, *ἴσως δ' ἂν καὶ ἐπὶ θεάτρου κατὰ χρῆσιν λέγοιτο*, vereor ut satis integra habeamus. Aut enim, librariorum satis obvio errore, alterum *κατά* cum *χρῆσιν* componendum, excidisse, et genuinam loci scripturam *ἴσως δ' ἂν ἐπὶ θεάτρου κατὰ κατάχρησιν λέγοιτο* fuisse suspicor; aut pro vulgato *κατὰ χρῆσιν*, quum fortasse extremarum syllabarum compendium in ultimo vocabulo librarius haud intellexerit, *καταχρηστικῶς* legendum esse putaverim. Commodissima sic exit universi loci sententia: *Πρῶτον ξύλον* h. e. *προεδρία* maxime quidem primariam iudicum (in dicasterio) sedem significat; haud minus tamen *sensu improprio* [15]) etiam de theatro (i. e. de primo in theatro sedili) *dici poterat*. *Κατάχρησις, καταχρηστικῶς, abusio, per abusionem, abusive*. Cic. in Or. c.

13) *Πέντε κριταί· τοσοῦτοι τοῖς κωμικοῖς ἔκρινον, οὐ μόνον Ἀθήνησιν, ἀλλὰ καὶ ἐν Σικελίᾳ.* Adde *Photium* in Lex. p. 301. *Πέντε κριταί, οἱ τοῖς κωμῳδοῖς ἀποδεικνύμενοι.* et eumdem Hesychium voce *Ἐν πέντε κριτῶν*. Cf. Aristoph. Av. 445. *Ὄμνυμ' ἐπὶ τούτοις, πᾶσι νικᾶν τοῖς κριταῖς καὶ τοῖς θεαταῖς πᾶσιν.*

14) In Onom. III. 30. §. 145. T. I. p. 341. *Τοῖς μὲν μουσικοῖς κριταὶ κάθηνται.*

15) Nam sedilia in theatro non lignea, sed *e lapide* constructa erant. Haec igitur nominis ratio, quam quaerebat vir ingeniosissimus, *Genelli*, in libro qui inscribitur *Das Theater zu Athen* p. 38: „Weil die Reihen von unten hinauf gezählt wurden, so hatte bei den Griechen die vorderste an der Orchestra den Namen Proton xylon erhalten." Ad quem locum infra haec adnotavit: „Das *erste* oder *vorderste Holz*. Der Name findet sich beim Pollux (lib. IV. 19); *wo er aber herrührt, an einem steinernen Gebäude, ist mir unbekannt geblieben*."

27, 1, Aristoteles autem translationi haec ipsa subiungit, et abusionem, quam κατάχρησιν vocant: ut quum minutum dicimus animum pro parvo, et abutimur verbis propinquis, si opus est, vel quod delectat, vel quod decet." Adde Rhetorica ad C. Herennium IV. 33. Quintil. VIII. 2. 5. et 6, 34. X. 1. 12. Hesychium voce καταχρηστικῶς. Cf. I. C. Th. Ernestii Lex. Technolog. Latinor. Rhet. p. 3. Eiusd. Lex. Technol. Graecor. p. 176. — Denique λέγοιτο ἄν dictum puta ex Atticorum more, pro ἐλέγετο ἄν, docente Eustathio ad Iliad. V. p. 562.: Ἐστι δὲ Ἀττικὸν, τὸ ἀντὶ παρωχημένων χρᾶσθαι τοῖς εὐκτικοῖς, οἷον τὸ ελθοι ἀντὶ τοῦ ἦλθε, καὶ τὸ δράμοι, ἀντὶ τοῦ ἔδραμε, καὶ τοῖς ὁμοίοις, ὧν ἡ χρῆσις ἀπειροπληθής." Quo loco utitur *Heynius* in Obss. ad Homeri Iliad. V. vs. 311. p. 59. Neque in particula ἄν, Optativo adiecta, quidquam dubii vel incerti significatus quaerendum, quasi Pollux de vocis πρῶτον ξύλον ad theatrum relatae usu dubitasset, aut incertus fuisset. Ita *Plato*, ab Hoogeweenio ad Vigerum p. 480 laudatus, in primo de Legibus p. 634 extr. (p. 22 ed. Ast.): Ὑμῖν μὲν γὰρ, εἴπερ καὶ μετρίως κατεσκεύασται τὰ τῶν νόμων, εἷς τῶν καλλίστων ἂν εἴη νόμων κ. τ. λ. *Astio* interprete in Animadverss. p. 45 sq.: *Si quae legum vestrarum bonae sunt, haec certe optima est*, h. e. Inter omnes leges bonas, quas habetis, haec excellit." *Hoogeweenio* l. l.: „Nam siquidem vobis satis aeque sunt leges, haec certe inter omnes *facile* eminet." Similis fere vis est verborum, quibus nostrum locum apud Pollucem latine reddere tentavimus: *Haud minus tamen* .... etiam de theatro *dici poterat*, pro *dicebatur*.

Sed satis iam πρῶτον illud ξύλον nos exercuit. Restat ut *de aulaeo* dicamus, cuius, paullo post superiora illa de proëdria, mentionem fecit Pollux verbis quae sequuntur:

Ἔξεστι δὲ καὶ τὸ παραπέτασμα αὐλαίαν καλεῖν, Ὑπερίδου εἰπόντος ἐν τῷ κατὰ Πατροκλέους· οἱ δὲ ἐννέα ἄρχοντες εἱστιῶντο ἐν τῇ Στοᾷ, περιφραξάμενοι τὸ μέρος αὐτῆς αὐλαίαις.

„Quod παραπέτασμα dicitur, licet etiam *aulaeum* vocare; auctore Hyperide, cuius in oratione de Patrocle haec leguntur: Novem vero archontes in Stoa sive porticu epulabantur, cuius partem *aulaeis obsepserant*."

Significationis αὐλαίας et παραπετάσματος affinitatem Lexicographi Graeci ad unum fere omnes agnoscunt. *Etym. M.* voce Αὐλός p. 170, 29. Sylb. λέγονται δὲ αὐλαῖαι καὶ τὰ παραπετάσματα τῆς σκηνῆς, ὡς παρὰ τῷ Θεολόγῳ. *Hesychius* v. Αὐλαία ..... ἢ τὸ τῆς

σκηνῆς παραπέτασμα. Eadem repetit auctor Lexici Seguer. ab *Imm. Bekkero* primum editus in *Anecdotis Graecis* T. I. p. 463. *Αὐλαία τ. τ. σκ. παραπ. Κέχρηται δὲ αὐτῷ Ὑπερίδης ἐν τῷ κατὰ Πατροκλέους.* Denique *Suidas*, qui Pollucem partim exscripsit, partim auxit, T. I. p. 379 Küst. *Αὐλαία τὸ τῆς σκηνῆς παραπέτασμα. Κέχρηται δὲ αὐτῷ Ὑπερίδης ἐν τῷ κατὰ Πατροκλέους. Πολύβιος· Ἀκούων ταῦτα πάντα διὰ τῆς αὐλαίας, ἐγέλα ὁ βασιλεύς. Καὶ αὖθις· ὁ δὲ λαβὼν ἐκ τῆς παραπετασμένης αὐλαίας καλώδιον, ἑαυτὸν ἀπεκρέμασε* 16). Vel sic tamen haeremus in explicatione Pollucis, quia multiplex utriusque vocabuli, *παραπετάσματος* et *aulaei*, habetur significatio. Modo enim *vestes stragulae* intelligi possunt, quibus lecti mensaeve insternuntur, aut parietes aedium atque ianuae cubiculorum teguntur, ut in illo Virgilii Aen. I. 701.

— — — *Aulaeis* iam se regina superbis
aurea composuit sponda mediamque locavit.

Modo *vela suspensa*, sive *cameris tricliniorum* super mensam cui convivae accumbunt; de quibus lepidus Horatii versus (Sat. II. 8. 54)

Interea suspensa graves aulaea ruinas
In patinam fecere, trahentia pulveris atri,
Quantum non Aquilo Campanis excitat agris.

vulgo accipiunt Interpretes, dissentiente tamen doctissimo *Zea* T. I. p. 164: gliscente luxu, *theatris Romanorum desuper inducta*, ut a caeli intemperie aestuque solis populum ludis operam dantem tutarentur 17). Modo indicatur *siparium*, (*Vorhang*, *Cortina*, *la toile*), figuris intextis magnifice ornatum, quo ex inferiore parte in superiorem sublato obtegi, ex superiore autem in inferiorem demisso aperiri spectantibus scena perhibetur. Cuiusmodi velum pulchrae comparationis materiem dedit Ovidio in Metam. III, 111-114:

---

16) Extremum hoc Polybii fragmentum, ὁ δὲ λαβὼν etc. a Suida bis, sed cum lectionis quadam varietate, repetitum, sub Ἀρχίας et Κένος T. II. p. 296, legitur etiam in Excerptis Valesianis p. 170. in edit. Schweighäuseri T. IV. p. 508, ubi vid. not. crit. et Lexicon Polybian. T. VIII. P. II. p. 101.

17) Veli huius meminere Vitruvius in praefat. ad lib. X. T. I. p. 288 Schneid. — Valerius Max. II. 4. 6. — in primis Plinius H. N. XIX. c. 6. quae loca enotavit *Rodius* ad Vitruvii vers. germ. T. II. p. 240.

Sic ubi *tolluntur* festis *aulaea* theatris,
Surgere signa solent, primumque ostendere vultus,
Cetera paullatim, placidoque educta tenore,
Tota patent, imoque pedes in margine ponunt.

Quocum comparandus locus Virgilii in Georg. III. 25.:

Vel scena ut versis discedat frontibus, utque
Purpurea intexti tollant aulaea Britanni.

nondum tamen ille, vel post Heynii et Vossii curas, si sententiarum seriem, ipsamque verborum structuram spectas, satis explanatus.

In hac significationis ambiguitate quaeritur, quid Pollux intellexerit. *Stieglitzius*, in libro saepius a me laudato (T. IV. p. 589.), παραπέτασμα hoc loco ingens velum illud supra spectatorum sedilia extentum significari censet [19]; quamvis adiectum a Polluce, explicationis causa, vocabulum αὔλαια, quo imprimis, quum de theatro agitur, siparium sive aulaeum scenae obtentum indicatur, ut de *hoc* potius cogitemus, suadere possit. Primo enim ait vocem aulaeum, hoc verbi sensu, a Polluce usurpari non potuisse, quum a Graecis illud theatris prorsus abfuisse constet. Unde patere, scriptorem vocem hanc generaliori significatione pro *veste stragula* posuisse. Deinde ipsam vim vocabuli παραπέτασμα satis ostendere, de aulaeo scenam claudente vel aperiente haud cogitandum esse. — Iam quae prior allata est ratio, nimium probare videtur: quandoquidem aeque desunt certa argumenta, ex quibus ipsa theatra velis tegere in usu fuisse Graecis efficiatur. *Vitruvio*

19) Eamdem sententiam, sed moderatius tamen, tuetur, atque nova de instituti huius origine coniectura confirmat vir praestantissimus in libello nuper edito: *Archaeologische Unterhaltungen. Erste Abtheilung. Über Vitruv.* Lipsiae 1820. 8. in quo haec leguntur p. 97. „*Aulaeum*, das überhaupt einen Teppich bedeutet, wird insbesondre von dem Vorhange vor der Bühne gebraucht. *Παραπέτασμα* ist das Tuch, das, als Decke über Theater u. Amphitheater gespannt wurde.“ Et pag. 98 sq.: „Obwohl diese Portiken (*in theatris Romanis*) zum Schutz der Zuschauer bei schlechtem Wetter dienten, so hielt man sie doch nicht für hinlänglich, sondern überspannte das Theater mit einem Teppich. *Dafs schon die Griechen dieses Teppichs sich bedienten, wird aus der Griechischen Benennung παραπέτασμα wahrscheinlich, so wie aus dem Orte seines Ursprungs, der ohne Zweifel Grofsgriechenland oder Sicilien war*, da der Teppich in den letzten Zeiten der Republik aus Campanien nach Rom kam.“

enim teste (lib. V. c. 3. et 9.) theatra aperta, nullo tecto constrata, sed solis et aëris vi objecta fuere; post scenam autem porticus exstructae erant, ut, quum imbres repentini ludos interpellaverint, habeat populus, quo se recipiat ex theatro." Cujus auctoritatis gravissimae quantumvis memor Stieglitzius[20]), in Pollucis tamen loco allato argumentum reperisse sibi visus est, ex quo palam fiat, Graecos etiam morem hunc universa theatra velis obtegendi, recentiore certe aetate ab Romanis acceptum, introduxisse. Extremum hoc, etsi veterum scriptorum testimonia sileant, temporum vero ratio etiam adversetur, in medio tamen relinquimus. Illud vix concedendum putamus, Pollucis locum pro more hoc pugnare. Quidni enim vox παραπέτασμα pariter siparium scenae obductum, atque velum theatro obtentum explicari possit? Apud Graecos πέτασμα et παραπέτασμα, aeque ac Latinorum *aulaeum*, de quovis *tapetio* vel *stragula veste* usurpantur, quibus, sive stratis, sive suspensis, sive desuper expassis, res quaecumque tegitur aut occultatur. Vide Aeschylum Agam. 918. Aristophanem Ran. 969. cum nota Spanhemii. Dionem Cassium XLIII. 24. LXIII. 6. cf. Dorvillium ad Charit. p. 628 ed. Lips. — Hesychius autem, Etym. M., Suidas et auctor Lex. Seguer. apud Bekkerum quum locis supra descriptis vocabulum αὐλαία interpretantur τὸ τῆς σκηνῆς παραπέτασμα, Pollucis verba, ἔξεστι δὲ καὶ τὸ παραπέτασμα αὐλαίαν καλεῖν, tantum non reciprocantes, sine ulla dubitatione *siparium scenae praetentum* intellexerunt. Haud prorsus absimili sensu vocabulo hoc utitur *Chariton* de Chaerea et Callirrhoë l. VIII c. 6. p. 186, 9. ed. Lips. Πάντων δὲ ἀποβλεπόντων, καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐκεῖ τετακότων, αἰφνίδιον εἱλκύσθη τὰ παραπετάσματα· καὶ ὤφθη Καλλιρρόη μὲν ἐπὶ χρυσηλάτου κλίνης ἀνακειμένη, Τυρίαν ἀμπεχομένη πορφύραν· Χαιρέας δὲ αὐτῇ παρακαθήμενος, σχῆμα ἔχων στρατηγοῦ. Quae hic παραπετάσματα vocat, paullo ante (p. 185, 21) περιπετάσματα appellaverat.[21]) Utramque vocem, quamquam non eadem utrique vis, saepius tamen permutari a scriptoribus[22]), animadvertit *Dorvillius* ad Charitonem p.

20) Vid. Encycl. d. bürgerl. Bauk. T. IV. p. 542. 566. 688.

21) Ἐξέπλευσεν οὖν τριήρης ἡ Χαιρέου πρώτη. εἶχε δὲ ἐπάνω σκηνὴν συγκεκαλυμμένην Βαβυλωνίοις περιπετάσμασιν·

22) Apud Dionem Cassium tomo XLIII. 24. et LXIII. 6. in tribus edd., quas consului (Rob. Steph. 1548. Henr. Steph.

628. [23]) Cf. Eustathium ad Iliad. Θ. p. 612, 23, ed. Basil. (722, 22. Rom.), item ad Iliad. Ε. p. 408, 3. Bas. Translato sensu, de interiore veste, qua corpus tegitur, dictum vides apud Alciphronem rhetorem in Epp. I. 39. p. 59. Οὐ γὰρ διὰ παραπετασμάτων ἐγώ, φησιν, ἀγωνίσομαι, οὐδ' ἀκκιζομένη (Berglerus vertit *nec tergiversando*), ἀλλ' οἷον ἐν γυμνικῷ. Plura loca suppeditabunt Dorvillius l. l. et Steph. in Thes. T. III. p. 253. Ex iis quae attulimus iam hoc, opinor, constabit, in ipsa voce παραπέτασμα nihil quaeri posse, quo alterutra verbi significatio certa rataque fiat. Enimvero quum paullo diligentius consideramus tum verba Pollucis, Ἔξεστι δὲ καὶ τὸ παραπέτασμα αὐλαίαν καλεῖν, ab aliis Lexicographis, quos excitavimus, inverso tantum ordine, et cum additamento τῆς σκηνῆς repetita, tum Hyperidis illud fragmentum, ab Onomastici auctore firmandae interpretationi suae adhibitum, neque a Suida et Lexici Segueriani auctore non commemoratum: Ὑπερίδου εἰπόντος ἐν τῷ κ. Π., οἱ δὲ ἐννέα ἄρχοντες εἱστιῶντο ἐν τῇ Στοᾷ, περιφραξάμενοί τι μέρος αὐτῆς αὐλαίαις, vix dubitare licet, quin Pollux, hoc quidem loco, vocem παραπέτασμα expositurus, *de velo sive aulaeo, quo scena ante et post fabularum commissionem operiri solebat*, cogitaverit. Αὐλαίαν, unde Latinorum *aulaeum*, hoc maxime sensu poni, ex Hesychio, Suida, Etymologico M., aliis, ante laudatis, satis notum est [24]); et Hyperidis verba modo descripta vix aliter quam de aulaeis intelligi possunt, quibus pars Stoae, convivio Archontum destinata, circum occlusa, a reliqua porticu quasi septo quodam separabatur. Quodsi quaeris, an Graecis in theatris talia scenae operimenta usitata fuerint, rem

1591 et praestantissimam Reimari) παραπετάσματα legitur, non περιπετ. ut tradit Stieglitzius l. l. p. 389.

23) „Aeterna in his (verbis) confusio: et sane περιπέτασμα et παραπέτασμα idem non sunt: in genere tamen ista vela, tapetes, παραπετάσματα dicuntur passim, et casibus singularibus sit locus περιπετάσμασι."

24) „Αὐλαῖαι, ait Perizonius ad Aeliani V. H. IX. 3. T. I. p. 528., dicebantur vela, aut simile quid, quod expandebatur ad locum aliquem occludendum. Hinc vel maxime invaluit hoc vocabulum in scena. Hesychius exponit τῆς σκηνῆς παραπέτασμα. Similiter Suidas, qui tamen etiam ex Polybio loca affert, in quibus ponitur pro velo, quo blanditur tabernaculum regis."

amplius cognoscendam, certe ex Polluce, qui Romanorum morem respicere potuit, confici haud posse, respondebo. Aliter quidem nuper visum est Cl. *Genellio*, qui unius Pollucis auctoritate fisus, aulaeum in Atheniensium theatro duplici vel consilio adhibitum fuisse docet, primo, ne scenam prius, quam necesse erat, populus in theatro sedens conspiceret, deinde, ut, progrediente fabula, si opus esset, scena mutaretur 25). Sed aliud est, scriptorum fidem diligenter explorare, aliud, meris duci coniecturis.

Vestri autem causa, Commilitones ornatissimi, nunc demum tollendum, vel potius, ut Romanorum more loquamur, premendum est aulaeum. Etenim in scenam iam prodire gestiunt Artes, Bonaeque Litterae et Disciplinae, sororio iunctae amore, vosque blandis compellare vocibus, ut dulci earum consortio adscripti, in omni humanitatis parte perficiendi, vos acerrimo studio ad summam laudem contendatis, aurea illa parentis ad filium abiturum mandata animis vestris penitus infigentes:

Αἰὲν ἀριστεύειν, καὶ ὑπείροχον ἔμμεναι ἄλλων·
Μηδὲ γένος πατέρων αἰσχυνέμεν, οἳ μέγ᾽ ἄριστοι
— — — ἐγένοντο. 26) — — —

XXX.

Obligatio Praediorum ob Sestertium deciens quadraginta quattuor milia ut ex indulgentia optimi maximique Principis Imperatoris Caesaris Nervae Traiani Augusti Germanici Dacici Pueri Puellaeque alimenta accipiant legitimi numero 245. in singulos Sestertios 16. numos. Fiunt Sestertii 47040. numi legitimae numero 34. singulae Sestertios 12. numos. Fiunt Sestertii 4896. Spurius 1. Sestertios 144. Spuria 1. Sestertios 120. Summa Sestertiorum 52200. quae sit usura ═ ─ ═ sortis supra scribtae. *)

1. Caius Volumnius Memor, et Volumnia Alce per

25) Vid. *Theater zu Athen* p. 54. Cf. *Stieglitzium* in *Archaeolog. Unterhaltungen* T. I. p. 97. not.

26) Hom. Il. VI. 208-210. *Prima semper laudis praemia referre, et super alios excellere. Neque nomen dedecorare maiorum, qui inter suos aequales longe praestiterunt.*

*) Tavola alimentaria Veleiate detta Trajana restituita alla

Vettium et Diadumenum libertum suum professi sunt Fundum Quintiacum, Aurelianum, Collem Muletatem cum silvis, qui est in Veleiate Pago Ambitrebio adfinibus Marco Mommeio Persico, Satrio Severo, et Populo Sestertiis 108000. accipere debet Sestertios 8692. numos, et Fundum supra scriptum obligare.

2. Marcus Virius Nepos professus est praedia rustica deducto Vectigali Sestertiis 310543. numis, accipere debet Sestertios 25353. numos, et obligare Fundum Planianum, qui est in Veleiate Pago Iunonio adfinibus Prisco Palameno, et Velleio Severo, et Populo, quem professus est Sestertiis 14000. et Fundum Suigianum cum casis tribus Pago suprascripto adfinibus Caio Calidio et Velleio Proculo, et Populo, quem professus est Sestertiis 20000. et Fundum Petronianum Pago et adfinibus suprascriptis quem professus est Sestertiis 4000., et Fundum Manlianum Hostilianum cum casa Pago suprascripto adfine Caelio vero, et Baebio Vero, et Populo quem professus est Sestertiis 11000. in Sestertios 3353. numos. Item Fundum Manlianum, Storacianum, Calpurnianum Papo suprascripto adfinibus vivis Stolicinis fratribus, et Vettiis fratribus, quem professus est Sesterrtiis 20000., et Fundum Munatianum, Attianum cum casis tribus Pago suprascripto adfinibus Valerio Adulescente et Baebio Vero, et Populo, quem professus est Sestertiis 28000., et Fundum Munatianum Attianum cum casis, Pago suprascripto, adfinibus Naeviis fratribus, et Syllaeis fratribus, quem professus est Sestertiis 14000. in Sestertios 5000. Item Fundum Arsuniacum cum casis pro parte dimidia, et tertia et duodecima Pago suprascripto, adfinibus Caelis fratribus, et Populo, quem professus est Sestertiis 84333. numis in Sestertios 6000. Item Fundum Propertianum Pago suprascripto cum casa, adfinibus Atilio Palameno, et Aiasis fratribus, et Populo, quem professus est Sestertiis 21400. numis, et Fundum Messianum, Allelianum pro parte quarta, qui est in Veleiate Pago Domitio, adfinibus Volumnio Crescente, et Novelliis fratribus, et Populo, quem professus est 14000. et Fundum Licinianum Virianum pro parte dimidia, qui est in Veleiate Pago Iunonio, adfinibus Palameno Prisco, et Pullieno Prisco,

---

sua vera lezione da D. *Pietro de Lama*, Prefetto del Ducale Museo. Con alcune Observazioni del medesimo. Parma, 1819. 4to. pp. 129 — 154.

quem professus est Sestertiis 7600, numis in Sestertios 3000. Item Fundos sive Saltus Narianos, Catusanianos pro parte dimidia et quarta, qui sunt in Veleiate Pago Iunonio adfinibus Caio Caelio Vero, et Dellio Proculo, quos professus est Sestertiis 64000, in Sestertios 4000. Item Fundum Munatianum, Praestanum, Vilianum, Vaculeianum Pago suprascripto, adfinibus Stoniciis fratribus, et Populo, quem professus est Sestertiis 14000, et Fundum Cornelianum Collactarianum Flaccelliacum cum Colonia Munatiana Artefigia pro parte dimidia, et Coloniam Vettianam Cornelianam pro parte quarta Pago suprascripto adfinibus Caelio Vero et Catunio Pupillo, et Populo, quem professus est Sestertiis 26300. numis, item Fundum Acilianum, Albonianum, Caninianum pro parte dimidia Pago suprascripto adfinibus Dellio Proculo, et Aebutiis fratribus, et Populo, quem professus est Sestertiis 10432. numis, in Sestertios 4000.

3. Titus Naevius Verus per Naevium Nepotem filium professus est praedia rustica deducto Vectigali Sestertiis 77192. accipere debet Sestertios 6197. numos, et obligare Colonias duas in Veleiate Pago Bagienno Vico Ivanelio, adfinibus Caio Naevio, et Marco Appio, et Populo, quas professus est Sestertiis 10000. et Coloniam Pago suprascripto Vico Nitelio adfinibus Licinio Catone, et Populo, quem professus est Sestertiis 9000., et Fundum Eburelium cum Silvis pro parte quarta in Veleiate Pago Domitio adfinibus Sulpicia Priscilla, et Populo, quem professus est Sestertiis 12829. numis, et Fundum Messianum, Pago suprascripto, adfinibus Apthoro, et Caio Volumnio, et Populo, quem professus est Sestertiis 11000. in Sestertios 3000. numos. Item Fundum Ivanelium, qui est in Veleiate Pago Bagienno adfinibus Naevio Firmo et Appio Vero, et Virio Firmo, et Populo, quem professus est Sestertiis 70000. in Sestertios 3197. numos.

4. Caius Valerius Verus professus est suo nomine, et Lucii Valerii fratris sui, et Publii Valerii Ligurini praedia rustica Sestertiis 107400. numis, accipere debent Sestertios 12233. numos, et obligare Fundos Terentianos, et Malapagios, qui sunt in Veleiate Pago Statiello adfinibus Republica Lucensium, et Licinio Ruparcellio, et Populo, quos professus est Sestertiis 53500. numis in Sestertios 5000. Item Fundum Ibittam Pago et adfinibus suprascriptis, quem professus est Sestertiis 20505. numis. Item Fundum Crossiliacum Pago,

et adfinibus suprascriptis, quem professus est Sestertiis 2000. numis in Sestertios 2000. Item Fundos Buelabcas, et Tusculanum pro parte dimidia, qui sunt in Veleiate Pago Salutare, adfinibus Marco Vario et Caelio Pudente, et Populo, quem professus est Sestertiis 30000. in Sestertios 2855. numos. Item Fundum Mettunia, Pago suprascripto adfine Republica Veleiatium, quos professus est Sestertiis 31600. numis in Sestertios 3000.

5. Marcus Antonius Priscus professus est Praedia rustica Sestertiis 233080. numis, accipere debet Sestertios 18028. numos, et obligare Fundos duos Antonianum et Cornelianum, qui sunt in Veleiate Pago Albense Vico Secuniae, adfinibus Antonia Vera, et se ipso, quos professus est Sestertiis 23000. in Sestertios 2000. Item Fundos duos Albonianos Vibullianos loco suprascripto, adfinibus Aulio Prisco, et suprascriptis, et Fundos Antonianos duos loco suprascripto adfinibus Antonia Sabina, et Vera, et Populo, quos professus Sestertiis 18000. et Vetutianum, Acutianum adfinibus Calidio Proculo, et Populo loco suprascripto, et Fundum Anchariauum loco supra scripto adfinibus Calidio Prisco, et Antonia Vera, et Populo, quos professus est pluribus summis Sestertiis 43658. numis in Sestertios 4000. Item Fundum Calidianum, Licinianum Pago suprascripto Vico Blondelia adfinibus Antonio Sabino, et Calidio Prisco, et Fundum Calidianum, Sarvellianum, Papinianum, loco suprascripto adfinibus Calidiis Vero et Proculo, et Populo, et Fundos Virianos, Calidianos, Salvianos duos loco suprascripto, adfinibus Antonio Sabino, et Calidio Vibio, quos pluribus summis professus est Sestertiis 23830. numis, in 12028. numos. Item Fundos duos Valianos, Antonianos, Messianos, Caturnianos loco suprascripto, adfinibus Vinio Severo, et Albio Secundo, et Caio Cominio, et Populo, quos professus Sestertiis 32000, in Sestertios 5000. Item Fundum Bassilianum, Caturnianum, loco suprascripto adfinibus Atilio Firmo, et Anniis fratribus, et Populo, Item Fundum Atilianum loco suprascripto, adfinibus Atilio Firmo, et Populo, et Fundum Saccumsicum Sextanum loco suprascripto adfinibus Anniis fratribus Lucio et Caio, et Fundum Atilianum cum Silvis, communionibus, Anniis fratribus, et Atilio Firmo, quos pluribus summis professus est Sestertiis 46000. in Sestertios 4000. Item Fundum Egnianum loco suprascripto, sine Pago Domitio, adfinibus Virio Severo, et Albio Secundo, et Populo, quem professus est Sestertiis 35000. in Sestertios 3000.

6. Publius Afranius Apthorus professus est praedia rustica Sestertiis 42500. accipere debet Sestertios [illegible] numos, et obligare Saltum Helvonium, qui est in Veleiate Pago Domitio adfinibus Anniis fratribus, et Volumnio Crescente, et Populo, quem professus est Sestertiis 275000. in Sestertios 25000. Item Colodiam Solicelos Pago suprascripto, adfinibus Sulpicia Prisca, et suprascriptis, quem professus est Sestertiis 26000. in Sestertios 2000. Item Saltum Ateelfam Pago suprascripto adfinibus Licinio Catone, et Antonio Prisco, et Populo, quem professus est Sestertiis 125000. in Sestertios 7206. numos.

7. Lucius Cornelius Onesimus professus est Saltum Tupellium, Volumnianum, pro parte dimidia, qui est in Veleiate Pago Domitio adfinibus Cornelio Helio, et Sulpicio Nepote, et Populo Sestertiis 51000. accipere debet Sestertios 4104. numos, et pro parte Saltum suprascriptum obligare.

8. Publius Atilius Saturninus per Castricium Secundum professus est Fundum Fonteianum, qui est in Veleiate Pago Iunonio adfinibus Atilio Adulescente, et Maelio Severo, et Populo Sestertiis 50000. accipere debet Sestertios 4025. numos, et obligare Fundum suprascriptum.

9. Sulpicia Priscilla per Sulpicium Subarum libertum suum professa est praedia rustica 490000. accipere debet Sestertios 38630. numos, et obligare Saltum, sive Fundum Rubacotium, et Solicelo in solidum, et Saltum Eboreliam pro parte dimidia, qui est in Veleiate Pago Domitio, sive Ambitrebio, adfinibus Afranio Apthoro, et Caelio Vero, et Populo, quem professa est Sestertiis 400000. in Sestertios 34000. Item Saltum Rubacaustes in Veleiate Pago Domitio, adfinibus Afranio Apthoro et Sulpicia Prisca, et Populo, quem professa est Sestertiis 90000. in Sestertios 4630. numos.

10. Marcus Vibius Quinti filius, per Marcum Vibium Verum filium suum professus est praedia rustica Sestertiis 80000. accipere debet Sestertios 6438. numos, et obligare Fundum Mucianum, Vetunianum cum Meride, qui est in Veleiate Pago Floreio adfinibus Petronio Epimele, fratribus Ateolis, et populo, quem professus est Sestertiis 56000. in Sestertios 5000. Item Fundum Cellianum, Flavianum Pago suprascripto, adfinibus Ateolis fratribus, et se ipso, et Populo, quem professus est Sestertiis 24000. in 1438 numos. —

Lucius Sulpicius Verus professus est praedia rustica Sestertiis [illegible] numis, accipere debet Sestertios [illegible] numos, et obligare Fundos Lubautios, Obsidianum, Arrianum, qui est in Veleiate Pago Valerio, adfinibus Republica Lucensium, et Minicio Vero, et Vicrio Sabino, et Lucio Atilio, et Fundum Marianum in Veleiate Pago Salvio, adfinibus Granio Prisco, et Tarsunio, et Sulpicio Baccho, quos duabus summis professus est Sestertiis 28600. numis, in Sestertios 2224. numos. Item Fundos Lucilianos, Didianos, qui sunt in Veleiate Pago Valerio, adfinibus Lucensibus, et Valeria Polla, quos professus est Sestertiis 40000. in Sestertios 3500. numos.

12. Caius Vibius Probus per Vibium Sabinum professus est praedia rustica Sestertiis 68800. numis, accipere debet Sestertios 4668. obligare Fundos Maticianos cum casis in Veleiate Pago salutare, adfinibus Attielio, et Naeviis fratribus, quos professus est Sestertiis 24000. in Sestertios 2000. Item Fundos Geminianos, Pisuniacum Pago suprascripto adfinibus Atilio Attielao, et Populo, quos professus est Sestertiis 12700. numis, in Sestertios 1000. Item casas Pago, et adfinibus suprascriptis, et Fundos Veccalenium, Cottasianum pro parte dimidia Pago suprascripto adfinibus Atilio Attielao, et Velleio Ingenuo, quos duabus summis professus est Sestertiis 22000. in Sestertios 1668. numos.

13. Marcus Mommeius Persicus professus est praedia rustica in Veleiate, et Placentino, deducto Vectigali, et eo quod Cornelius Gallicanus obligavit 1180600. numis, accipere debet Sestertios 94765. numos, et obligare Fundum Attianum in Veleiate Pago Ambitrebio adfinibus Pontiis fratribus, et Fundum Albianum Pago suprascripto adfine Fundo suprascripto, et Fundum Furianum pro parte quarta Pago suprascripto, et Fundum Metellianum pro parte dimidia, et sexta Pago suprascripto, adfinibus Battis fratribus, et Fundos Mucianum, Vettianum pro parte dimidia Pago suprascripto adfinibus Virio Severo, et Minicio Polla, quos professus est pluribus summis Sestertiis 56460. numis, in Sestertios 3000. Item Fundum Statianum cum Colonia Gentiana Pago suprascripto, adfinibus Licinio Catone, et Vibio Severo, quem professus est Sestertiis 40000. in Sestertios 3500. numos. Item Fundum Lereianum pro parte dimidia Pago suprascripto adfine Republica Placentinorum, quem professus est Sestertiis 22500. numis, et Fundum Aestinianum Antistianum Cabardiacum pro

parte dimidia Pago, et adfinibus suprascriptis, quem professus est Sestertiis 45000 in Sestertios 5000. Item Fundum Vellium Pago suprascripto, adfine Marco Baebio, quem professus est Sestertiis 66000 in Sestertios 6000. Item Fundum Vibianum Baebianum Pago suprascripto adfine Lucio Atilio, quem professus est Sestertiis 40000 in Sestertios 3500 numos. Item Fundum Olympianum pro parte dimidia Pago suprascripto adfinibus Virio Severo, et Volumnio Memore, quem professus est Sestertiis 25000 in Sestertios 2000. Item Saltum Attianum cum Fundo Flaviano Veppuniano pro parte dimidia. Item Fundum Messianum pro parte tertia, et vigesima quarta Pago suprascripto, adfinibus Cornelia Severa, et Licinio Catone, quos professus est Sestertiis 77600 in Sestertios 7500 numos. Item Fundum Cantricianum Pago suprascripto, Vico Flania, adfinibus se, et Aliis, quem professus est Sestertiis 60000 in Sestertios 5444. numos. Item Fundum Calventianum, quem professus est Sestertiis 40000 in Sestertios 3500. numos. Item Fundum Calidianum, quem professus est Sestertiis 35000 in Sestertios 3000. Item Fundum Galtianum, quem professus est Sestertiis 12000 in Sestertios 1000. Item Fundum Murrianum, quem professus est Sestertiis 85000 in Sestertios 7500 numos. Item Fundum Ligustiacum, quem professus est Sestertiis 40000, in Sestertios 3500 numos. Item Fundum Enlianum pro parte dimidia, quem professus est Sestertiis 15000 in Sestertios 1000. Item Fundum Valerianum, quem professus est Sestertiis 85000 in Sestertios 7500 numos. Item Saltum Canianum, quem professus est Sestertiis 16000 in Sestertios 1000. Item Fundum Cabardiacum veterem in Veleiate Pago suprascripto, adfinibus Caio Volumnio Memore, et Republica Placentinorum, et Metello Firmino, quem professus est Sestertiis 210000 in Sestertios 17000. Item Fundum Licinianum pro parte dimidia, qui est Pago suprascripto, adfine Licinio Vero, quem professus est Sestertiis 8000. et Fundum Dellianum cum Colonia, qui est in Veleiate Pago Floreio, adfinibus Granio Prisco, et Baebio Vero, quem professus est Sestertiis 23600 numis, in Sestertios 2321. numos. Item Fundum Atilianum, qui est in Placentino Pago Venerio, adfine Lucio Atilio, quem professus est Sestertiis 30000 in Sestertios 2600. Item Fundum Clennianum, pro parte dimidia Pago suprascripto, quem professus est Sestertiis 25000. in Sestertios 2000. Item Fundum Granisium, Furianum,

Munatianum in Placentino Pago suprascripto adfine Licinio Catone, quem professus est Sestertiis 12000. in Sestertios 1000. Item Fundum Cinnianum Pago suprascripto, adfine Fundo suprascripto, et Fundum Bittianum pro parte dimidia Pago suprascripto, adfinis Lucio Atinio, et Fundum Caniaianum Pago suprascripto, adfinibus Fundis suprascriptiis, quos professus est pluribus summis Sestertiis 26656. numis, in Sestertios 1000. Item Fundum Satrianum in Placentino Pago Vercellense, adfinibus Domitio Primo, et Atilio Saturnino, quem professus est Sestertiis 56000. in Sestertios 5000. Item Fundum Vennuleianum Pago Vercellensi, adfine Clodio Graptio, et Fundum Solianum, et Fundi Avillinisni partem dimidiam, in Placentino Pago Veronense, adfinibus Publio Atilio, et Arruntio Nepote, et Fundum Blassianum pro parte sexta Pago Lurate, adfinibus Mirulinis, quos pluribus summis professus est Sestertiis 18000. in Sestertios 1000. numos.

14. Publius Albius Secundus per Albium Severum filium suum professus praedia rustica Sestertiis 151200. numis, accipere debet Sestertios 12104. numos, et obligare Fundum Iulianum cum Figlinis, et Coloriis novem, Pagis Iunonio, et Domitio, adfinibus Maelio Severo, Manco, Vellei Piscodioga, et Populo, quem professus est Sestertiis 120000. in Sestertios 10156. numos. Item Fundum, sive Saltum Betutianum pro parte tertia, qui est in Velleiate Pago Domitio, Vico Caturniaco adfinibus Antonio Prerio, et Caio Antonio, et Populo, quem professus est Sestertiis 26200. numis in Sestertios 2000. numos.

15. Caius Dellius Proculus per Caium Dellium Hermen libertum suum professus est praedia rustica, deducto Vectigali Sestertiis 292820. numis accipere debet Sestertios 23601 numos, et obligare Fundum Mucianum pro parte dimidia, qui est in Veleiate Pago Floreio, adfinibus Marco Petronio Epimele, et Lucio Grario Proculo, et Populo, et Fundum Cornelianum Terentianum Pago suprascripto, adfinibus Calidio Censore, et Lucio Cranio, et Populo, et Fundum Vitillianum Rufianum pro parte tertia Pago Floreio adfinibus se, et Valeriis fratribus, et Fundum Pulleliacum pro parte dimidia, Pago suprascripto, adfinibus Aebutio Secundo, et Dama, et Fundum Virocaesium pro parte sexta in Veleiate Pago salutare, adfinibus Vetelatibus, quos pluribus summis professus est Sestertiis 44630 numis, in Sestertios 4000. Item Fundum Aselianum, Egnatianum pro parte dimi-

dia, cum Menidibus, qui est in Veleiate Pago Iunonio, adfinibus Vibio Procullo, et Populo, quem professus est Sestertiis 33000, in Sestertios 3000. Item Fundum Afrarianum, Mancianum, Bitelum, Arruntianum Pago suprascripto, adfinibus Republica Lucensium, et Minicia Polla, et Populo, quem professus est Sestertiis 155000. in Sestertios 13000. Item Fundum, sive Saltum Narianum Catucianum pro parte quarta, qui est in Veleiate Pago Iunonio, adfinibus Virio Nepote, et Populo, quem professus est Sestertiis 21500. numis, et Fundum Corbellianum Asellianum Egnatianum cum Menidibus Pago suprascripto, adfinibus Avillio Optato, et Vibio Procullo, et Populo, quem professus est Sestertiis 33600. in Sestertios 3501. numos.

16. Caius Caelius Verus per Onesimum Servum suum professus est praedia rustica in Placentino, et Veleiate, et Libarnensi deducto Vectigali, et iis, quae ante Cornelius Gallicanus, et Pomponius Bassus obligaverunt Sestertiis 843879 numis, accipere debet Sestertios 67850. numos, et obligare Fundum Collacterum pro parte dimidia, et Colonia Cinnerum pro parte quarta, qui sunt in Veleiate Pago Iunonio, adfinibus Valerio Adulescente, et Virio Nepote, et Populo, et Fundum Antonianum in Veleiate Pago Medutio, adfinibus Attiis fratribus et Attio Expectato, et Populo, quos duabus summis professus est Sestertiis 37400 numis in Sestertios 3350. Item Fundum Ventbrunium Paternum, qui est in Veleiate Pago Domitio, adfinibus Licinio Catone, et Sulpicia Priscilla . . . . . quem professus est Sestertiis 71400 in Sestertios 6000 numos. Item Fundum Satulanum qui est in Veleiate Pago Velleio, adfinibus Lucensibus, et Anniis fratribus, et Populo, quem professus est Sestertiis 32000 in Sestertios 3000. Item Fundum Vibianum Librelium in Veleiate Pago Statielo, adfinibus suprascriptis, quem professus est Sestertiis 30200 numis in Sestertios 2000. Item Fundum Gittianum Roudelium pro parte dimidia, qui est in Veleiate Pago Albense, adfinibus suprascriptis, quem professus est Sestertiis 36000 in Sestertios 3000. Item Fundum Dirrianum in Veleiate Pago Iunonio, adfinibus Virio Nepote, et Attiis fratribus, et Fundum Paternum pro parte quinta, et parte decima, et Claris pro parte tertia, et Fundum Atereianum pro parte quarta, qui sunt in Veleiate Pago Domitio, adfinibus Vibio Severo, et Atiis fratribus, et Populo, Fundum Mucianum Cloustrum Tullare pro parte dimidia, qui est in Veleiate Pago Albense adfinibus Aebutio Saturnino, et Anniis, et

Populo, et Fundos Antonianum, Severianum, Tullare pro parte dimidia in Veleiate Pago Albense, adfinibus Aebutio Saturnino, et Populo, quos pluribus summis professus est Sestertiis 31050 numis in Sestertios 3000. Item Saltum Bilupiam Albitemium, qui est in Veleiate, et in Lucensi Pagis Albensi, et Minervio, et Statiello, adfinibus Republica Lucensium, et Annis fratribus, et Populo, quem professus est Sestertiis 360000 in Sestertios 30000. Item Fundum Atilianum Nitielium, qui est in Veleiate pro parte octava Pago Bagienno, adfinibus Licinio Catone, et Cornelia Severa, et Fundum Valerianum Amadis in Veleiate, et Parmensi Pagis Salutare, et Salvio adfinibus Lucensibus, et Vettiis fratribus, et Populo, et Senianum in Veleiate Pago Medutio, adfinibus Flaviis fratribus, et Lucio Attico, et Populo, quos pluribus summis professus est Sestertiis 24000 in Sestertios 2000. Item Fundum Baebianum, Flavianum, qui est in Placentino Pago Vercellense, adfinibus Appio Sabino, et Marco Minicio, et Populo, quos professus est Sestertiis 14900 numis in Sestertios 3458 numos. Item fundos Calidianum, Epicandrianum, Luspitum, Valerianum, Cumallianum pro parte dimidia, et quarta Pago suprascripto adfinibus Virio Nepote, et Maelio Severo, et Attilio Successore, et Populo, quos professus est Sestertiis 59024 numis in Sestertios 5500 numos. Item Fundum Caerellianum Cumalianum pro parte dimidia, et quarta Pago suprascripto, adfine Volumnio Crescente, et Fundo Messiano, et Berullianum in Placentino Pago Herculanio adfine Marco Minicio, quem professus est duabus summis Sestertiis 23780 in Sestertios 2000. Item Fundum Polionianum in Placentino Pago Farraticano, adfine Lucio Dellio Publicio Stephano pro parte tertia, quem professus est Sestertiis 10000, et Fundum Dellianum Afranianum, et Fundum Dellianum pro parte dimidia, qui sunt in Veleiate Pago Floreio, adfinibus Quinto Baebio Aebutio Pudente, et Populo, quos duabus summis professus est Sestertiis 122000 in Sestertios 4532 numos.

17. Lucius Annius Rufinus nomine suo, et Caii Annii Veri fratris professus est praedia rustica deducto Vectigali, et quod Pomponius Bassus obligavit Sestertiis 1014090 numis accipere debent Sestertios 83956 et obligare Fundos Solonianum cum Communionibus, qui est in Veleiate Pago Bagiennio, adfinibus Naeviis Firmo, et Memore, et Populo, quem professus est Sestertiis 74000 in Sestertios 2000. Item Fundum Birslium cum

Communionibus Pago suprascripto adfinibus Antonio Prisco, et Populo, quem professus est Sestertiis 123400. numis in Sestertios 10000. Item Fundum Spelinelianum cum Communionibus, qui est in Veleiate Pago Domitio, adfinibus Gneio Antonio Prisco, et Licinio Catone, quem professus est Sestertiis 26000. in Sestertios 2000. Item Fundum Ibocelis Pago suprascripto cum Communionibus, adfinibus Caeio Antonio, et Attiis, et Populo, quem professus est Sestertiis 20000. in Sestertios 1450. Item Vatinanos, Tovianos pro parte dimidia, qui sunt in Veleiate Pago Statiello adfinibus Republica Lucensium, et Annia Vera, et Populo, quos professus est Sestertiis 150000. in Sestertios 12500. numos. Item Fundum Attidianum Tovianis cum Communionibus qui est in Veleiate Pago suprascripto, adfine Caelio Vero, quem professus est Sestertiis 25000. in Sestertios 2000. Item Fundum Undigenis cum Communionibus Pago suprascripto, adfinibus Lucensibus, et Caio Caelio, et Populo, quem professus est Sestertiis 44000. in Sestertios 4000. Item Fundum Rondelium Glitianum cum Communionibus, qui est in Veleiate Pago Albense, adfinibus Republica Lucensium, et Populo, quem professus est Sestertiis 36000 in Sestertios 3000. Item Fundum Mucianum Cloustrum pro parte dimidia Pago suprascripto, adfinibus Aebutio Saturnino, et Caelio Vero, et Populo, et Fundos Antonianum, Sevonianum, Tullare pro parte dimidia Pago suprascripto, adfinibus suprascriptis, quos duabus summis professus est Sestertiis 18000. in Sestertios 1000. Item Saltum, sive Fundos Avegam, Vecciulum, Debelis, et Saltum Velvias Leucumellum, qui sunt in Veleiate Pago Albense, et Velleio, adfinibus Republica Lucensium, et Veleiatium, et Aebutio Saturnino, quos professus est Sestertiis 178000. in Sestertios 16000. Item Saltum Bituniam, et Albitemium Betutianum, qui est in Veleiate, et Lucense Sagis Albense, et Minervio, et Statiello, adfinibus Republica Lucensium, et Caelio Vero, quem professus est Sestertiis 350000. in Sestertios 30000.

18. Lucius Lucilius Collinus professus est praedia rustica Sestertiis 76975. numis, accipere debet Sestertios 6036. numos, et obligare Fundum Minicianum, Vettianum pro parte dimidia, qui sunt in Veleiate Pago Ambitrebio, adfinibus Mommeio Persico, et Virio Severo, et Populo, et Fundo Olympianum pro parte dimidia Pago suprascripto, adfinibus Licinio Firmino, Salmetelio Firmino, Volumnio Memore, et Populo, quos professus est duabus summis Sestertiis 44975. numis in

Sestertios 4000. Item Fundum Minicianum cum Silvis Herenniani pro parte tertia Pago suprascripto, adfinibus Vibio Severo, Mommeio Persico, et Fundo Passeniano Pago suprascripto, adfinibus Volumnio Epaphrodito, Attio Sabino, quos pluribus summis professus est Sestertiis 28000. in Sestertios 2006 numos.

19. Lucius Granius Priscus per Victorem servum suum professus est praedia rustica deducto Vectigali 148420., accipere debet Sestertios 11912. numos, et obligare Fundum Iunianum pro parte dimidia, et tertia, qui est in Veleiate Pago Floreio, adfinibus Petronio Epimele, et Avilliis fratribus, et Populo, et Fundum Latinianum, qui est in Veleiate Pago Iunonio, adfinibus Dellio Senino, Publicio Sene, et Populo, quos duabus summis professus est Sestertiis 23400. numis in Sestertios 2000. Item Fundum Metilianum in Veleiate pro parte dimidia, et tertia Pago Floreio, adfine Fundo Iuniano, et Fundos Summetis Valerianis in Veleiate Pago Statiello pro parte dimidia, adfinibus Republica Lucensium, et Veturiis fratribus, quos duabus summis professus est Sestertiis 43400. numis in Sestertios 3900. numos. Item Fundos Caesianos, Naevianos, Firinianos, Arcenianos, Carigenum, qui sunt in Veleiate Pago Salvio, adfinibus Publio Terentio Floro, et Publio Sulpicio Baccho, et Caio Caesio, et Populo, et Fundos Atilianum, Arruntianum, Inhielium, Antiate, et Veleiate Vago Floreio, adfinibus Afranio Prisco, et Valerio Parra, quos duabus summis professus est Sestertiis 37000. in Sestertios 3012. numos. Item Fundum Calidianum, et Tricellianum Pago suprascripto, adfinibus Caelio Vero, et Aebutio Secundo, et Fundum Mucianum Pago suprascripto adfinibus Virio Tusco, et Dellio Senino, et Minicia Pulla, et Fundum Cassianum Pago suprascripto, adfinibus Avilliis fratribus, et Silvas Suffetanas pro parte dimidia Pago suprascripto, adfine Petronio Epimele, quos pluribus summis professus est Sestertiis 31000. in Sestertios 1000. Item Fundos Granianos, Afranianos cum Appennino Laevia pro parte dimidia, Item fundum Valerianum Laeviam in Veleiate Pago suprascripto, adfinibus Caelio Vero, et Caerellio Vero, et Populo, et Fundum Marianum, qui est Placentino Pago Herculanio, adfinibus Marco Minicio, et Terentio Sabino, et Populo, quos pluribus summis professus est Sestertiis 44000. in Sestertios 2000. nusos.

20. Publius Antonius Sabinus professus est praedia rustica Sestertiis 132450. accipere debet Sertertios

10694. numos, et obligare Fundum Valerianum, qui est in Veleiate Pago Albense, adfinibus Antonia, Vera, et Antonio Prisco, et Populo, quem professus est Sestertiis 73650, in Sestertios 6902. numos. Item Fundum Ancharianum pro parte dimidia Pago suprascripto adfinibus Marco Antonio, et Calidio Proculo, et Fundum Virtianum pro parte dimidia Pago suprascripto adfinibus Caelio Vero et L Annio, et Populo, et Fundum Calidianum Pago suprascripto, adfinibus Marco Antonio Decimio Basso, et Populo, et Fundum Serranellianum pro parte dimidia Pago suprascripto, adfinibus Sextiis fratribus, et Antonio Prisco, et Populo, et Fundos Virianum, Vicanianum, Mammuleianum pro parte dimidia, et Fundum Mammuleianum pro parte octava in Veleiate Pago Domitio, adfinibus Antonio Prisco, et Afranio Apidiorum, quos pluribus summis professus est Sestertiis 56800. numis in Sestertios 5322. numos.

21. Caius Calidius Proculus professus est praedia rustica Sestertiis 233030. numis, accipere debet Sestertios 16338. numos, et obligare Fundum Paternum in Veleiate Pago Albense Blondelliae, Secaniae adfinibus Calidio Vero, et Antoniis Vera, et Prisco, quem professus est Sestertiis 94600. numis in Sestertios quos. Item Fundum Maternum Munatianum Pago suprascripto adfinibus Antoniis Prisco, et Vera, et Fundum Decimianum Pago suprascripto adfine Calidio Vero, et Fundos sive Agros Aculianos, Vetulianos, Virianos Pago, et adfinibus suprascriptis, quos pluribus summis professus est Sestertiis 31210. numis in Sestertios 3000. Item Fundum Calidianum, Laetianum Pago suprascripto adfinibus Sextio Secundo, et Virtio Vero, et Fundum Antonianum Pago suprascripto adfinibus Virtiis Pollione, et Vero et Fundum Crestianum Pago suprascripto adfinibus Albonio Pusillo, et Virio Basso, et Fundum Cornelianum, Meppedianum, Vetulianum pro parte dimidia Pago suprascripto adfine Calidio Vero, et Fundum Vetulianum Secundianum Pago suprascripto adfine Marco Antonio, et Fundum Virtianum Lucianum Pago suprascripto adfinibus Vettiis Vero, et Secundo, quos pluribus summis professus est Sestertiis 40000. in Sestertios 3000. Item Fundum Aurelianum Virtianum, Cornelianum, qui est in Veleiate, et Libarnense Pago Moninate adfinibus Marco Ennio, et Publio Albio, quem professus est Sestertiis 23600. numis in Sestertios 1338.

22. Caius Volumnius Epaphroditus professus est in Veleiate per Caium Eisium Diogan, et in Placentino,

et in Veleiate per Volumnium Graptum praedia rustica deducto Vectigali Sestertiis 418250 numis, accipere debet Sestertios 33562. numos, et obligare Fundum Metilianum, Lucilianum, Anneianum cum Casis, et Silvis, et Meridibus, et Debelis, qui est in Veleiate Pago Ambitrebio, adfinibus Cornelia Severa, Lucilio Collino, Quinto Appio, Vibio Severo, quem professus est Sestertiis 50000 in Sestertios 4500. Item Fundum Alfiam Munatianum, Anchariaanum cum Fundo Paspidiano, et Rosiano, et Mariano, et Aconiano, et Tarquitiano cum Casis in Carricino, et Silvis sagatis, et loco Agrina Sulliani in Placentino Pago Vercellense, et Veleiate Pago Ambitrebio, adfinibus Cornelia Severa, et Olia Calliope, Lucilio Collino, et Populo, item Fundum Caecilanum in Placentino Pago Vercellense, adfinibus Casipicio Nepote, Olia Calliope, Caio Decimio, et Populo, quos professus est Sestertiis 250000 in Sestertios 22?36. numos, item Fundum Paternum, qui est in Placentino Pago Vercellense adfinibus Castricio Nepote, et Populo, quem professus est Sestertiis 32000. in Sestertios 3000, et Fundum Fabianum in Placentino Pago suprascripto, adfinibus Lucinia Tertullina, Publio Albio, et Populo quem professus est Sestertiis 24000 in Sestertios 2000. Item Fundum Anneianum cum Casa et praediis Valerianis ex parte dimidia in Placentino Pago Vercellense et in Veleiate Pago Ambitrebio, adfinibus Publio Olio Hymno, et Populo, quem professus est Sestertiis 27500. in Sestertios 1326. numos.

23. Lucius Licinius Lucii filius per Veturium Severum professus est Fundos Valerianum, et Metilianum, et Fudinum, et Clodianum, et Veturianum in Veleiate Pago Dianio Sestertiis 50350. numis, accipere debet Sestertios 4005. numos, et Fundos suprascriptos obligare. —

24. Lucius Maelius Severus professus est praedia rustica deducto Vectigali Sestertiis 420110. numis, accipere debet Sestertios 33804. numos, et obligare Fundos Iulianum, Tursianum, Cambelianum, Lucilianum, Naevianum, Varianum, Vippunianum, qui sunt in Veleiate Pago Medutio, adfinibus Imperatore nostro, et Republica Lucensium, et Republica Veleiatium, et Vibullis fratribus, et Caio Novellio, et Populo, quos pluribus summis professus est Sestertiis 126700. numis in Sestertios 12334. Item Fundum Baetianum pro parte quarta Pago suprascripto, adfinibus Vibio Severo, et Caio Novellio, quem professus est Sestertiis 10000. in Sestertios 1000.

Item Fundum Vettianum in Veleiate Pago Velleio, adfinibus Republica Lucensium, et Republica Veleiatium, et Naeviis fratribus, et Fundum Petronianum pro parte dimidia, Pago Iunonio adfine Vettio Fortunato, quos duabus summis professus est Sestertiis 12000. in Sestertios 1200. numos. Item Fundum Vargenianum Pago suprascripto, adfinibus Caio Calidio, et Caio Vettio Secundo, et Populo, quem professus est Sestertiis 13100. numis, in Sestertios 1300. numos. Item Fundum Milleliacum pro parte tertia Pago Floreio, adfinibus Caelio Vero, et Virio Nepote, et Delio Proculo, et Fundum Braetianum Caninianum pro parte quarta, adfine Caio Vibio Severo, et Caio Novellio, quos duabus summis professus est Sestertiis 18600. in Sestertios 1850. numos. Item Fundum Cassianum, Novianum, Rutilianum, Plautianum, Antonianum Cocciasium, adfinibus Albio Secundo, et Volumnio Verecundo Pago Iunonio, sive quo alio in Veleiate, quem professus est Sestertiis 130000 in Sestertios 13000. Item Fundum Domitianum pro parte quarta Pago Iunonio, adfinibus Virio Nepote, et Lucio Blaiunio, et Fundum Demetrianum, Cassianum pro parte dimidia Pago suprascripto, adfinibus Caio Volumnio Verecundo, et Populo. Item Fundum Marianum Pago Floreio in Veleiate adfinibus Imperatore nostro, et Minicia Polla, et Caio Sulpicio, et Populo. Item Fundum Petronianum in Veleiate Pago Iunonio, adfinibus Vettio Fortunato, et Caecilio Gallo, et Populo. Item Fundum Novellianum, Petronianum pro parte dimidia Pago suprascripto, sive alio, adfinibus Caio Volumnio Verecundo, et se, quos professus est pluribus summis Sestertiis 20150. numis in Sestertios 2000. Item Fundum Assecevam pro parte tertia, qui est in Veleiate Pago Floreio, adfinibus Minicia Polla, et Dellio Proculo, quem professus est Sestertiis 10000. in Sestertios 1120. numos.

25. Antonia Vera per Annium Rufinum professa est praedia rustica Sestertiis 210866. accipere debet Sestertios 16902. numos, et obligare Fundum Antonianum, Collianum, Valerianum, Cornelianum cum Communionibus, qui est in Veleiate, et in Libarnensi Pagis Martio, et Albense adfinibus Calidiis Proculo, et Prisco, et Populo, quem professus est Sestertiis 180000, in Sestertios 16000. Item Fundum Antonianum pro parte dimidia, et sexta cum Communionibus in Veleiate Pago Albense, adfinibus Antonio Sabino, et Calidio Proculo, quem professus est 26666. numis in Sestertios 902. numos.

26. Caius Vibius Caii filius professus est praedia rustica Sestertiis 155842. numis, accipere debet Sestertios 12475. numos, et obligare Fundum Satrianum Paternum, qui est in Veleiate Pago Bagienno, adfinibus Cornelia Severa, Caio Naevio Firmo, et Populo, quos professus est Sestertiis 40000. in Sestertios 3402. Item Fundos Aurelianos, Vettianos pro parte tertia Pago suprascripto, et Fundos Muttienanos, Vibianos, qui sunt Pago, et adfinibus suprascriptis, et Fundos Vibullianum, Calidianum, Pago suprascripto adfinibus Appiis fratribus, et Caio Vicrio Firmo, pro parte dimidia, quos pluribus summis professus est Sestertiis 45660. in Sestertios 4000. Item Fundum Vibianum pro parte dimidia Pago suprascripto, adfinibus Publio Licinio Catone, et Populo, et Fundos Betutianos Aurelianos pro parte quarta Pago suprascripto, quos duabus summis professus est Sestertiis 52862. numis in Sestertios 4075. numos. Item Fundum Vibullianum, Calidianum pro parte dimidia Pago suprascripto adfinibus Meturicialis et Vicrio Firmo, quem professus est Sestertiis 15000. in Sestertios 1000.

27. Marcus Varius Felix professus est praedia rustica Sestertiis 58350. numis, accipere debet Sestertios 4665. et obligare in Veleiate Pago Dianio adfinibus Valerio Probo, et Vera, et Allelis fratribus, et Sociis Taxmaslatibus, et Baebia Tertulla, et Valerio Vecconio, et Populo Fundos Naevianos duos, quos professus est Sestertiis 24000. in Sestertios 2000. Item Fundum Orbianiacum, quem professus est Sestertiis 12000. in Sestertios 1000. Item Fundum Taxianulas, et Budicelium pro indiviso ex parte sexta, quos professus est Sestertiis 16050. numis, et Fundum Iu . . natum pro parte quarta, quem professus est Sestertiis 6300. numis in Sestertios 1668. numos.

28. Cneius Antonius Priscus professus est praedia rustica Sestertiis 350635. numis, accipere debet Sestertios 28250. numos, et obligare Fundum Vicrianum Mammuleianum cum Communionibus pro parte dimidia, qui est in Veleiate Pago Domitio adfinibus Afranio Apthoro, et Licinio Catone, et Lucio Licinio, et Populo, quem professus est Sestertiis 30000. in Sestertios 1477. Item Fundum Muttienianum, Cornelianum cum Silvis pro parte dimidia Pago suprascripto, adfinibus Licinio Catone, et Cornelia Severa, et Populo, quem professus est Sestertiis 40000. in Sestertios 3500. numos. Item Fundum Calidianum, Atedianum, Maternum pro parte

dimidia Pagis suprascriptis, adfinibus Lucio, et Caio, et Anniis, et Populo, quem professus est Sestertiis 20000. et Fundum Trantianum pro parte dimidia, Pago, et adfinibus suprascriptis, quem professus est Sestertiis 10000. in Sestertios 2273. numos; item Fundum Licinianum pro parte dimidia et quarta, et octava, qui est Pago suprascripto, adfinibus Antonio Sabino, et Afranio Apthoro, et Populo, et Fundum Petilianum pro parte dimidia Pago suprascripto, adfinibus Antonio Prisco, et Populo, quos duabus summis professus est Sestertiis 13000. in Sestertios 1000. Item Fundum Veturianum, Verianum, Vibianum, Satrianum, Paternum, Pago suprascripto, adfinibus Lucio, et Caio Anniis, et Afranio Apthoro, et Populo, quem professus est Sestertiis 135000. in Sestertios 12000. Item Fundum Vorminianum Precele cum iure Appennini, Areliasci, et Caudalasci, et Communionibus, qui est in Veleiate, et in Libarnensi Pago Domitio Eboreo, adfinibus Caio, et Lucio Anniis et Licinio Catone, et Valerio Nepote, et Populo, quem professus est Sestertiis 20000; et Fundum Vibianum, Syrelianum in Veleiate Pago Domitio adfinibus suprascriptis, quos professus est Sestertiis 7000. in Sestertios 2500. numos. Item Fundum Macatianum, Ennianum Pago, et adfinibus suprascriptis, Fundum Valerianum pro parte quarta Pago, et adfinibus suprascriptis, et Valerio Nepote, quem duabus summis professus est Sestertiis 17000. in Sestertios 1500. numos. Item Fundum Antonianum pro parte tertia cum Communionibus in Veleiate Pago Albense, adfinibus Antoniis Sabino, et Prisco, et Fundum Mincianum, Lapponianum, Histrianum, Paternum in Veleiate Pago Bagienno, adfinibus Lucio, et Caio Anniis, et Populo, et Fundum Attianum Pago, et adfinibus suprascriptis, quos pluribus summis professus est Sestertiis 45533. in Sestertios 4000.

29. Lucius Cornelius Helius per Fortunatum servum suum professus est Fundum Tuppilium, Vibilianum, Voluminianum pro parte dimidia in Veleiate Pago Domitio, adfinibus Sulpicio Nepote et Licinio Catone, et Populo Sestertiis 50000. accipere debet Sestertios 3075. numos, et Fundum suprascriptum obligare. —

30. Caius Vibius Severus per Vibium Calvum Libertum suum professus est praedia rustica Sestertiis 673660. numis in Veleiate, et in Placentino deducto vectigali, et quod Cornelius Gallicanus obligavit accipere debet Sestertios 53362. numos, et obligare Fun-

dum Aeschinianum pro parte dimidia, qui est in Veleiate Pago Ambitrebio, adfinibus Lucilio Collino, et Minicia Polla, et Populo, quem professus est Sestertiis 46000. in Sestertios 4000. Item Saltum, sive Fundos Villam, sive Velabras, et Credelium, qui sunt in Veleiate Pago Medutio, adfinibus Licinio Catone, et Caesio Vero, et Caerellio Vero, quem professus est Sestertiis 301000. in Sestertios 29000. Item Fundum Caelianum qui est in Veleiate Pago Ambitrebio, adfine Licinio Firmino, quem professus est Sestertiis 26000. in Sestertios 2062. numos. Item Fundum Vetutianum Scantiniacum, qui est in Veleiate Pago Domitio adfine Antonio Prisco, quem professus est Sestertiis 26660. numis in Sestertios 2000. Item Fundum Virianum, qui est in Placentino Pago Valerio, adfinibus Licinia Tertullina, et Vibio Favore, et Populo, quem professus est Sestertiis 72000. in Sestertios 7000. Item Fundum Statianum Pago, et adfinibus suprascriptis, quem professus est Sestertiis 72000. in Sestertios 7000. Item Fundum Tresianum Pago, et adfinibus suprascriptis, quem professus est Sestertiis 37000. et Fundum Antonianum in Veleiate Pagis Venerio, et Lurate, adfinibus Atilio Saturnino, et Publio Atilio Adiutore, et Populo, quem professus est Sestertiis 12000. utrosque in Sestertios 4500. numos. Item Fundum Caturniacum Pago suprascripto, quem professus est Sestertiis 41150. numis, in Sestertios 3600. numos, et Fundum Cornelianum, qui est in Placentino Pago Venerio, adfine Licinio Firmino, quem professus est Sestertiis 40006. in Sestertios 3260. numos.

51. Cornelia Severa professa est praedia rustica in Veleiate per Primigenium servum suum, et in Placentino Zosimum servum suum deducto vectigali, et quod Cornelius Gallicanus obligavit Sestertium undeciens 58150. numum accipere debet Sestertios 91110. et obligare Fundum Covanias et Ovilia in Veleiate Pago Ambitrebio adfinibus Mommeio Porsico, Vibio Severo, et Populo, quem professus est Sestertiis 200000. in Sestertios 18000. Item Fundos Ollianos, Pomponianos, Sulpicianos, Covanias, Veconianum Pago et adfinibus suprascriptis, quos professus est Sestertiis 88000. in Sestertios 6885. numos. Item Fundum Bettonianum Pago, et adfinibus suprascriptis, quem professus est Sestertiis 32500. numis in Sestertios 3000. Item Fundum Protianum Pago, et adfinibus suprascriptis, quem professus est Sestertiis 48000. in Sestertios 4600. numos.

Item Fundum Aulianum, Tituronianum pro parte tertia, qui est in Veleiate Pago Domitio adfinibus Afranio Apthoro, et Trebellio Memore et Fundum Ulimunium pro parte suprascripta, qui est in Veleiate Pago Bagienno adfinibus Fabio Firmo, et Caio Vibio, quos duabus summis professus est Sestertiis 112000. in Sestertios 6000. Item Fundum Moschianum qui est Placentino Pago Vercellensi adfinibus Albio Secundo et Varronia Apollonia, et Populo, quem professus est Sestertiis 48000., in Sestertios 3000. Item Hortos Publilianos, Fadianos, qui sunt in Placentino Pago Salutare adfinibus Ennio Primo et Munatio Martiale, quos professus est Sestertiis 26000. in Sestertios 1000. Item Fundum Statianum Campianum, qui est in Placentino Pago Noviodunno adfinibus Attiolino Paullino, et Vibio Secundo, quem professus est Sestertiis 50000. in Sestertios 3000. Item Fundum Appianum Passienum, qui est in Placentino Pago Briagontino adfinibus Cornelio Strabone, et Salonio Adepto, et Populo, quem professus est Sestertiis 102000. in Sestertios 8000. Item Fundum Octavianum Betutianum, qui est in Placentino Pago suprascripto, adfinibus Tertio Feicone, et Licinio Catone, et Populo, quem professus est Sestertiis 33200. numis in Sestertios 1825. numos. Item Fundos Tirenteanos, Firmianos, Annisidianos in Placentino Pago Ceriale adfinibus Albiis fratribus, et Licinia Tertullina, quos professus est Sestertiis 52000. in Sestertios 4000. Item Fundum Largonianum in Placentino Pago Valentino adfine Geminio, quem professus est Sestertiis 24000. in Sestertios 1500. Item Fundum Nattianum, Fabricianum, qui est in Parmense Pago Mercuriale adfinibus Popilliis fratribus, Terentia Vera, et Populo, quem professus est Sestertiis 80000. in Sestertios 5500. Item Fundum Putuanum, Vetutianum in Parmensi Pago Mercuriale adfinibus Mammia Polla, et Arruntio Burdone, et Populo, et Arbistriano in Parmense Pago suprascripto adfine Fundo Nattiano, quos duabus summis professus est Sestertiis 22000. in Sestertios 1200. numos. Item Fundum Scaevianum pro parte dimidia, qui est in Placentino et Veleiate Pago Vercellense, et Ambitrebio adfinibus Volumnio Verecundo, et Caio Pomponio, et quem professus est Sestertiis 24000. in Sestertios 2000. Item Fundum Scrofulanum et Succonianum in Placentino Pago Minervio adfinibus Cassiis fratribus Lucio Labineo, quem professus est Sestertiis 180000. in Sestertios 22000. Item Fundum Pompeniamum Antonia-

num pro parte dimidia in Placentino Pago Cereale adfinibus Afranio Musa, et Populo, et Fundum Littonianum, Appianum, Ucubatianum, qui est in Placentino Pago Iulio adfinibus Vibullio Severo, et Populo, et Silvas Castricianas, et Picianas, qui sunt in Placentino Pago Vercellense adfine Cornelia Severa. Item Agellos Vibullianos in Placentino Pago Apollinare adfinibus Afranio Prisco, et Populo, quos pluribus summis professus est Sestertiis 26000. in Sestertios 2000. Item Fundum Egnatianum, Safinianum, Pupianum, Mestrianum, Biturritam in Placentino Pago Herclanio adfinibus Munio Severo et Cassio Iuvene, et Populo, quem professa est Sestertiis 53000. in Sestertios 3500. numos.

32. Minicia Polla professa est praedia rustica Sestertiis 65400. numis, accipere debet Sestertios 5231. numos, et obligare Fundum Venecianum, Terentianum, Domitianum, Petronianum, qui est in Veleiate Pago Floreio adfinibus Imperatore nostro, et Republica Lucensium, quem professa est Sestertiis 35000. in Sestertios 3200. numos. Item Fundum Sextianum Pago suprascripto, adfinibus Lucio Sulpicio, et Caio Dellio, et Populo, quem professus est Sestertiis 24000, in Sestertios 2031. numos. —

33. Titus Naevius Titulius per Naevium Cinnamum professus est praedia rustica Sestertiis 63900. numis, accipere debet Sestertios 4265. numos, et obligare Fundum Trim. . . Tarquitianos Locresianum in Veleiate Pago Domitio adfinibus Licinio Catone, et Valerio Nepote, quem professus est Sestertiis 13800. numis in Sestertios 1060. Item Fundum Tarquitianum adfinibus Corneliis Helio, et Onesimo, et Populo, quem professus est Sestertiis 40000, in Sestertios 3200. numos.

34. Caius Pontius Ligus per Lucium Pontium filium professus est Fundos Aulianos, Caerellianos, Pullienianos, Sornianos, et Fundum Paternum, et Fundum Naevianum, Titianum, et Fundum Metilianum, Vellejanum, Helvianum, Granianum in Veleiate Pago Salvio superiori Vico Iruacco Sestertiis 62920. numis accipere debet Sestertios 4990. numos, et Fundos suprascriptos obligare.

35. Valeria Ingenua per Valerium Luonionem libertum suum professus est praedia rustica Sestertiis 69260. numis accipere debet Sestertios 5553. numos, et obligare Fundum Varpros in Veleiate Pago Statiello adfinibus Republica Lucensium, et Populo, quem professus est Sestertiis 12260. numis in Sestertios 1000. Item

Fundum Aemilianum, Arruntianum in Veleiate Pago Velleio Vico Ucciae adfinibus Republica Lucensium, et Populo, quem professus est Sestertiis 57000. numis in Sestertios 4553. numos.

36. Lucius Veturius Severus professus est praedia rustica Sestertiis 55800. numis accipere debet Sestertios 4426. numos, et obligare Fundum Valerianum Genavianum pro parte dimidia, et Fundum Licconteucum pro parte quarta in Veleiate Pago Dianio adfinibus Clodiis et Licinio, quos duabus summis professus est Sestertiis 19800. numis in Sestertiis 1226. numos. Item Fundum Caudiacas pro parte dimidia in Veleiate Pago Statiello adfinibus Caelio Vero, et Cornelio Probo, quem professus est Sestertiis 36000. in Sestertios 3200. numos.

37. Lucius Valerius Parra per Valerium Acceptum filium suum professus est praedia rustica deducto vectigali Sestertiis 98000. accipere debet Sestertios 7887. numos, et obligare Fundum Aminianum, Atilianum, Propertianum cum Casis Vectigalia Eburcianis Pollianum, Ferramianum Pago Floreio adfinibus Petronio Epimele, et Herennio Nepote, et Arruntia Tertullina, quem professus est Sestertiis 80000. in Sestertios 7000. Item Fundum Velabras pro parte dimidia qui est in Placentino Pago Herculanio adfinibus Dellio Proculo, et Volumnio Carpo quem professus est Sestertiis 20000. in Sestertios 887. numos.

38. Betutia Fusca per Betutium Liberum suum professus est deducto vectigali Fundum Popilianum, et Valerianum in Veleiate Pago Medutio adfinibus Imperatore nostro, et Republica Lucensium, et Aelio Severo, et Satrio Severo Sestertiis 90200. accipere debet Sestertios 7243. numos et Fundos suprascriptos obligare. —

39. Gittia Marcella professa est Saltum Drusianum cum Coloniis duabus Magimagiana, et Ferrania in Veleiate Pago Salvio adfinibus Antonio Vero, et Popilio agente, et Caio, et Lucio Herennis Naeviis fratribus, qui ex reditu aestimatus est Sestertiis 100000. accipere debet Sestertios 8050. numos. —

40. Petronius Epimeles professus Fundum Carrufanianum, et Ventilianum cum casis in Veleiate Pago Floreio, et in Placentino Pago Herculanio adfinibus Quinto Baebio Vero, et Virio Nepote, et Populo, deducto vectigali Sestertiis 71256. numis accipere debet Sestertios 5714. numos, et obligare Fundos suprascriptos. —

41. Quintus Accaeus Aebutius Saturninus per Aebutium Hermen libertum suum professus praedia rustica deducto vectigali Sestertiis 158800. numis accipere debet Sestertios 12716. numos, et obligare Fundos Antonianos in Veleiate Pago Albense Vico Lubello adfinibus Caelio Vero Anniis Arruntiis, et Republica Lucensium quos professus est Sestertiis 200000.

42. Caius Naevius Firminus, et Pupillius Naevius Memor per Lucium Naevium professi sunt praedia rustica deducto vectigali Sestertiis 113600. numis accipere debent Naevius Firmus, et Naevius Pupillus Tutore, Auctore Sestertiis 9094. numis, et obligare Fundos Didianum, Albianum, Vibianum in Veleiate Pago Bagienno adfinibus Lucio, et Caio Anniis, et Naeviis Vero et Prisco, et Sulpicia Priscilla et Populo, quos professi sunt Sestertiis 74700. numis in Sestertios 4094. numos. Item Fundum Betutianum Ulamonium Pago suprascripto adfinibus Naeviis Vero, et Prisco, et Appiis Vero, et Marcello, et Licinio Catone, et Antonio Prisco, et Populo, quos professi sunt Sestertiis 98500. in Sestertios 5000.

43. Coloni Lucenses publice professi sunt Saltus praediaque Bitunias, sive quo alio vocabulo sunt pro indiviso pro parte tertia, quae pars fuit Caii Attii Nepotis, et quascunque partes habuit Attius Nepos cum Anniis fratribus, et Republica Lucensium, et Caelio Vero. Item Saltus praediaque iuncta, qui Montes appellantur, quae fuerunt Attii Nepotis propria universaque. Item Saltus praediaque Uccae, et Saltus praediaque Latavio Vectigalia, et non Vectigalia, et Saltus praediaque Laeveli, et Saltus praediaque Berusetis, et Saltus praediaque Caeliana, et Saltus praediaque Boratiolae, et Saltus praediaque Varisto, et Saltus praediaque Lassis, et Saltus praediaque Dinium, et Saltus, praediaque Poplis, et Saltus praediaque Tigulliae, et Saltus praediaque Mettiae, et Saltus praediaque Bargae, et Saltus praediaque Botelis, et Saltus praediaque Tarboniae, et Saltus praediaque Vellanium Vectigalia, et non Vectigalia, sive aliis nominibus vocabulisque sunt, qui sunt in Lucensi, et in Veleiate et in Parmense, et in Placentino, et Montibus adfinibus compluribus, exceptis praediis Caerelliano Colle, et praediis, quae Attius Nepos cum Priscilla aliquando possedit Sestertium vicies quinquies deductis reliquis Colonorum, et Ururis Pecuniae, et pretiis mancipiorum, quae in emptione eis cesserunt habita ratione etiam vectigalium

Sestertiis 1600000. accipere debent Sestertios 128780. numos, et obligare Saltus sive praedia quae sunt suprascripta deducta parte quarta. —

44. Titus Valius Verus professus est praedia rustica deducto vectigali Sestertiis 246842. nummis accipere debet Sestertios 19000. et obligare Fundum Cassianum in Placentino Pago Vercellense adfine Fisio Yacintho, et Petroniis fratribus, quos professus est Sestertiis 40000. in Sestertios 3000. Item Fundos Cornelianum Dellianum Pago Ceriale adfinibus Valeriis fratribus, et aliis quos professus est Sestertiis 38700. numis in Sestertios 3000. Item Fundum sive Saltum Calventianum Sextianum cum Vadis, et Fundum Salvianum, et Campum Vectigalia, et non Vectigalia, et Fundo Eppiano Titiolano Histrioduno, et Fundis Tavrianis duobus, et Fundo Afranio Dextriano cum Meridibus omnibus, et Alluvionibus iunctis praediis suprascriptis, quae sunt in Placentino Pago Sinriense adfinibus Galliis fratribus, et Quarto Modesto, et Republica Placentinorum et aliis quos professus est Sestertiis 150200. numis in Sestertios 8000. Item Fundum Vitulianum in Placentino Pago Vercellense adfinibus Licinia Tertullina et Paganis Pagi Ambitrebii quem professus est Sestertiis 80000. in Sestertios 5000.

45. Publius Publicius Senex professus est praedia rustica Sestertiis 271100. numis accipere debet Sestertios 21811. et obligare Fundum Numerianum, qui est in Placentino Pago Herculanio adfinibus Novellio Fusco, et Sulpicia Erato, quem professus est Sestertiis 37000. et Fundum Petronianum Pago suprascripto adfinibus Corneliis fratribus et Fundum suprascriptum, quem professus est Sestertiis 11000. in Sestertios 4000. Item Fundum Staniacum totum cum Casa Valeriana pro parte sexta Pago suprascripto adfinibus suprascriptis, et Novellio Furco, et Populo, quem professus est Sestertiis 6000. et Fundum Birrianum Velleianum cum Meridibus, qui est Pago suprascripto adfinibus Caio Lucilio, Lucio Virio, et Populo, quem professus est Sestertiis 46000. in Sestertios 4500. numos. Item Fundum Baebianum Pago suprascripto adfinibus Aurelia Exorata, et Publio Aurelio, et Populo, quem professus est Sestertiis 6000. et Fundum Pescennianum Pago suprascripto adfinibus Minicia Polla, et Callidia Vibia, et Populo, quem professus est Sestertiis 20000. in Sestertios 2000. Item Fundum Vicrianum Pago suprascripto adfinibus Velleio Ingenuo, et Caerellio Vero, et Populo, quem

professus est Sestertiis 8000. et Fundum Balbinianum Pago suprascripto, adfine Populo, quem professus est Sestertiis 40000. in Sestertios 4000. Item Fundum Tucilianum Pago suprascripto adfinibus Lucio Marcilio, Avillia Philena, et Fundi Siconiani partem quartam Pago suprascripto adfine Sulpicia Erato, et Fundum Calidianum, Pago suprascripto adfinibus Caio Marcilio, Lucio Ennio, et Fundum Marcilianum Pago suprascripto adfinibus Marcilio Pietate, et Sulpicia Erato, et Fundum Homusianum Pago suprascripto adfinibus Sulpicia Erato, et Sertoria Polla, quos pluribus summis professus est Sestertiis 42800. numis, in Sestertios 3600. Item Fundum Papirianum Pago suprascripto adfinibus Marco Virio, et Populo, et Fundum Marellianum Pago et adfinibus suprascriptis, et Fundum Velleianum Pago suprascripto adfinibus Lucio Sitrio, et Sulpicia Erato, et Fundum Calpurnianum Pago suprascripto adfinibus Dellio Vero, et Populo, et Fundum Lucilianum, Petronianum Pago suprascripto adfinibus Dellio Vero, et Valerio Vero, quos pluribus summis professus est Sestertiis 28000. in Sestertios 1840. numos. Item Fundum Plautianum, qui est in Placentino Pago Veronensi adfinibus Pompeio Primigenio, et Populo, et Fundum Philetianum cum Meride Vicriana in Placentino Pago Herculanio adfinibus Caerellio Vero, et Populo, quem duabus summis professus est Sestertiis 23600. numis in Sestertios 2000.

46. Lucius Virius Fuscus professus est praedia rustica Sestertiis 269000. accipere debet Sestertios 21650. numos, et obligare Fundum Octavianum qui est in Placentino Pago Herclanio adfinibus Gittia Marcellina, Albio Prisco et Populo, quem professus est Sestertiis 36000. in Sestertios 3156. numos. Item Fundum Virtianum, qui est in Placentino Pago suprascripto adfinibus Velleio Ingenuo, Licinio Serino, et Populo, quem professus est Sestertiis 40000. in Sestertios 3500. numos, et Fundum Numisianum Pago suprascripto adfinibus Petronio Servando, et Raecio Fortunato, et Populo, quem professus est Sestertiis 65000. in Sestertios 6500. numos. Item Fundum Hostilianum Pago suprascripto adfinibus Tito Avilio, et Licilio Senino, et Populo, quem professus est Sestertiis 10000. Item Fundum Virtianum Pago suprascripto adfinibus Publicio Senino, et Pomponia Procula, quem professus est Sestertiis 36000. in Sestertios 4000. Item Fundum Pistellianum Pago suprascripto adfinibus Marco Vibio, et Olio Crescente, et Populo, quem professus

fessus est Sestertiis 30000. et Fundum Calvianum Pago suprascripto adfinibus Tullio Primigenio, et Olio Pudente, quem professus est Sestertiis 20000. in Sestertios 1500. numos.

Item Obligatio Praediorum facta per Cornelium Gallicanum ob Sestertios 72000. ut ex Indulgentia Optimi Maximique Principis Imperatoris Caesaris Nervae Traiani Augusti Germanici Pueri Puellaeque Alimenta accipiant, Legitimi numero 18. in singulos Sestertios 16. numos, fiunt Sestertii 3456. Legitima Sestertios 12. fit summa utraque Sestertiorum 3600. Quae fit Usura [illegible] summae suprascriptae.

1. Caius Caelius Verus professus est Saltus Avegam Vecinum Debelos cum Figlinis Saltus Velvias Leucomelinum qui sunt in Veleiate Pago Albense, et Vellein adfinibus Republica Lucensium, et Republica Veleiatium Sestertiis 90000. accipere debet Sestertios 9000. Item professus est Fundum Valerianum Tovianas Adrusiacum Lucilianum pro parte dimidia, et Fundum Noviacum pro parte quarta, qui sunt in Veleiate Pago Statielo adfinibus Annia Vera, Republica Lucensium, et Populo Sestertiis 60000. accipere debet Sestertios 6000.

2. Lucius Cornelius Severus professus est Saltum Blaesiolam, qui est in Libarnense, et Veleiate Pagis Regienno et Moninate adfinibus Vibio Severo, et Populo Sestertiis 350000. accipere debet Sestertios 35000.

3. Caii Vibii Severi, profitente ipso, Fundi Aurelianus Caelianus, qui sunt in Veleiate Pago Ambitrebio adfinibus Caio Volumnio Memore, et Populo Sestertiis 30000. accipere debet Sestertios 3000.

Item Saltus Attinava cum Fundo Flaviano Messiano Vipponiano, qui est in Veleiate Pago Ambitrebio adfinibus Lucio Cornelio Severo, et Populo Sestertiis 30000. accipere debet Sestertios 3000.

4. Marci Mommei Persici profitente ipso Saltus Nevidunus in Veleiate Pago Sulco adfinibus Licinio Catone, Vettiis fratribus, et Populo Sestertiis 60000. accipere debet Sestertios 6000.

5. Vibiae Sabinae profitente Vibio Idaeo Saltus Carucla et Velius, et Fundus Naevianus pro parte dimidia Pagis Salvio, et Valerio inter adfines Rempublicam Lucensium, et Publium Naevium Probum et Caium Titium Graphicum, et Quintum Cassium Faustum, et Populum Sestertiis 100000. accipere debet Sestertios 10000.

XXXI.

Hieronymi Lagomarsini e Soc. Iesu ad *Iacobum Facciolatum* epistola, *qua quid in M. Tullii Ciceronis contra L. Pisonem Oratione interciderit demonstratur.* *)

Hieronymus Lagomarsinus e Soc. Iesu Iacobo Facciolato Suo S. P. D.

Εὕρηκα εὕρηκα, mi Facciolate! Scripseram ad te quibusdam literis, sperare me, fore ut quantum ex initio Orationis M. Tullii Ciceronis in L. Pisonem periisset, possem plane demonstrare. Illud etiam addideram, videri mihi, multa ex media ipsa oratione deesse, quam tamen nemo Eruditorum, nisi quod omnes initium ignorant, non integram ad nos pervenisse ad eam diem existimarat. Tu, quid de illa spe me, quid de hac nova opinione tecum ipse senseris, nescio. Hoc scio, cum eadem haec apud doctos quosdam viros, familiares meos, commemorassem, fuisse mihi omnium prope convicio acclamatum. Nisi enim integer orationis illius codex aliquis reperiretur, fieri posse uno omnes negabant ore, ut quantum ex ea, quibusve ex locis intercidisset, certa ratione ulla cognosceremus. Abesse quidem ab initio nonnulla, ex iis fragmentis, quae Asconius Pedianus servavit, intelligi concedebant; quin ex unius fragmenti inscriptione versibus octoginta, eoque amplius auctiorem eam olim fuisse deprehendi. Verum neque reliquorum versuum supra octoginta summam, neque versuum ipsorum atque mensuram sciri. Eas ob res vereri se, ne, quemadmodum ante aliquot annos ex rotundis quadrata Geometrarum legibus atque momentis facere frustra tentassem (id enim a me olim tentatum sciebant) sic inanis meus omnis esset in re fortasse abditiore pervestiganda labor futurus. Verum ego, qui regiam quamdam viam, quae certo me eo quo contendebam duceret, nescio quo casu fuisse mihi ingressus videbar, de re tota, hominum tanta auctoritate posthabita, cogitare non destiti. Sed cum haud ita multum in itinere progressus in quaedam monstra incidissem, cum iis congredi ac decertare tum nolui. Videbam enim mihi non cum illis modo, sed cum aliis etiam hostibus deinceps esse pugnandum; nec paucarum hora-

*) Raccolta d' opuscoli scientifici e filologici. Tom. X. Venez. MDCCXXXIV. p. 435-456.

rum pugnam illam, sed diuturnum quoddam bellum futurum: atque propterea institutum commentariorum opus, quod nosti; quodque iamdiu a me, tantoque opere flagitas, diutius, quam oportuisset, intermiseram. Itaque loco tum quidem cessi, sed ita, ut receptus honestus quidam ille, non turpis fuga videretur: praelium deinde magis opportuna tempestate initurus. Retuli me, tanquam in hiberna, ad commentarios illos meos; multumque et sudans et algens, tandem quae in Pisonianam inchoaveram, Deo favente, perfeci. Quo eodem auspice, nihil cunctandum ratus, castra movi, in hostium conspectum veni, signa contuli, victoriam reportavi. *Sed tandem amoto quaeramus seria ludo.* Tibi iam miranda illa reperta, *ἀδύνατα* doctis illis amicis meis visa, et totius indagandae rei rationem exponam. Quae si tibi homini acutissimo probabuntur, non dubito, quin et illis et reliquis doctis viris omnibus probentur. Aio igitur primo, abesse ab initio Pisonianae tantum versuum, quantum ferme est ab illis verbis: *Quid centuriatus palam venditos?* etc. (quibus verbis particula 86. inchoatur; sequor autem minores sectiones) ad extremam usque orationem. Aio secundo: abesse omnino aliquid a media circiter oratione, idque tantum ferme esse, quantum est ex illis verbis capitis 89. *Quod populari illi Sacerdoti* etc. ad eandem extremam orationem. Cum *ferme* autem semel et iterum dixi, id intelligi volui, vel plane tantum abesse utroque ex loco, quantum abesse affirmavi; vel si quid discrepat, id esse eiusmodi, ut cum extrema orationis totius periodo, ut multum dicam, comparetur.

Asconii Pediani scriptoris satis vetusti, ut hinc potissimum exordiar, eruditissimos in aliquot Ciceronis orationes commentarios, quod omnes sciunt, habemus. Is, qui ab oratoris illius aetate propius aberat, integris et emendatioribus certe, quam nos, Ciceronis codicibus usus est. Fecit in Pisoniana, quod ferme in reliquis, ut locos obscuriores quosdam ex ipsa excerperet, ac in suum codicem transferret: quos continuo subiecta enarratione illustraret. Atque hinc factum est, ut, cum orationes Ciceronis quaedam perierint, ut pro C. Cornelio, contra competitores, pro M. Scauro, earum tamen fragmenta cum Asconii commentationibus manserint. Ut autem facile vel ipse vel quivis alius ad ipsos locos, perpetuis Tullii orationibus insertos, si quando ita vellet, posset recurrere: versuum numeros in Tulliani codicis margine deinceps notabat; et ad

quem eorum summam quae ipse verba in suum codicem explicandum transferebat, pertinerent, excerptis illis subsol inscribebat, ita exempli gratia: *Versu* 100., *vel versu circiter* 100., *vel circa versum* 100. etc. Atque in Pisoniana quidem illam consuetudinem tenuit, ut versus sicuti incepit, numeraret, ut usque ad octingentesimum referret ad primum sic: *Circa versum* ex. gr. 100. 200 . . . . 800. *a primo*: tum, mediis interiectis, ubi ad octingentesimum a novissimo ventum esset, referret ad ultimum sic: *Circa versum a novissimo* 820. 700. 600. etc. Haec tibi, homini peritissimo iamdiu nota, mihi tamen praemittenda esse duxi, ut, si forte huius epistolae aliis non aeque peritis copiam feceris (quod cur nolim causa nulla est: aliorum enim iudicia etiam exquiri est utile.) paratiores ad reliqua accedant.

Principio quales Tulliani exemplaris, quo usus est Asconius (quem posthac Asconianum Codicem appellabo) versus fuerint, hoc est, quot non modo vocabula, verum etiam et syllabas et literas continerent, statuendum est. Hoc statuere, quo reliqua omnia nituntur ac demonstrantur, quodque propterea omnium difficillimum fore videbatur, casus quidam fecit, ut non ita difficili negotio possem. Etenim cum casu in Pisonianae exemplar, istic apud vos ab Ioanne Manfrè ante tres annos editum incidissem, eumque in ea forte cogitatione tum essem, ut quales Asconiani codicis versus fuissent, Arithmeticorum adhibitis rationibus invenirem; statui Asconianos cum Patavinis comparare. Cumque illis verbis (quae capite 95. leguntur) *L. Opimius eiectus est e patria* etc. inscripsisse sic Asconium viderem: *Circa versum a novissimo* LXXXX.: coepi ex iisdemmet exorsus, quae versuum summa in Patavino codice ad extremam usque orationem conficeretur, numerando percensere. Quid quaeris? Reperi sic utramque inter se summam congruere, ut vix unius versiculi, quo auctior erat Patavinus codex, discrimen interesset. Haesi primo prope attonitus, tum gaudio plane exilivi: continuoque spe quadam mirifica, cetera quoque paria futura, in census, ad superiora verba properavi: quibus Asconius inscripserat: *Circa versum a novissimo* CXX. Ea sunt: *Eo quid vides? eo quid sentis?* etc. quae cum in codice Patavino non amplius tredecim et centum versibus ab extrema oratione abesse deprehendissem, vehementer conturbatus sum, animumque despondi. Cum enim tantulo intervallo discrepantiam tantam factam viderem; quo magis ab extremo recederetur, eo minus reliqua

conventura arbitrabar. Quod non ita tamen fuit: nam ad superiora progressus, rursum omnia concordare reperiebam: donec discordiam inquibusdam tantam offendi, ut pene quod volebam assequendi spem omnem ac cogitationem abiecerim. Haec illa nempe monstra fuere, quibuscum neque tum, neque deinde, cum eamdem rem tentassem, voluisse me decertare paullo ante dixi. At superiori mense diu multumque universa ac singula meditatus, statui, vitium Asconianis quibusdam numeris omnino inesse, non Asconii ipsius, sed vel Librariorum, vel Typographorum culpa. Neque mirum id esse cuiquam debet, qui modo considerarit, nulla in re saepius fuisse ab iis hominibus, quam in describendis numeris peccatum. Quae res fecit, ut infinita propemodum lectionum varietas occurrat, quoties in Antiquorum libris vel anni vel pecuniae computantur. Corrigamus igitur Asconianos illos mendosos numeros, sed ita, si necessarium esse intelligemus. Necessitatem post ostendam: nunc omnium, qui sunt in Asconio, quique ad eas Pisonianae, quas habemus, partes pertinent, numerorum paradigmata, proponam: quibus alia e regione respondebunt Patavinorum versuum summas exhibentia. Sed illud mihi ante monendus es: cum Ioannes iste Manfrè primae totius orationis literae duorum versuum spatium attribuerit, et paginae 370. cap. 23. totidem versus detraxerit; quos tamen in probatissimis codicibus Gruterus et Pithoeus repererunt: me utriusque rei rationem, ut par erat, habentem, in prima pagina non sexdecim, sed quatuordecim versus tantummodo numerasse: contraque paginae 370. duos reliquis quadraginta duobus addidisse.

Paradigma primum. In codice Asconiano impresso qui versu dicitur	Paradigma secundum 55. in editione Patavina anni 1730. est
A primo. 270. *Ego in C. Rabirio* etc.	A primo illo *Iamne vides bellua* etc. 54
A primo. 300. *Ego cum in concione* etc.	
A primo. 320. *Cuius fuit initium* etc.	A primo . . . 85
A primo. 620. *Seplasia mehercule* etc.	A primo 105
A primo. 800. *De me cum omnes* etc.	A primo 397
	A primo . . . , 584

Paradigma tertium.	Paradigma quartum.
A novissimo. 800. *Me consequentibus* etc.	A novissimo . . 823
A novissimo. 820. *O stultos Camillos* etc.	A novissimo . . 717
A novissimo. 660. *Eadem cupiditate* etc.	A novissimo . . 668
A novissimo. 560. *Est quidam Graecus* etc.	A novissimo . . 556
A novissimo. 320. *Quamquam quod ad me* etc.	A novissimo . . 322
A novissimo. 200. *Quod populari illi* etc.	A novissimo . . 202
A novissimo. 120. *Ecquid vides* etc.	A novissimo . . 113
A novissimo. 90. *L. Opimius eiectus* etc.	A novissimo . . 91

In primo paradigmate corrigendus est numerus ille 620. ex eoque detracta decade reponendus est 610. Cum enim Asconianus codex cum Patavino sic belle cohaereat, ut ab illis verbis *Ego in C. Babirio* etc. (quae in Asconiano ad versum 270. a primo; in Patavino ad 64. a primo pertinent) ad illa *De me cum omnes* etc. versuum summa plane consentiat (intercedunt enim in utroque versus omnino triginta et quingenti); cumque in superioribus intervallis a 270. ad 300. atque a 300. ad 320. nihil ferme discrepent: minime credibile est, a verbis *Cuius fuit initium* etc. hoc est, ab ipso versu 320. ad verba *Seplasia mehercule* etc. ad illa *De me cum omnes* etc. adeo longos Asconianos versus fuisse, ut primum illud intervallum octo versibus longius, alterum septem versibus brevius, quam similia Patavini codicis intervalla, evaderet. Quodsi, eiecto 620. numerum 610. veluti postliminio revocaverimus, tunc rursus inter se consentire utriusque codicis intervalla reperientur, minimoque discrimine sibi invicem respondere.

Aliquanto plus operae ponendum est in emendandis tertii paradigmatis quatuor numeris, nempe 120. 660. 820. 800. quos in 110. 650. 720. 820. mutandos esse contendo. De singulis videamus.

Si in illo 120. nihil inesset mendae, tunc a verbis *L. Opimius eiectus* etc. ad verba *Ecquid vides* etc. in Asconiano codice versus triginta intercessissent, cum non duo et viginti in Patavino intercedant: rursumque a verbis iisdem *Ecquid vides* etc. ad superiora illa *Quod populari* etc. novem versibus Patavino brevior Asconianus codex fuisset. Quonam modo centum et decem versuum intervallo (tantum est enim a verbis *L. Opimius eiectus* etc. ad illa *Quod populari* etc.) potuit haec tanta utriusque codicis dissensio contingere, cum versuum 660. intervallo, hoc est, a verbis *est quidam Graecus* etc. ad extremam usque orationis tanta existat utriusque consensio, ut vix quaternario numero discrepent. Omnia convenient, si ex illo 120. decadem sustulerimus: quod in emendatione tertii paradigmatis postea praestituri sumus.

Venio iam ad mendosum illum 660. a quo removeamus licebit denarium item numerum, faciamusque sane 650. ut Patavini codicis versui 648. prope respondeat. Et profecto quanam ratione fieri potuit, ut, cum intervallo, quemadmodum vidimus versuum 560. non nisi quatuor versibus Patavino auctior Asconianus co-

dex extiterit, nunc idem, addito centenario, quadecim versibus auctior evaserit?

Mendosum etiam esse tertium illum Asconianum numerum 820. plane perspicuum est. Nam, cum hactenus sibi omnia in utroque codice ita constiterint, ut etiamsi eos numeros, quos mendosos esse deprehendimus, emendatos putarimus, tamen inter utriusque codicis versus maximum discrimen sit versuum non amplius duodecim: tanta repente varietas, ut qui versus est in Patavino codice a novissimo 717. is fuerit in Asconiano a novissimo 820. induci nequaquam potuit. Sed quid adhuc de menda dubitamus? Nonne is numerus 820. inscriptus est illis verbis *O stultos Camillos* etc. quae sunt propius finem orationis: cum illis *Me consequentibus* etc. quae longius ab eodem fine absunt inscriptum sit *Circa versum a novissimo* 800. Omnino sive Librarii sive Typographi centenarium de suo hic addiderunt, et ex DCCXX. fecere DCCCXX. quod facere est adeo facile, ut mihi quoque haec modo scribendi alter pro altero numerus calamo exciderit. Refingamus ergo nos illum numerum 820. in 720. et tum, qui versus fuit in Asconiano codice a novissimo 720. is in Patavino esse a novissimo 717. revocata concordia reperietur.

Superest emendandus postremus ille Asconianus numerus 800. Atque hactenus quidem in emendandis reliquis aliquid vel a Librariis vel a Typographis additum detraximus: at hic est aliquid, ab iisdem omissum, omnino addendum: et ille numerus 820. quem illi proxime commenti fuerant, huc est revocandus. Certa illa verba *O stultos Camillos* etc. (quae in Asconii manuscripto codice pertinuisse ad versum 720. vidimus) ad haec *Me consequentibus* etc. (siquidem haec ad versum 800. pertinerent) versuum octoginta intervallo distare debuissent; quae tamen in Patavino sex et centum versibus distant. Unde autem Patavino codici, in reliquis cum Asconiano tam concordi, subito sex et viginti versus, qui ab Asconiano abessent, accedere potuerunt? Addamus igitur Asconiano viginti. Tum eadem verba *O stultos Camillos* etc. a superioribus *Me consequentibus* etc. centum, hoc est, sex minus quam in Patavino versibus aberunt: quod sane est tolerabile.

Sustulimus, nec sine ratione, ut opinor, eas mendas, quae in quinque Asconianarum inscriptionum numeros irrepserant. Quod si emendatis codicibus uti potuissem, non dubito, quin corrigendi hoc labore omni

supersedissem. Equidem multa Asconii exemplaria consului; sed, quod ad inscriptos numeros pertinet, aeque mendosa. Nam cum homines etiam docti nihil ad rem pertinere arbitrarentur, quotos Asconius quosque Tulliani, quo usus ipse fuerat, codicis versus dixisset, omnis est ab iis in hoc genere Librariis atque Typographis peccandi licentia atque impunitas data. Qua in re certe illos ratio vehementer fefellit. Ut enim in rerum natura ex iis, quae sunt ante omnium oculos posita, quaeque vulgo neglecta praetereuntur; si quis sit paullo ingeniosior atque sagacior, mentisque aciem intendat, caussasque eorum omnes et consequutiones diligenter inquirat; mira saepe quaedem et sive constituendis sive amplificandis artibus atque doctrinis perutilia deprehendit: sic in antiquis literarum monumentis nihil debet adeo leve videri, quo non aliquid ab aliquo literis ipsis accommodatum possit extundi.

In Asconii codice manuscripto qui versus fuit	Is in codice Patavii edito anno 1730. est
A primo. 270. *Ego in C. Rabirio etc.*	A primo illo. *Iamne vides bellua?* etc. 54
A primo. 300. *Ego cum in concione etc.*	A primo 85
A primo. 320. *Cuius fuit initium etc.*	A primo 105
A primo. 610. *Seplasia mehercule eto.*	A primo 397
A primo. 800. *De me cum omnes etc.*	A primo 584
A novissimo. 820. *Me consequentibus etc.*	A novissimo . . . 823
A novissimo. 720. *O stultos Camillos etc.*	A novissimo . . . 717
A novissimo. 650. *Eadem cupiditate etc.*	A novissimo . . . 648
A novissimo. 560. *Est quidam Graecus etc.*	A novissimo . . . 556
A novissimo. 320. *Quamquam quod ad me etc.*	A novissimo . . . 322
A novissimo. 200. *Quod populari illi etc.*	A novissimo . . . 202
A novissimo. 110. *Ecquid vides? etc.*	A novissimo . . . 113
A novissimo. 90. *L. Opimius eiectus etc.*	A novissimo . . . 91

A versu	270. ad 300. fuere versus	30	A versu	54 ad 85 sunt versus	31
A	300. ad 320.	20	A	85 ad 105	20
A	320. ad 610.	290	A	105 ad 397	292
A	610. ad 800.	190	A	397 ad 584	187
A	90. ad 110.	20	A	91 ad 113	22
A	110. ad 200.	90	A	113 ad 202	89
A	200. ad 320.	120	A	202 ad 322	120
A	320. ad 560.	240	A	322 ad 556	234
A	560. ad 650.	90	A	556 ad 648	92
A	650. ad 720.	70	A	648 ad 717	69
A	720. ad 820.	100	A	717 ad 823	106
	Summa	1260		Summa	1262

Utriusque codicis consensione eiusmodi demonstrata, ut inter ferme tredecim versuum centenaria vix duorum discrimen intercedat: tandem id, quod priore loco proposuimus, evidenter ostendamus: nempe ab initio Pisonianae tantum periisse, quantum ferme est ex illis verbis *Quid centuriatus palam venditos* etc. (quibus verbis caput 88. huius orationis inchoatur) ad extremam ipsam orationem. Absunt vero ea verba a fine ducentis et sexdecim versibus. Totidem autem ex initio periisse manifestum erit, si ex octingentis illis versibus, qui, teste Asconio, fuere a verbis *De me cum omnes* etc. ad orationis principium, quingenti octoginta quatuor quot nempe sunt ab iisdem verbis ad illa *Iam-ne vides, bellua* etc. (quae sunt in primo orationis, quae ad nos pervenit, versu) subducantur.

Pergamus porro ad reliqua, quae secundo loco nos demonstraturos recepimus. Orationis totius medium fuit in illis verbis capitis 38. *Appellatus est hic Vulturius* etc. quibus inscripsit Asconius *Circa medium*. Ab iis ad orationis finem sunt in Codice Pataviano versus duo et quinquaginta supra mille. Totidem autem ab iisdem verbis ad orationes initium esse debuerunt. At si rationem omnium qui nunc quidem extant, inire voluerimus: ab iis verbis *Appellatus est* etc. ad illa prima *Iam-ne vides bellua* etc. non nisi sexcentos triginta septem superesse reperiemus. Igitur ex superiore dimidia oratione quadringentos et quindecim periisse versus perspicuum est. Ex hac tota summa subductis ducentis illis ac sexdecim (quos ex ipso initio intercidisse supra ostensum est) reliqui fient centum nonaginta novem. Hi quo ex loco absint, quaerendum est.

Verba illa *Appellatus est* etc. (in quibus orationis medium ab Asconio constitutum est) quantum a versu octingentessimo (in quo versus sunt illa *Sed Placentini municipii* etc. cap. 53.) distabant; tantumdem a versu octingentesimo a primo (in quo sunt illa *De me cum omnes* cap. 35.) distare debuerunt. Nunc autem ab illis *Sed Placentini municipii* etc. ducentis et quinquaginta versibus distant: ab illis vero *De me cum omnes* etc. tribus modo et quinquaginta. Ergo hoc medio intervallo (nempe a verbis *Appellatus est* etc. ad verba *De me cum omnes* etc.) centum nonaginta et septem versuum facta iactura est: quae quidem summa cum illis centum nonaginta novem versibus, qui ex omnibus, quos ex universa oratione periisse deprehendimus, reliqui fuerant minima varietate consentit. Cum autem

verba illa capitis. 39. *Quos populari illo* etc. ducentis versibus ab orationis fine absint: paullo minus ex medio illo intervallo, quam quantum ex iis verbis est ad extremam ipsam orationem periisse fatendum est.

Habes mi, Facciolate, inventorum meorum prope mathematicam, ut mihi quidem videtur, demonstrationem: quam ego si non multorum dierum labore atque molestia stetisse mihi dixero, mentiar. Verum iis nunc ita delector ac perfruor, quasi Circuli illam, quam vocant, quadraturam a tam multis a meque ipso olim tentatam reperiissem. Ut enim fuerit in tenui re labor: at praeclarum est atque iucundum ea, quae doctissimi homines indemonstrabilia (licet-ne mihi per te Apuleiano verbo semel uti?) esse iudicabant, tam certa ratione demonstrasse. Quid? quod sua etiam constat, neque ea mediocris inventis meis utilitas? Posthac enim Ciceronis studiosi ubi ad illa Pisonianae verba cap. 38. venerint: *Quas res gessisti in imperio, exercitu, provincia consulari? Quas res gesserit, quaero? Qui ut venit statim nondum commemoro rapinas* etc. non haerebunt, neque quo illa *Qui ut venit statim* — referantur, quoque sint denique progressura, frustra quaerent. Interpretes vero non, ut hactenus fecerunt, aut loci difficultatem dissimulabunt, aut miras quasdam, longissimeque petitas ac plane incredibiles commentationes suas ad eius pravitatem corrigendam afferent: sed, cum illa verba in eam orationis partem commodum incidere intellexerint a qua tantum versuum abesse docuimus: supervacuo labori parcent, ingeniis suis non abutentur, ibique orationis lacunam esse confitebuntur. Equidem volo, Typographo isti tuo mandes, ut, cum Pisonianam una cum Doctorum, et meis, indocti sane hominis, enarrationibus edet, atque ad eum ipsum locum perveniet; post verba *Qui ut venit, statim*, Lectores moneat, *Multa de Pisonis in primum suo in Macedoniam adventu facinoribus desiderari.* Sed quando illa edet? Nempe cum ego reliqua absolvero, ad teque misero. Mittam autem, quemadmodum quidem spero, quae ad volumen primum pertinebunt, venturo autumno omnia. Nimis, iniquies, sero. Quid faciam? Mihi in aurem insusurrari illud dies noctesque sentio σπεῦδε βραδέως: eique praecepto, tamquam Apollinis oraculo, esse mihi obtemperandum puto. Qua quidem in re habeo te auctorem ac ducem; a quo Bandiera noster, qui nuper istinc ad nos venerat, mihi narravit, Glossarii illius, quod iamdiu in manibus habes, non magnam sane par-

tem esse perfectam. Quod opus sane laboriosum ac prope immensum utinam tibi bonus Deus tantum aetatis viriumque tribuat, ut ingenti rei literariae bono possis absolvere. Namque errant, qui humanorum hominum studiis consuli plus et orationibus et poëmatis scribendis putant. Satis est veterum orationum atque poematum, si quis modo aureos illos Graecorum ac Latinorum libros pervolutare velit; recentium vero plus etiam quam esset fortasse satis. Illa, Illa, inquam, est studiorum pars adhuc inchoata et absolutionem perfectionemque suam desiderat, qua homines ad ipsos auctores veteres cognoscendos intelligendosque adiuvantur. Quam qui opem ingenio atque industria sua pro virili portione mortalibus tulerit, ne is hoc uno opere multo melius quam sexcentis orationum ac poëmatum voluminibus de universo hominum studiosorum genere merebitur. Quamobrem incumbe in eam rem unam, quod facis, sedulo atque constanter: meque prodesse hominibus in simili genere conantem patere paulo serius, modo utilius, inchoata mea perficere. Vale, mi Facciolate, meque tui amantissimum amare perge.

Florentiae 18. Kalendas Decembres 1733.

XXXII.

Dav. Ruhnkenii epistolae novem ad *I. P. d'Orvillium* scriptae.

Ruhnkenii epistolas ineditas, Bibliothecae Criticae Rei Scholasticae a. 1821. P. IX. p. 746—752 a me insertas, quum magnopere placuisse cognovissem hominibus doctis, quorum apud me multum valere debet iudicium, non abs re fore putavi, si hoc loco repeti curarem alias, quas Th. Kiddius ex autographis inter adversaria d'Orvillianea Oxonii latentibus in lucem protraxit. Quantum enim d'Orvillius, quod propter altum Wyttenbachii silentium vulgo ignoratur, adiuverit iuvenem advenam, qui summo litterarum amore permotus, Wittenberga relicta, Bataviam adierat, et non semel laborabat inopia rerum ad vitam sustentandam necessariarum, nunc demum cognoscimus e Londinensi editione opusculorum Ruhnkenianorum. Quae quoniam in his terris propter ingens, quo venit, pretium admodum rara est, toto animo cogito de nova collectione multo pleniore, quae nihil, quod stilo viri praestantissimi excidit, desideri patiatur. Idcirco omnes, qui his litteris bene cupiunt, ut consilio meo, in praef. ad nov. edit. orationum Tib. Hemsterhusii h. a. a me factam p. 5 sq. uberius exposito, auctoritate ac voluntate sua adesse inprimisque, si quas ab-

-runt epistolas Ruhnkenii ad viros eruditos nostri populi scriptas, benigne mihi indicare velint, non tam mea, quam publici commodi causa, iterum iterumque rego.

W. d. 26. Apr. 1822. *Fr. Tr. Fr.*

I.

Viro Amplissimo I. P. D'Orvillio Dav. Ruhnkenius S. P. D.

Diutius quam par est scribendi vel potius gratias agendi officio defui: quamquam tantum abest, ut singularia, quibus me ornatum dimisisti, beneficia memoria exciderint, ut potius quotidie occasionem captaverim, qua gratum animum Tibique perpetuo devotum quodammodo testari possem. Circumspicienti igitur commode se obviam tulit Barnabas Brissonius, emendandi quondam initium, nunc finis curae qualicunque meae erat commissus. Tu vero, summe Vir, hoc munusculum serena, ut soles, fronte accipias, neque tam, quid beneficiorum tuorum magnitudini conveniat, quam, quid a nobis proficisci possit, expendas. Erit fortasse brevi alius locus, quo, quanta mea erga Te etiam nunc sit pietas, quanta virtutum tuarum admiratio, publice profiteri licebit. Clar. Alberti studium, quod Hesychio edendo navat, aliis negotiis adeo intercipitur, ut omni illo tempore, quo Leidae vixi, ne plagula quidem sit excusa. Interea, dum aliud nihil est, quod agam, omne tempus consumo in vetustis Bibliothecae publicae membranis excutiendis. Sed hoc ex labore cum, quantum animus utilitatis, tantum res familiaris detrimenti capiat: Te, illustris Maecenas, per eximiam illam humanitatem, qua Te mihi semper patronum adfuturum affirmasti, demississime rogo, ut, si dignus videar, alium mihi imperes vel conferendi, vel describendi laborem. Quod quidem beneficium cum apud hominem negotii demandati satagentem, tum apud summe gratum Te collocasse experieris. Bene vale, Vir amplissime, atque sic existima, qui divinos Tuos in literis progressus intelligant multo me melius, habere te plurimos: qui laudi Tuae faveat studiosius, et munificentiam animo prosequatur gratiori, neminem. — Dab. Leidae, d. 21. Aug. 1747. Scriptis ad viros eruditos literis, diligenter cavi, ne quam amplius tibi molestiam exhiberent, epistolis Amstelodamum dirigendis: ad quod iam antea nonnullis significaveram. Iis, qui longe aberant, commode non poteram. Tu, qua es animi magnitudine, hoc mihi vitio haud vertes. Salvebis a VV. CC. Oudendorpio, Alberto, Hemsterh., Rövero.

II.

Illustri Viro Iac. P. D'Orvillio David. Ruhnkenius S. P. D.

Nae, tu χάλκεα compensas χρυσέοις. Quod dum praestas animo vere magno, vere paterno, antiquum illud tuum obtines. Verum ita Musas mihi propitias esse velim, ut Te nunquam liberalitatis erga me Tuae paeniteret. Utinam modo Deus hoc tibi otium faceret, ut, quae ad varios auctores divinitus a Te sunt observata, hominibus literarum studiosis impertire posses. Nam etsi ego non si sum, qui magnorum, qui nunc sunt, virorum laudibus detrahere aut possim aut velim: tamen hoc mihi vere videor posse affirmare, ne unum quidem esse eorum, qui purissimo illo et incorrupto Venerum antiquarum gustu Tecum certare possit. Summum numen Te, optime Musarum pater, una cum filiolo Tuo nobis quam diutissime servet. Dab. Leidae, d. 25. Aug. 1747.

Vir amiciss. P. Wesselingius nuper dubitabat, an liber, quem superiori anno iussu tuo emerat, recte ad Te sit perlatus. Sed forte res non est tanti, ut eum de hac sola certiorem faciundum putes.

III.

Viro Amplissimo I. P. D'Orvillio David. Ruhnkenius S. P. D.

Cum his diebus Bibliothecam Crucianam, mox divendendam, excuterem, ea mihi detexisse visus sum, de quibus pro eo, quod tibi debeo, officio certior a me faciundus esses. Scias igitur, in hac Bibliotheca, etsi Catalogus nihil prodit, tamen extare Virgilium, duo Horatii exemplaria, Plautum, Terentium, Censorinum, Boethium, Lucianum, vel collatos cum MSS. vel notatos ab Heinsio, Io. Frid. Gronovio, Guilielmo Goesio aliisque. Hic etiam apparet Harpocration Aldinus, tritus manibus Clarorum hominum, Xylandri, Sylburgii, Fabri, Heinsii et Rutgersii: e quo nonnulla dedit Iacob. Gronovius dedissetque plura, nisi hoc ipsum exemplar ei furto esset surreptum.

Corpore Historiae Byzantinae Parisiensi nihil unquam vidi magnificentius. Videtur donum Regium fuisse. Insignia certe Regis Galliarum ligatura praefert. Inter caeteros rariores libros eminent Suidas Aldinus, Claudianus anni 1482, Musaeus, Orpheus, et Callimachus apud Aldum, Demetrius Phaler. apud Morellium: quorum omnium singularis est nitor.

Tu, Vir illustris, pro Tuo in me iure, mihi emendi negotium impera; quod, quin summa et vigilantia et fide exsecuturus sim, non est Tibi dubitandum. Nam etiamsi Amplissimis hominibus, qui me Leidae evocant, obsequar (qua de re adhuc delibero): tamen usque ad finem mensis Octobr. hic commemorabor. Vale, Vir Magne, mihique, si merear, fave. Dab. Leidae, d. 23. Sept. 1747.

IV

Illustri Viro I. P. D'Orvillio David. Ruhnkenius S. P. D.

Pauciores libros a Cruciana supellectile Tibi vindicare licuit, quam initio sperabam. Nam plerosque Vett. Auctores cum MSS. collatos immani pretio sibi redemit Petrus Burmannus. Quatuor tamen tibi obtigerunt pretio satis aequo. Corpus Historiae Byzantinae istis Heroibus non concedendum putavi. Regium hoc exemplum Regiae bibliothecae Tuae inserendum erat. Cumque meae etiam moderationi nonnihil commiseris, dedi id, quod, si adfuisses, profecto ipse dedisses, nempe 390 fl. Non credebant Viri optimi, qui mihi ementi applaudebant, Oudendorpius et Röverus, huic exemplari simile aliud in toto terrarum orbe extare. Nam sola ligatura ad minimum centum et quadraginta florenis constitit. Equidem diligenter curabo, ut omnia sarta tecta ad Te perferantur. Quod ad me attinet, constitui ulterius Leidae commorari. Malo enim parce ac tenuiter vivere, quam hominibus opulentis illis quidem, sed ἀμούσοις, operam meam addicere. Quaerant isti sibi politulos Gallulos, quos filiorum studiis moribusque praeficiant: Utinam modo Tibi, Summe Virorum, tantum otii esset, ut mihi pensum, quod conficerem, imperare posses. Tum sane pulchrum me ac beatum putarem. — Vale, Decus nostrum, nobisque fave.

Dab. Leidae, d. 16. Oct. 1747.

Corpus Hist. Byzant.	390	
Horat. Cruquii cum Em. MSS.	3	
Terent. fol. cum MS. collatus	7	
Horat. Elz. notatus man. Heinsii	2	4
Boethius cuius princ. cum MS. collat.		14
Serenus Sammon		13
Dissert. de Aqua salsa		4
Incertus Poeta cum notis Opitii Cabeliavii Epistolae		16
Caosii Orpheus		11
Corippus Ruizii		12
Pinvieri Aenigmata		11
	414	5

V.

Viro Amplissimo L. P. D'Orvillio David. Ruhnkenius S. P. D.

Non dubito, quin recte ad te perlatum sit eximium illud Historiae Byzantinae exemplar. Nunc mandato tuo obsecutus rariorum librorum pretium emtoresque breviter notabo.

Suidas ap. Aldum	16 fl.		Mülle Consul Enchusonus
Claudianus 1482	15		Idem
Landinus in Virgil. 1492	4		Idem
Censorin. cum MS. collat.	8		Van Paenen mandatarius Burmanni
Virgilius cum Var. lectt.	10,	15	Idem
Harpocration cum not. MSS.	12		Idem
Plautus cum MS. collatus	18		Idem
Lucianus cum Notis MSS.	—		Idem
Asconius Pedianus Ald.	2		Idem
Ulpiani fragm. cum MS. collatum .	5	5	Roverus

Musaeum, Callimachum, Orpheum apud Aldum, et Demetr. Phaler. pretio iniquiori sibi paravit Clar. Oudendorpius. Nisi Seldenum aliunde acceperis, exemplar in ipsa Gallia splendide ligatum 30 fl. Tibi vindicare possum. Vale, Vir summe, meque Tuorum numero habe. Dab. Leidae, d. 20. Octobr. 1747.

VI.

Viro Amplissimo Iac. Ph. D'Orvillio David. Ruhnkenius S. P. D.

Etsi ego singularem Tuam propeque regiam erga me munificentiam pientissimo animo colo: tamen, quotiescunque novis a te beneficiis ornor, quaedam me indignatio subit, quod nullam mihi viam relictam esse videam, qua, quanta mea erga Te sit pietas, quantumque Tibi inserviendi studium, re ipsa declarare possim. Nullus sane labor tam molestus fingi potest, quem non, Tuo iussu, promto ac lubenti animo subirem. Nisi Tu, vir Magne, hoc ipso tempore tot aliis negotiis distinereris, auderem limatissimo iudicio Tuo subiicere Specimen Emendationum in Callimachum, poetam foedioribus, quam plerique putant, mendis obsessum, et a magistellis mirifice interpolatum. Capiam tamen, ni abnueris, tum Te arbitrum, cum maius Tibi otium obtigisse intellexero. — Interea vale, Summe Vir, nobisque bene velle pergas.

Dab. Leidae d. 29. Octobr. 1747.

VII.

Viro Amplissimo Iac. Ph. D'Orvillio Dav. Ruhnkenius S. P. D.

Si ullus clientum Tuorum, hac anniversaria temporis commutatione, perpetuam Tibi salutem pie atque ardenter precatur, is certe ego sum, quo nemini incolumitas tua magis curae cordique esse debet. Nam sive spectatam Tuam inter omnes doctrinam intuear, quid magis optandum est, quam ut prospera valetudine utens, primum immortalia, quae paras, opera vulges, et postea gloriae tuae quam diutissime supersis? Sive merita erga me Tua ad animum revocem, quid aequius est, ac pium magis, quam ut ego perennem Tibi felicitatem apprecer, qui integrum iam annum, et quod excedit, insigni illa liberalitate Tua sustentatus vixi? Summus igitur rerum arbiter Te, seculi nostri Peirescium, diu sospitem florentemque servet Teque cum Iano Tuo tot annos, quot Pater Tuus, Venerandus senex Tecum iam exegit, superare sinat. Dab. Leidae d. 2. Ian. 1748.

Narrabas aliquando, Vir Amplissime, gaza Tua contineri Novellas quasdam Graecas, Reverendi Montfauconii manu e Vet. Cod. descriptas. Harum si mihi per aliquot dies copiam feceris, ingentem ceteris Tuis, magnisque erga me beneficiis cumulum addes. Equidem, cum ab aliquo tempore non ignavum Ictis Graecis operam impenderim, huius laboris Specimen hoc anno edam, simulque mirifice gaudebo, si vel opibus tuis, vel consiliis instructior prodiero. Vale Vir Summe. — Salvebis ab amicis candidisque viris Alberto et Lennepio.

VIII.

Viro Amplissimo I. P. D'Orvillio Dav. Ruhnkenius S. P. D.

Hermannus Samuel Reimarus vir humanissimus misit ad me Specimen novae editionis Dionis Cassii, idque oculis Tuis subiici iussit. Equidem omnem lapidem movi, opus ut Belgicis typis exscriberetur, quo ex eius correctione nonnihil ad me emolumenti redundaret; id quod te etiam optasse memini. Sed imminens Belgio periculum, et attritae Neaulmii facultates spem omnem disiecerunt. Tu, Vir Summe, si quid e ditissima Bibliotheca Tua, quo Dio ornari possit, suppeditaveris, ingenti beneficio cl. Reimarum mactabis. Ad me quod attinet, nunquam Leidae duriori conditione vixi, quam hoc ipso tempore. Nam et prela typographica cessant,

et praeter [illegible], discipulorum habeo neminem. Tu, o D'Orvilli, qui toties res meas labantes sustinuisti, impera mihi vel molestissimum laborem, qui quidem tamdiu necessarium victum praebeat, donec melior spes affulserit.

Poteris hoc beneficium Tuum apud digniorem collocare: apud gratiorem non poteris. Vale, Vir summe, nobisque si mereamur, fave. Dab. Leidae d. 10 April. 1748.

Accepi literas a Mildenio Constantinopoli scriptas, quae nos certiores faciunt, viros eruditissimos, Askew et Treeman adhuc in eadem urbe versari. Askew ingentem Graecarum Inscriptionum farraginem secum in patriam asportavit: quamvis ipsi illarum describendarum studium magno constiterit. Nam cum Smyrnae marmora quaedam muro inclusa accuratius lustraret, describeretque, a Turcis, eum speculatorem esse ratis, in vincula raptus est, et aliquamdiu detentus.

IX.

Viro Amplissimo I. P. D'Orvillio D. Ruhnkenius S. P. D.

Mitto ad Te Heineccianam Iuris historiam luculento Cl. Ritteri Commentario illustratam. Neque misissem, nisi dignus esset liber oculis tuis. Nam vere iudicabat Wesselingius noster, nihil iam a longo tempore in hoc studiorum genere prodiisse, quod eadem sagacitate conscriptum sit, aut plura nova reconditaque contineat. Idem ICtus supra Germanorum captum eruditus, totus in eo est, ut Schultingii Iurisprudentiam Ante-Iustinianeam cum octo amplius MSS. collatam, et felicissime emendatam publica luce donet. Tu, Vir magne, levidense hoc munusculum serena, ut soles, fronte accipe, meque porro Clientum Tuorum numero habe. Bene vale. Dab. Leidae d. 25. April. 1748.

XXXIII.

Lesarten zum Ersten Buche der Ciceronischen Schrift de Oratore aus dem Hahnischen Drucke v. J. 1468.

Es sind bereits mehr als sieben Jahre verflossen, dass der nunmehr verewigte *Schmidter*, Prof. u. Ober-Bibli-

thecarius zu Breslau unter dem Wuste von Büchern, welche aus den Schlesischen Stifts- u. Kloster-Bibliotheken in die gegenwärtige Königl. u. Universitäts-Büchersammlung vereinigt wurden, einen Band von *Hahnischen* Drucken einzelner *Ciceronischer Schriften* entdeckte u. mit denselben zur Durchsicht u. kritischen Benutzung anvertraute. Bei der ausserordentlichen Seltenheit dieser Drucke, zumal in unserm vielfältig geplünderten Vaterlande, glaubte ich die Vergleichung auf das sorgfältigste u. gewissenhafteste veranstalten zu müssen, wozu sich im Verlaufe der Arbeit eine neue noch dringendere Veranlassung in dem Umstande fand, dafs eben dieser kostbare Band, mit Allem, was er enthielt, unter vortheilhaften Bedingungen an die Sammlung des Lord *Spencer* verhandelt werden sollte, wo er sich gegenwärtig auch wirklich befindet.

Das Volum, dessen Umfang keinesweges sehr beträchtlich ist, enthält erstens den *Hahnischen Druck der Schrift de Oratore* v. J. 1468, mit dem ich es in den folgenden Blättern zunächst allein zu thun habe. Diesem Druck war bisher, wenigstens in der philologisch-kritischen Welt, nur aus unsers *Panzer's Ann. Typograph. Vol. II. p.* 209 u. den andern bibliographischen Werken, worauf sich die Jahrbücher beziehen, mithin blofs rücksichtlich seiner *historischen* Existenz bekannt. Das Äufsere ist, so wie es dort angegeben wird: Druck u. Papier ausnehmend schön, und die Latein. Schrift von zierlicher Form fällt gut ins Auge. Nur was am Ende steht, die Notiz des Druckers, bedarf der Berichtigung, weil sie offenbar nur aus untreuer Überlieferung aufgefafst ist. Es lauten aber die Worte in *Deutscher* Schrift (*charactere Gothico*), sechs Zeilen, buchstäblich wie folgt: *Finiti et cõtinuati sunt supradic || ti libri M. T. C. Rome per me || Ulricum. Han. de wiena. Anno || domini. Millesimoquadringente || simosexagesimo octauo Die. Quin || ta. Mensis. Decembris* (kein Schlufspunkt).

Bekanntlich ist dieser *Hahnische* Druck die *zweite* oder *dritte* gedruckte Ausgabe der Schrift *de Oratore*. Aber weder die angenommene *editio princeps* v. J. 1467 (in dem Exemplare der *Spencer*ischen Sammlung, Cicero Nr. 176, ist gar kein Jahr angegeben, *without date*), noch diese *Hahniana* a. 1468. ist bisher von irgend einem Hgbr. des Cicero, auch nicht von dem Unternehmer der jüngsten *Leipziger* Ausgabe, die sich als *Recognition* ankündigt, für die Kritik des Textes benutzt

worden. Man höre Ernesti Praefat. ad Opp. Rhet. p. IX sq.: *Exempla horum librorum* (der Schrift *de Oratore*) *typographica — prima — facta sunt a Sweinheimio et Pannartio Germanis anno quintidecimi saeculi primum septimo et sexagesimo, in claro monasterio Sublacensi, mox anno sequente iterum Romae, ut bene demonstratum est a Mermanno p. 246. eruditi Operis de Origg. Typographicis. Eos secutus est in eadem urbe Roma Ulricus Han Vindobonensis* (er war kein geborner *Wiener*, sondern aus Ingolstadt, *civis Viennensis*. S. *Panzer* Ann. Typograph. Tom. II. p. 458) *a. duodeseptuagesimo; cuius exemplum fuit in eiusdem de Boze Bibliotheca. Neutrum mihi videre uspiam contigit: qui autem vidisse se profitentur qui sunt valde pauci, ii, de more superiorum temporum, nihil quod cuiquam prosit de iis tradunt, contenti de forma externa, h. e. modulo, chartis, figuris literarum prodidisse.* Das *Breslauische* Exemplar, von dem ich spreche, befand sich früher in der Büchersammlung der Augustiner-Chorherren zu *Sagan* in Niederschlesien, unter andern typographischen Schätzen der Sammlung verborgen u. ungekannt. Die K.K. Bibliothek zu *Wien* besitzt, wenn ich nicht irre, ebenfalls ein Exemplar dieses Druckwerkes, wahrscheinlich das *einzige* in ganz Deutschland.

Die zweite Hälfte des Volums umfaſst eine Reihe *philosophischer Schriften* des Cicero in folgender Ordnung: *Officia, Paradoxa, Somnium Scipionis, Laelius, Cato Maior, Tusculanae.* Am Ende von diesen ist das Jahr 1469. angegeben, was ohne Zweifel auch für die Übrigen gilt. Man s. *Panzer*'s Ann. Typograp. vol. II. p. 414. Sie finden sich aber auch *vereinzelt* in der *Spencer*ischen Sammlung, die *Tusculanae* Cic. Nro. 182, *de Amicitia, de Senectute, Somnium Scipionis* (also in einer andern Ordnung), das Nro. 210. Auch auf diese Drucke, die für die Kritik u. die Geschichte des gegenwärtigen Textes manches Interessante liefern, hoffe ich gelegentlich zurückzukommen.

Was ich nun in den folgenden Blättern für die Bücher *de Oratore* theils aus dem obgedachten *Hahnischen* Drucke, theils aus andern Quellen beibringe, die ich überall selbst untersucht habe, war ursprünglich ganz anders überlegt u. berathen. Ich machte damals im Intelligenzblatte der Jenaischen A. L. Z. auf den litterarischen Fund aufmerksam, u. versprach über die Beschaffenheit desselben ausführlicheren Bericht in einer besonderen Schrift, mit welcher ich mich beschäf-

tigte. Ich hatte mancherlei Handschriftliches u. aus den ältesten Drucken gesammelt, u. der Vorrath wuchs bei jeder neuen Bearbeitung des bereits Gewonnenen; aber die Sache kam endlich doch ganz anders. Eine Vergleichung der *Hahnischen* Varianten mit denen der *editio princeps* war unerläſslich; um zu einem bestimmtem Resultate zu gelangen. Aber hier zeigten sich in der Ausführung Schwierigkeiten, die ich bis jetzt nicht habe überwinden können. Ich gebe demnach, was ich eben habe, oder vielmehr einen Auszug aus meinen Sammlungen, der sich unmittelbar auf die *Hahnischen* Drucke bezieht. Die Vergleichung ist nach der gröſseren *Ernestinischen* Ausgabe v. J. 1772 gemacht. Der Gudischen Handschriften, die ich ebenfalls selbst verglichen habe, rufe ich in der Ordnung auf, die ihnen *Heusinger* in seinen von dem jüngsten Hgbr. des Cicero benutzten Papieren angewiesen hat; Gud. 2. (A.), 38. (B.) u. August. XII, 13 (C.).

P. 264. C. I. §. 1. *ac nunc quidem mihi quoque.* - §. 1. *flexu.* Pro Cael. c. 31. §. 75. p. 1238. *Fluxu* steht in der dritten Gudischen, am Rande jedoch *flexu* als Variante bemerkt. - §. 3. *et a Consulatu.* Lambin. Ausg. v. 1566. *et in C.* - *redundarent.* - *in eis.* - §. 4. *quisquam.* Pro Rosc. Amer. c. 12. §. 33. gibt der Venedische Druck v. 1472 ebenfalls *quisquam.* S. *Heindorf* zu III. de N. DD. c. 4. §. 11. p. 290. - P. 266. C. 2. §. 5. *hisdem de rebus.* - §. 6. *at mihi quidem.* - *quod esset.* - *et excellentes in quocunque genere.* - §. 7. *quis est enim.* Dieſs ist überall das Richtige, u. von den Handschriften u. den übrigen alten Quellen fast immer bestätigt. Man s. Schäfer bei Plinius Praefat. p. XI. sq. u. Heindorf zu I. de N. DD. c. 4. §. 9. p. 9. - *ex hac una civitate praestantissimos.* - *possint.* - *at ne quis forte.* Codd. Gudd. B. C. *qui.* Man s. die *Heusinger* bei III. de Off. c. 4. §. 19. p. 599. Die Verwechselung von *at* u. *ac* ist häufig bemerkt. S. *Ebendieselben* zu I. de Off. c. 32. §. 115. p. 271. - *reconditis artibus.* - *qui convertat.* - *in his floruerunt.* - *sint facillime.* - c. 3. §. 9. *omnium laudatarum artium.* - *ab omnibus.* S. die Heusinger bei III. de Off. c. 12. §. 52. p. 658, u. *Görenz* zu III. de Fin. c. 19. §. 64. opp. Cic. Philos. vol. 3. p. 394. - *numerare.* - §. 10. *hi qui.* - P. 267. *nemo forte.* - *musicus.* Bei *Lambin* aus einer Handschrift: — *se dedit, quin omnium illarum artium paene infinitam vim et materiem* (dieses mit Cod. Gud. A.) *scientia et cognitione* (beides zum Theil in Codd. Gudd. B. C.) durchaus empfeh-

lenswerth u. von *Lambin* gewürdigt. Über die Verwechselung von *cognitio* und *cogitatio* mehr zu III. de Orat. c. 10. §. 38. und *Görenz* zu II. Acadd. c. 47. §. 142. - §. 11. *ex nostrorum et Graecorum copia.* - §. 12. *abditis fontibus.* Auch aus Cod. Gud. A. *vitium vel maximum est a vulgari atque a consuetudine abhorrere.* S. *Jac. Fr. Heusingeri* zu I. de Off. c. 3. §. 8. - C. 14. §. 13. *plus ceteris.* - *ut spe.* S. die Varianten zu I. de Off. c. 12. §. 37. - *inventa et perfecta est.* - *orationis.* - P. 268. *ullam vim.* - §. 16. *ac varietas.* Eben so, u. wol nicht übel, Codd. Gudd. B. C. - C. 5. §. 16. *quis enim artibus.* - §. 17. *sine verborum.* - §. 18. *tenenda praeterea omnis antiquitas.* - *neque ius legum.* - P. 269. *laborent.* Über die Verwechselung s. *Heusinger* bei I. de Off. c. I. §. 3. p. 11. u. *Görenz* zu I. de Finn. c. 4. §. 10. Eben so aus Handschriften u. ältesten Drucken de Sen. c. 7. §. 24. und c. 8. §. 26. - *verbis et rebus.* Bei *Vincentius v. Beauvais* Spec. Doctr. IV. c. 100. fehlt *verbis.* Eben so Spec. Nat. XXVI. c. 100., woselbst aufserdem die Ordnung der Wörter verändert und ein Glossem in den Text aufgenommen ist: *qui nisi custos cogitatis inventis dispositisque rebus adhibeatur.* - §. 19. *in quibus singulis.* - C. 6. §. 20. *oportet* fehlt. - *quae nisi sit.* Cod. Gud. A. *sint.* Schreibe mit *Lambinus*, wie der Sinn fordert: *quae, nisi subsit res ab oratore percepta et cognita, inanem quandam habet elocutionem.* - §. 21. *hoc ego.* - *videatur.* - *ut omni de re, quaecunque res sit proposita, ornate ab eo copioseque dicatur.* S. *Quintilian* II. Inst. Orat. c. 21. §. 5. - §. 22. *versaretur* fehlt. - P. 270. *requisitum et multum disputatum.* - §. 23. *disputationibus.* - *quoniam illa pateant.* - C. 7. §. 24. *memini dici mihi.* Mit Cod. Gud. A. - §. 26. *autem* und *duo* fehlt. - *C. Cotta qui tr. potebatur.* - P. 271. §. 26. *quo quidem sermone.* - §. 27. *in loquendo lepos.* - §. 28. Nach *quiescent* fehlt *et.* - *ad occupandum hunc locum patulis diffusa est ramis.* - *aquila.* Cod. Gud. A. *acula.* Dagegen Cat. Mai. c. 17. §. 59. aus dem *Hahnischen* Drucke vom J. 1469. *equonomicus.* - *ut se abiceret* (s. *Heusinger* bei *Mallius* S. 46) *in herba.* Auch aus den *Gudischen* Handschriften bemerkt u., wie billig, empfohlen. *illa* fehlt; mit Zustimmung der Ersten Gudischen. Eben so *est* vor *arguius.* - §. 29. *in his sedibus* (so). Cod. Gud. A. *in suis sedibus.* - C. 8. §. 30. *comparentur.* - *mihi vero.* - P. 272. §. 31. *atque magnificum.* - *iudicium religiones.* - §. 34. *paene* fehlt. Man s. *Charisius* Instit. Gr. II. p. 176. Putsch. - *et plurimorum.* - P. 273. c. 9. §. 35. *et ab*

initio. — *Senatus.* — §. 36. *aut in instituendis aut in conservandis civitatibus.* Die Präposition zu wiederholen, ist dem Sprachgebrauche des *Cicero* gemäfs. Pro Rosc. Amer. c. 29. §. 81. aus dem *Venedischen* Drucke vom J. 1472. *qui omni tempore in praeda et in sanguine versabantur.* II. Catil. c. 9. §. 19. aus der *Gudischen* Handschrift Nr. 2. u. einem ältesten Drucke, dessen nähere Beschreibung ich mir vorbehalte, *in cinere urbis et in sanguine civium.* Lael. c. 17. §. 61. aus dem Hahnischen Drucke, *in quibus eorum aut de capite agatur aut de fama.* Somn. Scip. c. 1. §. 1. aus demselben u. einem Venedischen Drucke v. J. 1496, *in meo regno et in his tectis.* — *ornateque.* — §. 37. *vero* fehlt. — *reprexisse.* — *Tullio.* — *quod* fehlt. — *ipsa.* — §. 38. *et* fehlt vor *nostrae.* — P. 274. c. 10. §. 39. *Crasse* fehlt. — §. 40. *perpulisti.* S. *Lambinus* bei Horaz V. Carmm. 11, 2. p. 223 der Vened. Ausg. v. 1566. — §. 41. *pro tuo iure.* — *versari posse.* — §. 42. *Democratici* (so) *ceterique in suo physici vindicarentque ornati in dicendo et graves.* S. *Lange* zu Lael. c. 21. §. 79. u. *Jac. Fr. Heusinger* zu I. de Off. c. 1. §. 2. p. 9. — *nihil de bonis rebus.* — P. 275. *coniungerent.* — §. 43. *etiam* fehlt. — *putes esse.* Cod. Gud. A. *putasses.* B. C. *putas esse.* — *a se.* — *Theophrastum.* — §. 44. *coniungitur.* — *vere videaris dicere.* Cod. Gud A. *videare dicere.* — *nominis mihi videbitur.* — C. 11. §. 45. *Carneades.* Gewöhnlicher Irrthum. S. die Varianten zu II. Acadd. c. 6. §. 16. V. de Finn. c. 2. §. 4. I. Tusc. c. 24. §. 59. — *erat.* — *una etiam ipsum illum.* P. 276. *ut ferebatur.* — *Critolaus et Diodorus.* Mit Codd. Gudd. B. C. — §. 46. *civitatis.* — §. 47. *Carneade.* — *homines Graeculos.* Auch aus Cod. Gud. A. — §. 48. *concreditis.* Auch in den *Gudischen* Handschriften, nur in B. verbessert durch beigesetzte Punkte. S. *Conrad Heusinger* Praef. ad Cic. Off. p. XLVII. — *ei qui dicet et ea de quibus dicet.* — §. 49. *sicut et ferunt.* — *materia.* S. *Conr. Schneider's* Formenlehre der Lat. Sprache, Bd. 1. S. 483 ff. — *oratorum.* — P. 277. *idem.* — §. 50. *quod non habuerit ex arte alienam hanc dicendi facultatem.* Auch die Handschriften irren auf ihre Weise. — C. 12. §. 60. *in dicendo ubertatem.* — *afferunt propriam.* — *expositione.* — *laudatur.* Auch in Codd. Gudd. A. und C. — §. 51. *orator si id.* — *ipse ille.* — §. 52. *et ceterarum artium.* — *multa sunt quae ipsi magistri.* — §. 53. *vel ad odium.* — *iidem* (Priscian. VII. p. 737). *permotionibus.* — P. 278. §. 54. *atque.* — *hoc enim proprium oratoris.* Cod. Gud. A. — *hoc est proprium.* Ohne Zweifel, *hoc est*

enim. Man s. oben zu §. 7. - C. 15. §. 55. *isti qui: - artis suae nomine*. Auch die Gud. Handschriften B. C. verwerfen *isti*, u. *Lambin* tilgt es ebenfalls. - §. 56. *atque* fehlt. - §. 57. *omnibus* fehlt. - *et exiguo sermone*. - *ac etiam cum erat*. - P. 279. §. 58. *ligurgum*. Die Erklärer bei *Livius* II, 10. - *prudentis*. - §. 69. *omnes deposuerunt*. - *copiose varieque*. - C. 14. §. 59. *in his causis*. - *non est ex usu*. - §. 61. *an minus vobis hoc*. - *non dubito*. - P. 280. *quae ante et mathematica et ceterarum artium propria*. - *ad oratoris eius confugiendum est tanquam ad architecti potius facultatem*. - §. 62. *numquam* (für *non quum*) *ab illo*. - *vero* fehlt, so wie bald nachher *tum*. - §. 63. *ignarusque si sit*. So verbesserte auch *Görenz* zu II. de Finn. c. 2. §. 5. - *sciat posse de quo dicere*. - C. 15. §. 64. *dignus est*. - *quaecunque res inciderint quae sint dictione explicandae*. - *cum quadam actionis etiam dignitate*. - §. 65. *quod ita proposui*. - *aut usu forensi*. - *si his de rebus ipsis*. - *ab his*. - *unaquaque*. - *haec*. - §. 66. *itaque*. - P. 281. *ipse ille*. - *que* fehlt. - *his ipsis rebus*. Eben so bei *Nonius* II, 920. p. 690. Gothofr. - §. 67. *dolore morte dicendum*. - *a quoquo cognoverit*. S. *Görenz* zu III. de Finn. c. 14. §. 45. - *unde cognoverit*. - §. 68. *distributa*. - §. 69. *si modo ad eum erunt delata et ei tradita*. S. die *Lambinische* Ausgabe v. 1566. - C. 16. §. 69. *ornatissimis atque optimis versibus Aratum de caelo stellisque dixisse*. Mit *Lambin* und den *Gudischen* Handschriften. - *de rebus his*. - P. 282. §. 71. *me hercle*. - §. 72. *his omnibus artibus*. Kurz nachher bemerke ich aus der *Lambin*. Ausgabe v. 1566. *hominem neminem esse in oratorum numero habendum*. So Parad. VI. c. 1. §. 8. aus dem Hahnischen Drucke v. J. 1469. *neminem hominem divitem esse nisi qui alere exercitum posset suis fructibus*. - §. 73. *ipse motus indicat*. - *in oratoribus*. - *concionum* fehlt. - *etiamsi proprie non adhibeantur artes*. - *structus*. - C. 17. §. 74. *inquid*. *Heusinger* bei Mallius p. 5. - P. 283. §. 75. *multa*. - *non ut nullam artem*. - §. 76. *sed is qui esset*. - §. 77. *civilibus*. - §. 79. *studium illud dicendi*. - *qualem illum oratorem et quantum futurum*. Aus der zweiten und dritten Gudischen Handschrift von *Schütz* in den Text zurückgeführt. - P. 284. c. 18. §. 81. *difficile factu est*. - *ut extrahamus*. - §. 82. *proconsul*. - *cumque haec nescio quomodo apud eos increbuissent*. - *pro se quisque ut poterant de officio et de oratoris ratione disputabat*. Man s. oben zu §. 36. Die Phrase *ut poterat* erweitert sich in der zweiten u. dritten *Gudischen* in diese gleichbedeu-

tendo *quantum quisque poterat.* - §. 83. *acuti.* - *omnis habere.* - §. 84. *Carneades.* - *aperiet.* - *sed tum maxime.* - *nominabantur.* - P. 285. c. 19. §. 85. *et* fehlt vor *in re publica.* - *omnis enim partis.* - *de* fehlt vor *diis.* - *in eorum libris invenire.* - §. 86. *de describendis legibus.* Vor *conformandis* fehlt die Präposition. - *littera nulla in eorum libris.* - §. 87. *eos non modo expertes esse illius prudentiae.* - *id fieret.* - *affici velit.* - *idem.* - P. 286. §. 88. *refellere conabatur.* - *docebat.* - *vel iudicium.* Vgl. *Conr. Schneider's* Formenlehre der Lat. Spr. Bd. 1. S. 260. - *in quibus.* - C. 20. §. 89. *ille* fehlt. - §. 90. *blandiri suppliciter his a quibus esset petendum.* Man s. *Lambin* zu d. St. Tom. 1. p. 316. - *et cum consuetudo.* - §. 91. *eloquentissimos tamen homines.* - *quosdam habere nominabat.* - *quorum ego illi facile alterum assentiebar.* - P. 287. §. 92. *quoniam et dicerentur.* - *omnia ea.* - *ab his.* §. 93. *persuaderi.* - *Carneades.* - *vehementer admirari.* *perpugnantem in disputando.* - C. 21. §. 94. *tum ego cognoscere.* - *qui potest satis acute.* - *ex communi quadam opinione hominum mirabiliter dicere.* Codd. Gudd. B. C. *hominum mirabili.* - *fontis.* - §. 95. *fore aliquando aliquem.* - *cum se ad audiendum, legendum scribendumque maiore opera dederit.* Wie auch die Lambin. Ausgabe v. 1566, u. Cod. Gud. B. Dagegen die *dritte* Gudische, *in maiore opera dederit.* - P. 288. *si quis fuerit ingenio pari.* - §. 96. *tum nos aliquid.* - *perveniretis.* - §. 97. *studio utriusque vestrum, Crasse, tuo vero etiam amore.* - *per me ipsum.* - *vera loquor.* - *percontanti.* - §. 98. *a nobis.* - *habeo.* - *Lycio.* Diese von *Lambinus* gebilligte Form hat sich auch in der *zweiten* Gudischen Handschrift erhalten: *uglitio.* Vgl. *Görenz* zu I. Acadd. c. 5. §. 17. Philos. Opp. Tom. 2. p. 28, wo Ernesti stillschweigend, *Lycio.* - C. 22. §. 99. *Enim vero.* - *quae quasi in arte traduntur.* Non. IV, 234. p. 667. Gothofr. - P. 289. §. 100. *ut omnino de his, Crasse, vobis loquerem* (so). - §. 101 *in orationibus.* Cod. Gud. An *crassionibus* (!), was der richtigen Lesart am nächsten kommt; Codd. Gudd. B. C. *certioribus.* - *negasse.* - §. 102. *atqui, inquit Sulpicius, hoc ostende quomodo Antonius exposuit.* Mit der *ersten* Gudischen. - *vos nunc.* - *imperitus.* - *in* fehlt vor *schola.* - *dicere auderent.* - §. 103. *audire velle.* - §. 104. *de his rebus.* - *qui nos.* - *Stapsaas* (so) *homo eruditus sane familiaris.* - P. 290. §. 105. *gerendus est mos adolescentibus.* Cod. Gud. B. *gerundus.* - *qui persequi cupiunt.* - §. 106. *qua nunc uti vel maxime decet.* - §. 107. *nec gravabor.* - §. 109. *id*

fehlt vor *quod fieri.* - *non est ea quidem negligenda.* - C. 24. §. 110. *assentiri.* - *iis.* - *gratum te his esse, Crasse, facturum.* - P. 291. §. 111. *nec ut quidam.* - *promisisse.* - C. 25. §. 113. *Sic inquit igitur Crassus sentio.* Bei *Lambin* und in der *dritten* Gudischen, *sic igitur* (die erste, *ergo*) *sentio, inquit Crassus.* - *qui ad excogitandum acuti.* Auf diese Stelle bezieht sich, wol nur Gedächtnifsweise, *Vincentius v. Beauvais*, Spec. Doctr. IV, 100. *Ingenium autem propter celeres motus et uberes ad cogitandum et loquendum maximam vim affert ad operandum.* - §. 114. *sed quis est qui haec putet.* Lambin. a. 1566. *sed si quis est.* - *praeclare enim res se habet.* Eben so die erste Gudische. Ob übrigens in dieser Phrase *res se* oder *se res* gesagt werde, scheint gleichgültig zu seyn; wenigstens ist auf keine Übereinstimmung in den Zeugnissen, weder der Handschriften, noch der ältesten Drucke, zu rechnen. II. de Orat. c. 5. §. 23. *sic enim se res habet.* Der Hahnische Druck und die *zweite* Gudische, *sic enim res sese habet;* die dritte, *sese res.* Das. c. 67. §. 271. *sic profecto res se habet.* Cod. Gud. B. *se res.* Pro Rosc. Amer. c. 43. §. 124. *tametsi ita res se habet.* Der Venedische Druck v. 1472, *ita se res habet.* Pro Ligar. c. 7. §. 23. *sed quoquo modo sese illud habet.* Der nämliche Druck, *illud se.* Ebend. c. 9. §. 28. *ut nunc se res habet.* Der Druck v. J. 1472, *res sese.* V. Tuscc. c. 22. §. 63. *sic se res habet.* Cod. Gud. 2 (A.) *sic res se habet.* I. de N. DD. c. 28. §. 79. *sed tamen ita res se habet.* Cod. Rehdiger. Vratisl. *sed ita tamen se res habet.* III. de N. DD. c. 37. §. 89. *sic enim res se habet.* Cod. Rehdiger. *se res.* I. de Divin. c. 13. §. 23. *sic enim se profecto res habet.* Cod. Rehdiger. *sic enim profecto res se habet.* I. de Off. c. 45. §. 159. *sed hoc commodius se res habet.* Cod. Gud. 4. u. der Hahnische Druck v. J. 1469, *sed hoc commodius res se habet.* Man s. *Heindorf* zu III. de N. DD. c. 37. §. 89. p. 376. - P. 292. *dicam.* - §. 115. *neque enim haec illa dico ut ars aliquos limare non possit.* - *bona sunt.* - *ut ita vultu.* S. C. 14. §. 13. - *ut* fehlt vor *etiamsi.* - *in oratorum numero.* S. *Manutius* bei XI. Epp. ad Attic. 24. post pr. - *in hisdem rebus.* - *ficti videantur.* Für *ficti* wollte *Ernesti*, der Verbindung mit *natus* mehr entsprechend *facti*, was *Lambinus* wirklich hat u. die dritte Gudische Handschrift bestätigt. Die Verwechselung findet sich aber wol häufig genug. II. de Orat. c. 59. §. 240. *falsa tota, attamen a te ipso ficta narratio.* Der Hahnische Druck, *fracta*, d. h. *facta.* (S. *Benedict* zu I. Epp. 9. §. 47,

Tom. 1, p. 85.) Pro Milon. c. 24. §. 66. *omnia falsa atque insidiose ficta comperta sunt.* Der Venedische Druck v. 1472, *facta.* I. de Divin. c. 32. §. 68. *at ex te ipso non commenticiam rem, sed factam eiusdem generis audivi.* Cod. Gud. *fictam.* - §. 116. *qui non acutius atque acrius vitia iudicet que recta videat* (so). - §. 117. *videat C. Laelio.* - *aequalem meum.* - *habuit.* - P. 293. c. 26. §. 118. *cumulandus.* - *in his artibus.* - *quam indiligenter.* - §. 119. *non uti eis,* u. bald darauf *ut his.* - *at.* - *mihi etiam quoque qui optime dicunt.* - §. 120. *commoveatur.* - §. 121. *animiadvertere.* Eben so §. 125. *animiadversum.* *Vincent. Bellovac.* Spec. Doctr. IV, 100. *Quod in multis a d v e r t e r e soleo et in me ipso etiam saepissime experior, ut exalbescam in principiis dicendi et tota mente atque artubus omnibus contremiscam.* Nach der ältesten Ausgabe des Spiegels. - *in initio.* - P. 294. c. 27. §. 122. *oratores summos.* - §. 123. *ut* fehlt vor *in quoque.* - *hi quos usus.* - *id quod aliquando aliquid minus possit accidere ne illud ipsum accidere timeret.* Diesen Spuren folgt *Lambinus*, indem er schreibt, *id quod aliquando posset accidere, ne tum illud ipsum accideret, timere.* Man s. *Joh. Mich. Heusinger* bei I. de Off. c. 27. §. 95. p. 226. - §. 124. *quod* vor *ceterarum.* Bei *Lambin* aus einer Handschrift: *fecerint.* - §. 125. *quare nemo.* - *quotiens — totiens.* - *quid reprehensum.* - C. 28. §. 126. *inquam eoque vel maxime.* - P. 295. §. 127. *in ceteris artificiis.* - §. 128. *sententia philosophorum.* - *summa sint.* - §. 129. *atque video inquit in artificio opera quam tenui et levi.* - §. 130. *perfectum.* - *ut omnes moveat.* - P. 296. c. 29. §. 132. *qui illud assequi possunt ut his quae habent.* - §. 133. *ne nos plus.* - C. 30. §. 135. *exponam vobis non quandam aut preconditam* (so). - P. 297. §. 136. *omniaque ex ipso.* - C. 31. §. 137. *ea* fehlt vor *audire.* - *homini ingenio.* - §. 138. *aut temporum.* - §. 139. *rectumne.* - §. 140. *ut a sententia scriptura dissentiat.* - §. 141. *sed causarum quae sunt.* - *quaeritur.* - *dirigentur.* - §. 142. *primum quod.* - P. 298. *et componere.* Bei Lambin, *atque disponere.* - *et venustate.* - §. 143. *de rebus.* - C. 32. §. 145. *istorum artificium.* Häufig bemerkt. Vgl. *Conr. Schneider's* Formenlehre der Lat. Spr. Bd. 1, S. 259 ff. - *et* fehlt vor *quo intuens.* - §. 147. *ea exercitatio.* -

(Die Fortsetzung künftig.)

Coblenz. *Franz Nikol. Klein.*

XXXIV.

Variae Lectiones ex Cod. *Nonii Marcelli* Guelpherbyt. depromptae.

[Vid. Miscell. Vol. I. P. I. p. 175.]

Ed. *Merc.* p. 53. (Sall. historiarum l.) - venisset - cum introeundi - ob hanc consitionem - ad causam faciem - pomponius - visus ac nocte - varro dignat (corr. *designat*) ab prima in agro - Faenus (corr. *Foenus*) ab eo - p. 54. increscenti tempore - foetora (corr. *foetura*) - dicit (corr. *dicitur*) *ΑΠΟ ΤΟΥ ΤΚΤΙ* quod - foenus autem - a foetu - foeturam quandam pecuniae - littera faenus - (fetus et fec.) - et nihil sit - venundatus - hoc recipit - retinuit pecuniam a viro forte - proprium suum - dotis et exceperat - de orat. in lib. II. sed dicis te - quidem et cesis obum - p. 55. gerentodidascalo - aut bis anno - significant iam (corr. *significantiam*) propriam: varro - ostium - voc. trope - latine diximus (corr. *dicimus*) - e culina (corr. *colina*) - de vita pr (*sic ubique*) lib. I. - locupletiorem (corr. *locupletiorum*) - optime dixisse - p. 56. fari; curius lib. - et pueribus infantis (credunt - onos lyras - Accius athamantae; priusquam infantis facin. - oculi vestiuntur - nemo egrotus quicquam somniat an quicquam somniat tam infandum quod - neque scitiam - subpeditat aut verba - Sarcinatricis non ut - sarcinatricis (corr. *sarcitriciis*) - onos lyras - vel schenis levior. *ΠΕΙΑCΘΑΙ* varro - ptolomeum cinedo loconicona (*sic*) - aulopoion - p. 57. et ab electione - supervacuaneorum - ascribuntur - perfunctae mixisque relig. - dicens: no (corr. *non*) lab. - pl. adversis icti et congenul. - ipsis supra voluit in c. - p. 58. sisenna historiae l. IIII. - inerm. armat impeditos - l. I. in foribus - gaius titin. - peditis ins. - vel supplicationibus - auctum et aucta aetate - adoletque alteria (corr. *altaria*) - pancheis - p. 59. in lib. I. de vita pr - Adorum (corr. *Adoreum*) - Propitium dicitur - in adelfis - parentis propitiat aut - pan creas - permultione mit. - manu patiens - p. 60. testi nuculeo orum (*sic*) - Rutundum a rota - a rutundo.. rutundum - rutundus pr.. - dicamus (corr. *dicimus*) - facundia exerceb. - habere dictum - p. 61. oportuno - in schenis - est. quare vultu imit. moribus - dictum - p. 61. oportuno - in schenis - est. quare vultu imit. moribus - viritimq; heredem sequentur; Legumina etc. - quae velluntur legumina adicta - quae aratrum - istriam

facit - ea secus frument. porrigit - quae ut (i. e. *vel*) tra se iac. - occecatio - p. 62. vel amor (corr. *humor*) - lexiuū vocatur - sumministret - graeci. ligna dic. - conflugae ubi conventum c. - inumigant - a consedendo (*ut assedeo* superscr.) - multi sunt miri - per artum (corr. *artus*) - aut curiosus - p. 63. inc. locaretur - Brumae sunt - quattuor congr. - grumma mens. - diriguntur - (gruma dir.) - viam quae degrumauis - proelium - ego (*te* supersc.) certo - caneforo - caelabis - extispicis (superadd. *et aruspicis*) ita - quod esset pasc. d. - feculentum - p. 46. - vitiis lucum - Proluvium (*his*) - neuius colace - in proluuio est; lauerius - pudure proluv. - de lingua (superadd. *latina*) lib. IIII. proluuiem et proluuidinem - libentina dicatur - indem in diss. - fenerat .. fenore - id est (corr. *idem*) fratriis - et afflictio - propagare genus iuge (*sic*) longe m. - nouis unde florent - vitae quae (corr. *que*) propaginem - p. 65. neuius *ΤΡΤΙΙΝΟΤΝΤΙΒΟΤC* (*sic*) - promicando orat. est - mensarcus (corr. *musarcus*) - idem tertio - Meniana - eorum monia (corr. *moenio*) - (maenia) - Interim ille - academ. viam seo est - anges (corr. *angues*) - impraessit - Exultare - p. 66. pisculosque - videamus - harenae - ex quo excordes - suae (corr. *uae*) cardes - leuchothea - et fodere a fodiendo - agrum (*agnosum* corr.) cultus - eiciuntur - praeficasq; alios conclaudare - cantoris solatam at tib. - cursioassent - Panentato - a graeco vocabulum - parectato ecalamides (*sic*) - efoebum quendam (*sic*) (amo) - vocant arectaton - parrectate assunt - Proletari d. - exhibebant - plebeium (in marg. *atque proletarium*) - cassins emina - qui sint honesti - quotquot ascitos - p. 68. existimat - subiant - plene essent - -

[Continuabuntur.]

XXXV.

Notae criticae in *Q. Horatii Flacci* opera manu *Joannis Clerici* marginibus exemplaris editionis *Torentii* adscriptae. *)

Carmina Lib. I. Ode I. V. 7. Nempe hunc et illum iuvat et evehit ad Deos, si cupitis fruan-

*) In pura charta, exadversus titulum posita, eadem, qua in marginibus, manu exarata leguntur haec: In margini-

tur. Absurdè emendat Bentleius, evehere. Post areis debet esse punctum. Non animadvertit repetitionem ἀπὸ τοῦ κοινοῦ τῶν iuvat et evehit, et loqui Horatium ex aliorum sententia.

Imitatus est Pindari locum, ut animadvertit P. Petitus Obs. Misc. L. III. c. 2. 9. quem exscripsit non nominatum Bentleius.

V. 32. F. sed, quod melius connectitur, cum sequentibus, Quodsi, v. 35. Ode. II. V. 10. Columborum genere continentur palumbes, hoc est, silvestres columbi. Nihil hîc reprehendas, licet aliter Bentleio videatur.

Ode III. V. 18. Siccis oculis. Rectè, non rectis, quod minus est. Vide Bentleium.

Ode IV. V. 8. Urit. Vide Statium L. I. Silv. v. 33.

Ode VI. V. 2. F. aliti, in Dativo, ut Passeratius. Vid. not.

V. 7. E. reducis. Vide Statium Lib. II. Silv. VII, 49. Lib. III. Silv. II, 4. quod et suspicatur Bentleius.

V. 18. Noli mutare in strictis, iocus est Horatii, dicentis tam acres esse puellas in iuvenes, ut secent ungues, ne cutem iuvenum lacerent, dum eis resistere videri volunt.

Ode VII. V. 28. Cui Apollo promissit etc. Cave mutes Phoebo, in ant. versu, sed distingue: auspice, Teucro, hoc sensu: nihil Teucri ductum et auspicia sequutis desperandum; Apollo enim, qui non fallit, futuram Teucro in tellure nova Salamina veteri cognominem promisit.

Ode VIII. V. 4, L. impatiens. Vide v. 8.

Ode XI. V. 5. F. quid nunc debilitas etc. addito interrogationis signo post mare; ut intelligatur agger a Leuconoë structus. Alioqui nihil hoc versu frigidius.

Ode XII. V. 35. Ne mutes in anne Curti, nam et Catonem laudare licuit, et Poëtae ordinem parum

---

bus manus est Ioannis Clerici. Usum huius exemplaris editionis Torrentii, e Bibliotheca Communitatis Regiae Hafniensis deprompti, debemus humanitati viri doctissimi atque elegantissimi O. Theod. Bloch, D. Philos., Biblioth. Univers. Hafn. praefecti secundarii, cuius diligenti curae etiam illa bibliotheca tradita est.

Scr. Hafniae. S. Salomonsen.

observant, ut e sequentibus liquet, contra quam putabat Bentleius. Laudem Catonis vide Aen. VIII, 670.

Ode XIII. V. 2. Cerea sunt pinguia. Vide P. Scriverium ad Martial. Lib. III. Ep. 60.

Ode XVI. V. 9. Tristes ut irae, supple, mentem quatiunt. Nihil mutandum, quidquid dicat Bentleius. Dithyrambicum quiddam habet hîc stylus, nec ad adcuratam Analogiam refingendus.

Ode XXIV. V. 2. F. praecine.

Ode XXXI. V. 5. F. laeta, ut Virg. Georg. II, 144. Aptius certè est Epitheton quam grata.

V. 12. Reparata merx hîc videtur dici merx geminâ permutatione parata; et priore quidem pecuniae in mercem Syram insumtae, posterore verò in vinum, quod reparatum propterea dicitur, datâ Syriacâ merce.

V. 14. Atlanticum non convenit huic loco, nam qui id mare petebant Syriacas merces non advehebant. F. aequora turbida.

Ode XXXII. V. 15. F. utcumque, hoc est, salve quotiescunque te voco. Vid. L. II. Od. XVII, 11.

Ode XXXV. V. 15. Hoc est, eos qui è plebe arma capere, quales sunt semper multi. Horatium malè carpit hîc Bentleius. Vid. Georg. IV, 70.

V. 21. Hoc est fideles amici et reditum tuum sperantes, non abnegant eos, quibus secundâ te, ô Fortuna, comites fuerunt, quamvis eos reliqueris. Hîc frustra aestuat Bentleius.

V. 30. Noli mutare orbis in oro cum Bentleio. Britanni tam bene dicuntur ultimi orbis, quam Morini Virgilio dicuntur extremi hominum Aeneïd. VIII, 727.

V. 39. L. reffingas, pro quo Codd. nonnulli habent defingas: Vide Gifanii Ind. Lucret. in reducere et refugit. Sic et 2 Sat. I, 79. Refinge extat Virg. Geor. IV. 102 in Ed. Heins.

Ode XXXVII. V. 9. Ordo est: cum grege turpium virorum, qui erat contaminatus morbo. Frustra hîc est Bentleius. Molles viros habet Livius Lib. XXXIII, 21, 2.

V. 24. F. properavit. Supple IN. V. L. Bos.

V. 25. Melius iacentem, hoc est, abiectam et humilem. Cave scribas tacentem.

Lib. II. Ode I. V. 21. Audire, nempe, Pollionem recitantem historiam, in qua duces pulvere sordidi Bentleius frustra videre. Primus pes debet esse spondaeus, aut ei tempore par.

Ode III. V. 26. L. urnâ, serius, ocyus, sors exitura. I. F. Gronovius ad Senecae H. F. v. 191.

Ode V. V. 13. F. velox.

Ode VI. V. 18. Amicus fertili Baccho est aptus vitibus, ita ut illic fertiles sint. Frustra haec mutat Bentleius.

Ode. VIII. V. 24. Fortè adludit ad magnetem ferrum aurâ tenace retinentem. Vide Claudiani Epig. XIV. Vel ad equos, qui equarum aurâ, vel adflatu, seu odore adficiuntur. Sic apud Statium V. Silv. III, 42. aura croci. V. Georg III, 251. Martial. L. III, 65.

Ode XIII. V. I. Ordo est: quicunque te, arbos, produxit, ille et nefasto die et sacrilega manu posuit. Frustra Bentleius: Illum, ô, contra Codd. omnes.

V. 3. Produxit suspectum mihi est. F. Repanxit.

V. 17. Timet miles celerem fugam Parthi, quia scit eum fugere non prae metu, sed ut Romanum avidius sequutum, conversis equis, opprimat. Nihil hîc cum Bentleio mutandum. Perinde est ac, non audet fugientem sequi.

Ode XIV. V. 27. Malim superbis, hoc sensu: quod potius in superbis Pontificum coenis bibi oporteret. Superbae coenae sunt opiparae.

Ode XVI. V. 26. Lento risu, est contemtu hominis qui lentus, id est, moveri non facilis talia excipit. Vide Pedonem El. I, 279. Frustra mutat haec Bentleius.

Lib. III. Ode I. V. 7. Adde et, ut v. 39. Vitatur sic ἀσύνδετον duplicis Epitheti. Sic legit Acron.

Ode III. V. 54. F. frangat, propter τὸ obstitit. Mundo est ἀντὶ τῦ in mundo, hoc est, in terris. Frigidum est tangat.

Ode IV. V. 9. F. Volturis angulo.

V. 11. Mirum loquendi genus, pro ludo fatigatum et somno oppressum. Vult Ioan. Savaro ad Sidonii Lib. IX. Ep. 13. fatigare esse hic recreare, sed frustra. Vide X, 6.

Ode VI. V. 20. Patria et populus sunt idem, ut genus et domi versu 18. Est ἓν διὰ δυοῖν, qualia multa apud Poëtas.

Ode VIII. V. 26. F. privatis, aut rebus, aut hominibus. Sed vide Cuperum in Lact. de M. P. p. 172.

Ode X. V. 5. Verbum audis priori membro aptè convenit, posteriori impropriè. Vid. IV, 11.

V. 7. Possis et legere: en positas ut glaciet.

V. 8. Puro numine, hoc est, dum aër est serenus, Aquilone nubes abigente. Nihil hîc mutandum.

Ode XI. V. 18. Vult Bentleius exeatque. Damnat eius, ut indignum poëmate Heroico, et quo usus non sit Virgilius. Eodem iure damnet illius, quo ter usus est. Praeterea atque spiritus teter refert ad sequens verbum, quod ad prius referendum.

Ode XIII. V. 6. F. calefaciet, propter ante[ce]dentia et consequentia. Vid. Livium Lib. XXII, 36, 7.

Ode XIV. V. 5. Non est Livia, sed quae uni viro nupta fuit. Vide 1. Tim. III, 2. Vel vir unicus est vir singularis, ut Caesar dictus est a Catullo Imperator unicus.

Ode XVI. V. 31. Hoc est, beatior est eo qui Africae dominus esset, quamvis aliter sentiret dives. Vide suprà L. 1. Od. I, 9, 10. L. II, Od. II, 10, 11. Nec de Rege ullo Africae, qui vixerit, nec de Proconsule sermo est. Sed in hac Strophe est aliquid Dithyrambicum.

Ode. XXI. V. 5. Hoc est, quocumque nomine (vocandum) servas lectum Massicum; seu vocetur rixosum, seu iocosum, seu eroticum, seu narcoticum. Sic, nempe, a iocantibus poterat adpellari. Nihil mutandum. Vide V. 15.

Ode XXIII. V. 18. Blandior, hoc est, Diis acceptior ope hostiae non sumtuosae mollibit etc.

Ode XXIV. V. 5. Summis verticibus intelligit absurde Bentleius de capitibus clavorum. Vide Torrentium melius haec explicantem.

V. 25. Cave mutes quisquis, in quis, quis. Sententia melior, et Latinior multo: quisquis volet caedes tollere, audeat refrenare licentiam. Quis, quis volet? barbarum est.

V. 39. Duratae solo nives, sunt ita duratae, ut semper aut ferè semper solo adhaereant; non simpliciter gelu duratae, per quas facilius incedimus, quam per cedentes vestigiis.

V. 44. Deserit. Recte, non deserere ut Bentleius. Virgilius: labor omnia vincit improbus et duris urgens in rebus egestas; hoc est, homo industrius et egens.

V. 60. Consortem, qui simul socius sit fallere gravius delictum, quam qui sit alterutrum. Ne ergo legas, consortem et socium cum Bentleio.

Ode XXV. V. 9. Leg. cum nonnullis Codd. divisim ex somnis, Graeco more ἐξ ὕπνου, hoc est, post somnum. Latini frequentius à somno. Vide Tor-

rentium. Sic et Acron, apud quem lege: vigilans, post furorem bacchicum; hoc est, post excussum somno furorem. Vide Herculem furentem Senecae v. 1138.

V. 19. Sequi Deum. Respicit ad vetus dictum ἕπου θεῷ. Ἡδὺς ὁ κίνδυνος ἕπεσθαι Βάκχῳ. Nihil muta.

Ode XXVI. V. 7. Arcus, nempe, ferrei, non ad mittendas sagittas, sed ut ianuae eorum ope, ut vectibus etiam rectis fit, cardinibus revellerentur. Aut scribe uncos, qui impacti ianuae eam trahant.

Ode XXVII. V. 23. F. sonantes, vel sonitum et frementes.

V. 71. Cum etc. Haec iocosè et ironicè dicuntur. Nihil mutandum.

Ode XXVIII. V. 2. Faciam. Subaudi quam me vino oblectem? ut sequentia ostendunt. Ne lege facias cum Bentleio.

Ode XXIX. V. 28. Discors. Hoc est, à nobis dissentiens. Cave legas cum Bentleio, differt, quod nihil ad rem.

Ode XXX. V. 11. Exscripsit hîc Bentleius Torrentium, suo more. Sed Daunus est quidem fluvius, sed cui Rex priscus in eum transformatus nomen fecerit. Ideò Daunus pauper aquarum, vicinis populis imperasse dicitur.

Lib. IV. Ode IV. V. 7. Malè haec carpit Scaliger, non enim eodem tempore ait pullos Aquilarum egredi nido et ovilia invadere, sed mox. Malè tuetur eum Bentleius.

V. 14. Ab ubere iam lacte depulsum. Cave mutes cum Bentleio. Verba non adnumerant Poetae, nec semper superflua vitant, in quae implenda versus mensura eos coniicit.

V. 26. Optimè faustis, quippe quae Neronum felicia coepta, Diis faventibus reddiderunt. Noli mutare in sanctis, ut Bentleius, quod est ab hoc loco alienum.

V. 57. Duris etc. Hyperbolica haec sunt, neque enim ilex ab ipsis securibus firmitatem ducit. Sed Poëtae non sunt ad Dialecticum rigorem revocandi. Laetius succrescunt rami adtonsae arboris.

V. 65. F. enatat; nisi quis ostendat evenire aliquando idem esse ac enatare, aut emergere. Est quidem Val. Maximi, Lib. III. c. II, 1. tutus natandi eventus, de Horatio Coclite, sed illic eventus est pro successu.

Ode VII. V. 15. Pius Aeneas et alii sunt hic pro quibusvis Regibus, et praelati aliis sunt quòd nomina eorum à mensura versus non sint aliena.

Ode VIII. V. 18. Non incendit quidem Carthaginem Scipio maior; sed victoriis suis effecit ut postea incendi posset; ideóque id incendium ad laudes eius pertinet. Noli ergo delere versum, cum Bentleio, invitis omnibus Codd. Possent et incendia Carthaginis, significare incendia villarum suburbanarum.

Ode IX. V. 29. Sententia est; virtus celata, seu de qua nihil litteris mandatum, paullum distat ab inertia, oblivione pariter sepulta, seu à nemine vituperata. Cave quidquam, cum Bentleio, mutes.

V. 36. Post rectus debet esse τελεία στιγμὴ, ut postea incipiat nova sententia, eaque generalis: Vir vindex etc. Sed v. 43. delendum et. Verè animus Consul barbarum est, quidquid contra nitatur Bentleius.

V. 39. Val. Maximo Lib. II, c. X. initio, vocatur longus et beatus honos, sine honore, hoc est honoris vocabulo. Vide antea Lib. III. Ode II, 19, 20.

V. 42. Reiecit, est solet reiicere, more Graecorum, apud quos hoc sonat saepe Aoristus. Vide J. F. Gronovium ad Senecae Ep. XIV. Qui hoc nesciebant addiderunt et v. 41. Vide A. P. 413.

Ode X. V. 5. Durè dicitur color roseus mutatus in faciem hispidam, cui opponitur laevor faciei. Sed Poëtis multa condonanda. F. v. 4 pro qui, leg. cui.

V. 11. Trepidant est motitantur. Nihil mutandum. Elegantius est, quàm crepitant. Sic trepidum ahenum bulliens vocat Virgil. Georg. I, 296 et Claudianus in VI. Honorii Cons. ignem fulminis v. 343. Silius Lib. I, 129. de urbibus incensis: trepidantia fumant moenia.

Epodon Liber. Ode I. V. 19. Adsidens. Potiùs insidens, nam implumibus pullis, non aliter ac ovis incubant aves. Sic ovis incubare dicuntur, non adcubare.

V. 21. Ut adsit. Hoc est, ut ut adsit, hac sententiâ: quae tamen, quamvis adesset, plus auxilii non ferret pullis. Cave legas, non uti sit auxili, cum Bentleio.

Ode III. V. 15. F. incendit, deinde viticulosam Apuliam. Vapor vix dicatur insidere. Qui scripserat vitiose insedit, mutavit casum.

Ode IV. V. 16. Contemto, hoc est, non metuens Othonem. Sic in Iuvenalis loco, gladios contemnere, id est, non metuere.

17. Ora rostrata longè elegantius est, quam aera rostrata Bentleii.

Ode V. V. 87. F. Nec: Venena magnum fas nefasque nec humanam vicem vertere valent. Si qui Codd. adderent, pro magnum legerem Divûm (Vid. Florum Lib. II. c. 20.) hoc sensu, nec divinum nec humanum ius convertere possunt. Aut (magnum!) Parenthesi claudendum. Vide 2 Sat. V, 39.

Ode VII. V, 16. F. mentesne addita interrogatione post stupent. ita ut sic est, sit Horatii, qui sibimet ipse, interposito nonnullo silentio, respondet. Post inficit v. 15. debet esse τελεία στιγμή.

Ode IX. Hanc Oden aut valde corruptam, aut Horatio indignam censuerim.

V. 20. Si à littorê Actiaco oculos in austrum convertas, videbis Antonii naves Aegyptum petituras sinistrorsum tetendisse, Augustum vero dextrorsum, Italiam versus.

V. 25. Si Poëma intelligas cum Bentleio, uti poteris hoc Statii loco Silv. 1, 15. L. I. ubi de Epicedio ad Priscillam defunctum: non alio melius condêre sepulcro. Sic et Val. Max. Lib. II, c. VII. 16. Idque decretum amplissimi Ordinis speciosum et aeternum Petillii monumentum exstitit, sub quo in acie, morte, in Curia, ultione, clarissimi eius cineres adquiescunt.

Ode X. V. 6. Fractos et frangit offendunt aures Bentleianas. Repetitiones eiusdem vocis non usque adeò refugiebant Veteres. Vide Iohnsoni Aristarchum p. 87.

V. 22. Porrecta cum habeant Codd. cumque porrigantur morientes, praetulerim τῷ proiecta, quod probat Bentleius.

Ode XI. V. 3. Cum perculsus maius quid significet quam percussus, ut ait Bentleius, prius praetulerim, quia de gravi amore sermo est.

Ode XIII. V. 25. F. levato, ET Deformes aegrimonias.

Ode XV. V. 15. F. offensum. Ordo est: nec constantia celet formae, si semel certus dolor intrarit offensum, nempe Flaccum. Nulla fuit ratio mutandi offensi in offensae, si ita scripsisset Horatius, sed vox offensum constructionem turbare videbatur. Vide Taciti Ind. in intro.

Ode XVI. V. 15. Corrumpere nititur hunc locum Bentleius. Bene interpretatur Torrentius, in hunc sensum: aut omnes, aut melior pars quaeritis, quid facto opus sit εἰς τὸ κακῶς πόνους παραιτεῖν.

Ad Canidiam. V. 17. Circe. Argumenta adfert Bentleius, cur legendum sit Circe, et tamen legendum colligit Circa.

V. 22. Ossa, nempe, oris. Nihil muta. Os macilentum et luridum nihil habet ruboris.

V. 32. Lego fervido et refero ad Aetna, ut vitetur A, quae in duobus versiculis quater claudit voces. Recte furens è Codd. Bentleius, qui tamen male refert ad flammam vocem fervida.

V. 50. F. Tuusque partum venter edit. Primum transposuerunt voces, tum quia partum edit versum vitiabat, partum eius finxerunt. Barbarum est, Pactumeius est tuus venter, ut legi vult Bentleius, pro eo quod est tuus filius.

Carmen Saeculare. V. 25. Sensus est: vos Parcae quae vera canitis, quae semel dicta non revocantur, et quae stabilis rerum terminus servat, aut servet, id est, servare debeat, iungite etc. Nihil mutandum. Terminus rerum est rerum omnium determinata necessitas.

V. 47. Hoc est, toti denique Romulae genti. Nihil hic mutandum.

V. 49. Vide Torrent., quem exscribit Bentleius.

V. 68. Ne legas prorogat, curat et adplicat, cum Bentleio. Si hic non est dubitantis, ut nec v. 37.

XXXVI.

Th. Reinesii observationes ad *Tacitum* adscriptae Ed. Lips.*) (Antwerp. 1600.)

Pag. 2. (*Annal.* I, 3. ed. 1607. p. 4.) Caium remean-

*) Exemplum servatur in Bibl. Cizensi.

tem] Flor. l. 4. Sext. Rufus in breviario. - Pag. 27. (Ann. II. 2, p. 42.) fidei popularium] Strab. l. 16. f. 516. - p. 28. Creticus Silanus] Caecilius Metellus Creticus Silanus. ibid. in loco reddemus] pag. 46. — p. 40. Marium Nepotem] Nepotem M. Aelium vocat Senec. l. 2. de benef. f. 99. a. — Cai. Sulpicius attritis facultatibus.. morte obiit, Suet. Galba c. 3. - ib. aedilibus] an. 513. — Attilium Bubam praetorium. experrectus es: Senec. ep. 122. et l. 2. de benef. f. 99. a. l. 8. - pag. 42. parens legionum haberetur] scil. a deterrimis. v. p. 54. - pag. 60. Fonteio Agrippae] Fonteium Agripp. P. Mario in cura successisse Suet. Paul. et Telesino Css. est apud Frontinum a. v. 619. videtur huius filius. - pag. 60. concordem sibi coniugem ac] Ulp. l. 1. de Off. Proc. Cotta et Messala Coss. senatum censuisse scribit, ut si quid uxores eorum, qui ad officia proficiscuntur, deliquerint, ab ipsis ratio et vindicta exigatur. pag. 67. Servius Maluginensis] a. 58. fort. Sergius Corn. Lent. Malug. vid. ad c. 71. - p. 70. Gn. Lentulus] Gaetul. a 779. alia parente geniti] Iulia, nepte Aug. ita Rupertus. Ego: Cornelia. Erat enim mater Iunii Cn. Corn. Lentuli filia Cos. a. 740, soror: amita magna Cn. Gaetulici huius Cos. a. 779. vid. Freinsh. in Exposit. locorum Cornel. intactorum interpretibus, ed. an. 1638. Argent. Lectio palam vitiosa, inquit: adparet tamen sensus, quem et Lips. fere vidit, propter dignitatem maternam eius familiae datum Silano, bona, quae inde ad eum pervenerant, publicarentur etc. - Darent Iuniae familiae] Poterat et hoc addidisse, innexos etiam esse nuper, nimirum per matrimonium inter Appium Iunium Silanum, huius filium et Aemiliam Lepidam et Iuliae neptis et filiam familiae Caesarum Iunior an. 767. natus e Iunio et Lep. Marcus Silanus nepos neptis D. Augusti. Plin. 7, 14. - p. 71. Servium Malug.] f. Sergium Cornel. Lentulum Malug., qui a. u. 762. e Kl. Iul. Suff. Cos. cum C. Blaeso. vid. ad Pigh. et Onuphr. p. 72. Capito Ateius] Grut. Inscr. 2. p. 1082. consulatum ei adceleraverat] a. u. 758. p. 77. (IV, 13.) Carsius Sacerdos] an Carsidius ex Grut. Inscr. 10. p. 767 et 6. p. 115. p. 78. Nam cives trucidarentur] Atqui Appianus dicit, regem in Coum insulam post caedem in Asiae urbibus factam traiecisse et exceptum fuisse a libentibus. Simulate ergo hoc fecerunt, cum odio regis cives Rom. tuendos susceperint et occultarint. p. 81. (IV, 27.) T. Curtisius] malim:

Curtilius. — ib. Staius tribunus] Est M. Staius Flaccus, qui a. u. 784. fuit Duumvir Nolae, teste fragmento Fast. municipalium reperto apud Nolam: Grut. Inscr. I. p. 1087. — p. 84. praesidio Luculli-rege] Lucullus occupato monte Cyzicum commeatum intercepit et Mithridatem fame pressit; Appian. in Mithrid. de praesidiariis eius in urbe nihil. Iam enim tum cum adventaret Lucullus, urbem arcta obsidione premebat Mithridates. p. 90. (IV, 53.) solatium: esse in civitate —] solatium in ea aetate Germanici c. a. l. e. respicere dignaretur. Ita l. Fr. Malherbius ap. Gevart. l. 3. El. c. 3. p. 92. (IV, 61.) Asinius Agrippa] Cn. Asinio Pollionis et Agrippae nepoti. Puteolani. Patrono publice. Inscr. reperta ad marmoreum sepulcrum Puteolis an. 1602. Cap. p. 918. — p. 93. (IV, 64.) Nondum ea clades exoleverat] Vellei. Paterc. l. 2. extr. Iunii senatoris] C. Appii Iun. Silani. p. 96. (IV, 73) Cruptoricis] vid. Cluver. l. 3. ant. Germ. c. 17. f. 71. p. 104. quia multa vana vulgabantur] Suet. c. 31. p. 106. non damnatione matris] scl. Agrippinae. non exsilio] leg. exitio. vid. Suet. Tib. c. 54. Cl. c. 9. — fratrum] C. et L. vel Ner. et Drusi. vid. Suet. Cl. c. 64. degustabis] παρατρώξῃ de Galba Augustus, Suet. Galb. 4. — p. 112. (VI, 40) L. Aruseius] an Aruleius? ut Aruleius in Rom. 6. p. 962. — pater Lepidus] M'. Lepidus, supr. p. 67. qui obiit an. 786., supr. p. 108. p. 115. (VI, 48) Grasidius Sacerdos] l. 4. Carsius Sacerdos. — p. 121. (XI, 18) morte Sanguinii] an. 794. et adventat an. 799. p. 122. occultas litteras precantium] Suet. Cl. c. 20. vid. Gronov. l. 4. de Pecun. vet c. 9. p. 704. Cluv. ant. Germ. l. 3. c. 7. p. 124. Samnitium iugum sub.] a. u. c. 432. C. Pontio Telesino duce Samnitium. p. 126. Vectium Valentem] medicum et novae sectae principem, Plin. l. 29. c. 1. p. 142. Ventidio Cumano] Nihil de duobus simul provinciae impositis procuratoribus Iosephus habet, quem vid. l. 20. c. 6. rem eandem narrantem. Dicit autem Felicem Cumano ἐπιτρόπῳ in exilium a Claudio pulso successisse τῶν κατὰ τὴν Ἰουδαίαν προϊστησόμενον πραγμάτων. p. 144. (XII. 61.) de immunitate Cois] Sub Augusto Cois de imperati tributi summa C. talenta sunt remissa pro pictura Apellis etc. Strab. l. 14. p. 152. orbitate Silanae] pater enim M. uti et soror Iunia Claudilla, Cal. imp. coniunx, iam obierant. — p. 153. vocem consociaret] Marcil. ad Sueton. Domit. c. 10. l. consauciaret; sed fallitur. p. 159. (XIII, 42.) P. Suilius] Publ.

Suilius Celer. Grut. Inscr. 6. p. 605.— p. 162. (XIII, 64) Verrito et Malorige] Berricho, Belicho, Biragoi in lap. Graeciensi 6, p. 763. (ap. Gruter.) p. 167. (XIV, 9.) cognomento Mnester] Grut. Inscr. 1. p. 615. Iulio Aug. L. Mnesteri. p. 176. Domitius Balbus] an est Domitius Tullus, de quo simile quid narrat Plin. l. 8. ep. 18. p. 181. (XIV, 60) Eucerus] Eucaerus. p. 184. Syriam ingruente Volog.] et praeficitur propterea Sextus Cincius p. 190. p. 190. Ignotescere se statim] Damnatum tamen a Nerone et missum in exilium dicit Mart. l. 7. ep. 42. p. 192. Munus a Vatinio] Bononiae a Cerdone, Mutinae a fullone gladiatores exhibitos dicit Mart. l. 3. ep. 59. Torquatus Silanus] Cos. an. 806. p. 194. Sexto demum die] Novem tamen dies nominat inscriptio antiqua, quam habet Hondius in Ital. p. 241.; sed fieri potest, ut incendium vires resumens reliquos tres dies duraverit. p. 197. Epicharis quaedam] Dionem vide. Claudia Epicharis Inscr. Romana, 2. p. 318. p. 199. (XV, 57.) Epicharin] Polyaen. l, 8. Strateg. Ἑλίσων καὶ Σεσένας ἐπιβουλὴν συνεστήσαντο κατὰ Νέρωνος etc. Σκιλαὸν Casaub. putat esse Iunium Gallionem, fratrem Senecae. p. 203. (XV, 69) Gerelanum tribunum] an Ceretanus? ex Aubiis. (XIV, 71.) Nonio Prisco] D. Novius Priscus Inscr. 6. p. 104.— p. 207. (XVI. 7.) Silanus claritudine] L. Silanum condiscipulum suum (fort. ap. Cassium) testimonio oppressit, Schol. Iuvenal. ad Satyr. 2, vs. 33. Ego tamen ista Iuvenalis de Egnatio Celere Berytio cliente, amico et magistro Bareae Soranum intelligo. — p. 213. Cassii Asclepiodoti] Nicaeensem vocat Dio. p. 216. Capitonem in Germania] inferiore! p. 231. Calpurnius Repentinus] A. Calpurnius Repentinus sub Vesp. Inscr. p. 140. p. 236. (Histor. I, 77.) Honoratis iam senibus] Guth. l. 1. de vet. Iur. Pontif. c. 15. legit: honoratus insignibus; sed fallitur Guther. et retinenda edita lectio. Ita enim sunt exponenda haec: Honoratis iam senibus cum dignit. adiecit Pontificatus Auguratusque. Hac scl. beneficentia animos, quos multorum pp. Vitellium a se abalienatos esse aiebat, devincire sibi voluit. quo pertinent, quae paullo post narrantur de eius liberalitate hic et ap. Dionem. p. 245. Spectata opulentia] Paus. in Arcad. Flor. 3. c. 9. p. 266. Tertia legio praebuit] Ea sub exitu Neronis translata e Syria in Moesiam fuerat. Suet. Vesp. c. 6. Galba dux coloniae suae] cuius? p. 267. Cae-

dus, inter alios comitaretur] an leg. conviciaretur? p. 269. sumtu Caranae aequae] sumtu ganeae aleaeque, Fr. Malherb. teste Gevartio l. 3. Elcct. c. 3. p. 273. (Hist. III, 5.) cum ala Tauriana] In Dioecesi Eichstadensi in Norico Ripensi lapis ap. Gruter. 7. p. 54. nominat Ch. Romnam, duplarem alae Aurianae, an Auxiliaris? — p. 275. (Hist. III, 11.) Aponianus et Messalla] Vipsanius. (Hist. III, 12.) Lucil. Bassus] de eo est Inscript. 1. pag. 573. et supra p. 270. — p. 285. (III, 50) Ducebat Poppaeus] Pompeius, a Pigh. p. 292. (III, 69) Verulana Gracilia] leg. Gratidia vel Praecilia. p. 294. (III, 77) Vitellii Triariam] De Cornelia Sabina uxore vid. Dio. l. 69. — p. 295. Nec defuere, qui Antonium] Priscum. Dio. Praefectus alae, Tull. Flavianus] an de hoc interpretari licet Inscr. 6. sed mutilam p. 476.? — p. 309. Asciburgii sita] vid. Cluv. l. 2. antiq. Germ. f. 92. p. 316. restituendi Capitolii] Suet. c. 8. ipsum Vespas. restitutionem Capitolii aggressum esse dicit. Plauto Eliano (IV, 53)] de eo loquitur lapis p. 453. e. Suetio. p. 329. sed sibimet ut duci) leg. adessent sibimet ut d. c. cf. primo c. a. praesentes m. p. Not. in Hygin. p. 137. auxilio] consilio, Freinsh. — p. 331. Drusillae Cleopatrae etc.] Scl. Drusi Tiberii imperatoris fratris et Antoniae minoris filia, quam alii Liviam et Livillam vocant. vid. stemma Augustanum a Lipsio concinnatum. Sed legendum esset hoc sensu, Octaviae et Antonii nepte. Livilla autem Drusi a Tiberio necata est, quare non potest eadem esse cum Drusilla Felicis. Claudius nepos] ex Antonia minore. p. 341. magna armis] malim: mangana, arma. p. 358. Pannonica lingua] immo Pannones Germanica quoque usi lingua, et nomina regum sunt Germanica. p. 351. Domitiam Decidianam] Domitius T. F. Vol. Decidius temporibus Claudii: Grut. Inscr. 2. p. 1103.

In Not. 1. Commentar. *Lipsii*.

Pag. 11. 69) Strabo de Athenaeo Seleuciensi Cilice Peripatetico loquitur. p. 11, 61) Cognomen ei Africanus] Tu vero nomen Africani tribuis Antonio, ut et ad l. 13. p. 289 qui erat Q. Fabii collegae eius. p. 14. 75) Divi F. Matri] an Divus hic intelligendus est Iulius? Immo non est intelligendus nisi Augustus; hoc enim demum mortuo Iulia et Augusta appellata est: Dio extr. l. 56. p. 74. 44. in sede D. Agathae ex Apiani et Me-

telli schedis Gruter. 2. p. 653. Nouus] Atteius, sed leg. Atteii Philologi discipulus. p. 89. 85. quatuor] Herodes Agrippa rex in orat. ad Iudaeos ap. Ioseph. l. 2. de B. J. c. 16. Gallis trecentas et quindecim gentes tribuit, et civitates paulo pauciores quam mille ducentas. p. 93. 113. Notat Dio] Vellei. l. 2. p. 23. p. 96. 136. Voleso Messalla] L. Valerius Potitii F. Messala Volusus; Pigh. Οὐαλέσιος, Dioni l. 65. p. 98. 152. Iunia Bruti] Dio l. 4. f. 152. sororem M. Bruti Iuniam Cassii uxorem vocat. p. 106. Ti. Plautio] Reliqua, quae de eo narrat Tacitus, hunc, qui et Pr. U. et triumphalis fuit sub Vespasiano, comesque Claudi Aug. in Britannia, alium fuisse docent. p. 117. 137. Asinius Agrip.] Ego velim M. Asinii, C. F. Pollionis. Est enim hic Asinius Agrippa, qui et Cos. an. 777. M. F. teste Pigh. — p. 122. 4. Veneri] Augustus, Apollinis Inscr. 7. p. 37. p. 151. Inscr. p. 502. vid. et Guth. l. I. de off. Dom. Aug. c. 30. p. 170. 107. Numidium] Negat Salmas. f. 42. ad Hist. Aug. et Umidium ap. Ios. et Plin. legere iubet. p. 172. 118. Est ap. Plin. l. 7. ep. 29. et l. 8, ep. 6. monumenti Pallantis via Tiburtina inscriptio ista. ib. 119. Marcio] Inscript. 10. p. 235. et 8. p. 107. At hic fuit Cos. sub Tiberii 4. consulatu h. e. inter annum U. 774 et 784. p. 173. 124. non una in re dissentientem] Notavit hoc etiam Guth. de Procur. Caesaris. p. 186. 50. ad custodiam corporis] Caius Imp. Thraces quosdam (i. e. gladiatores Thraces) Germanis corporis custodibus praeposuit, Suet. c. 55. Hilarius] Grut. 13. p. 600. — p. 186. 51. Iunia Silana] Soror Lucii et M. Iunia Calvina p. 129. — p. 187. 63. cui cognomen Africano] falsum: Q. Fabius Q. F. Maximus Cos. cum Iulo Antonio a. u. 744. Africanus cognominatus fuit, non eius collega. 56. Atimetus] 4. p. 607. Grut. p. 219. 4. in Iosepho scribitur] Iste vero fuit Caesonius Maximus. — actos haut neget] At quia a Nerone exilio multatus fuit, ut est ap. Mart. l. 7. ep. 42. oportet revocatum ab Impp. sqq. Quis vero historicus id dicit? Velim igitur statuere, Caesennium Iosephi esse huius, qui sub Nerone Cos. et Imper. fil.: erat enim in exercitu Corbulonis contra Parthos, mox post malam pugnam Caesennii filius eius tribunus, Tacit. p. 191. p. 222. 31. num leg. Syriaque] Firmat hanc lectionem p. 184. Syriam igruente Vologeso acriore in discrimine esse. p. 239. 11. Achaia] in Graecia, Dio. Panaitucheis.] leg. Pannychis. p. 610. 7. Gr. p. 241. 25. Pontius Telesinus] C. Lucceius (non e Pontiis) Telesinus: inscript. 4. p. 1102. C. Telesinus, Dioni.

p. 242. 17.] Grut. 2. p. 444. p. 244. 45. Ostorius] Torius Sevinus Ep. Rom. Schol. Iuvenal. ad Sat. 3. vs. 116.

Lipsii Nott. in Libb. Historiarum.

Pag. X. 46. citeriorem] Is vero etiam ulteriori praefuit, nim. Baeticae, et Apollon. Tyanensem Gades ad se venire iussit, Philostr. l. 5. p. 203. p. XII. 65. a Cuiacio] ita et Salmas., qui in verbis Plut. post τεσσαρ. excidisse voculam σπεκουλατόρων dicit. p. XV. 86. Atqui Seneca] Non pugnat Tacitus cum Seneca, duo enim M. Crassi Frugi fuere. Pater Crassi, quem Nero occidit, alter frater Pisonis Liciniani, occisus a Nerone Cos. a. u. 816. Prioris aetas incidit in extrema Augusti: Inscript. 6. p. 200. occisus a Claudio. ib. 98. unde eruerint, miror] e Plin. l. 20. c. 18., qui narrat Licinii Caecinae patrem, virum praetorium. p. XVII. 123.] vid. Savil. p. 164. 165. p. XXXII. 2. Ampia gens - nota] Glandorpio minus nota, vid. Onom. f. 52. p. XXXV. 19. Suetonius Domit.] Eutrop. l. 7. P. Diaconus l. 9. hist. misc. c. 11. p. XLVII. 63. in Symmachi epp.] imme Domitiani aevo P. Valerius Patruinus; Grut. Inscr. 6. p. 1881. p. LII. 97. Sabinus etc.] Dio: λέγων ἔγγονος τοῦ Καίσαρος τοῦ Ἰουλίου εἶναι.

XXXVII.

Locorum Tragici et Philosophi Senecae inter se comparatorum Appendix.

Herc. fur. 856:

> His datum solis, minus ut timerent,
> Igne praelato relevare noctem.

Epist. 122: quantulum enim a funere absunt, et quidem acerbo, qui ad *faces et cereos* vivunt?

Ibid. 874:

> Prima quae vitam dedit hora, carpit.

Epist. 4: Ita dico, ex quo natus es, duceris. 26: Non enim subito impulsi ac prostrati sumus: *carpimur.* singuli dies aliquid subtrahunt viribus. 71: Quaecunque vides supra nos currere, et haec quibus innixi atque impositi sumus, veluti solidissimis, *carpentur* ac desinent.

Ibid. 1076 ad somnum:

Cogis longam discere mortem.

Epist. 26: Egregia res est, *mortem condiscere.* Pro quo post paulo: *Mortem meditari.*

Thyest. 269:

Maius hoc ira est malum.

De Ira 2, 5: Volesus nuper sub divo Augusto proconsul Asiae, cum trecentos una die securi percussisset, incedens inter cadavera vultu superbo, quasi magnificum quiddam conspiciendumque fecisset, graece proclamavit: O rem regiam! Quid hic rex fecisset? Non fuit haec ira, sed *maius malum*, et insanabile.

Ibid. 370:

Qui sparsos agitant Dahas.

Epist. 71: Quem vicerim, quaeris? Non Persas, nec extrema Medorum, nec si quid ultra *Dahas* bellicosum iacet: sed avaritiam, sed ambitionem, sed metum mortis, qui victores gentium vicit.

Ibid. 416:

Cum quod datur spectabis, et dantem aspice.

De Benef. 1, 15: Beneficia tu vocas, quorum auctorem fateri pudet? At illa quanto gratiora sunt, quantoque in partem interiorem animi nunquam exitura descendunt: cum delectant, cogitantem magis *a quo*, quam *quid* acceperis. 3, 17: quem iuvat accepisse, aequali perpetuaque voluptate fruitur: et animum eius *a quo* accepit, non *rem* intuens, gaudet.

Ibid. 468:

Sed non timemur.

De Clement. 1, 19: Tantum enim necesse est timeat, quantum *timeri* voluit: et manus omnium observet, et eo quoque tempore quo non captatur, peti se iudicet; nullumque momentum immune a metu habeat. Epist. 14: Multis timendi attulit causas, *timeri* posse.

Ibid. 615:

Nemo confidat nimium secundis,
Nemo desperet meliora lapsis.

Nat. Quaest. 3. Praef. In secundis nemo confidat, in adversis nemo deficiat. alternae sunt vices rerum. Quid exsultas? Ista quibus veheris in summum, nescis ubi te relictura sint: habebunt suum, non tuum, finem. Quid iaces? ad imum delatus es: nunc est resurgendi locus. In melius adversa, in deterius optata flectuntur.

Ibid. 629:

feris Ister fugam
Praebens Alanis.

De Provid. 1: neque quae temere coierunt, tanta arte pendere, ut terrarum gravissimum pondus sedeat immotum, et circa se properantis coeli *fugam* spectet. Consolat. ad Helv. 6: coelestium — natura semper in motu est: *fugit*, et velocissimo cursu agitur. Nat. Qaest. 2, 17: spiritus incidens nubibus tonitrua edit, et dum luctatur, per obstantia et intercisa vadens, ipsa ignem *fuga* accendit. 6, 18: omnis in *fuga* ventus est. 7, 23: Nam et fax et fulmen et stella transcurrens, et quisquis alius est ignis ex aëre expressus, in *fuga* est.

Ibid. 747:

obiecit feris
Lanianda forsan corpora.

De Ira 3, 17: Lysimachum, aeque familiarem sibi, leoni *obiecit*. 22: alterum ferae *obiecit*. et iterum: qui leoni *obiectus* est.

Phoenis. 79:

Resiste, tantis in malis vinci mori est.

Inconcinne Gronovius huc vocat illud Sophoclis ex Oed. Col. (529):

ὤ μοι, θάνατος μὲν τάδ' ἀκούειν.

Ordo verborum est: mori tantis in malis, vinci est. Idem Epist. 68: non afferam mihi manus propter dolorem. Sic *mori*, *vinci est*.

Ibid. 105:

Regnum mei retineo.

Epist. 113: Imperare sibi, maximum imperium est.

Ibid. 178:

Audies verum, Oedipe.

Epist. 46: Non est quod verearis, *verum audies*.

Hippolyt. 46:

Picta rubenti linea pinna
Vano cludat terrore feras.

De Clement. 1, 12: feras lineis et *pinna clusas* contineas.

Oedip. 14:

Coelum Deosque testor, in regnum incidi.

Epist. 22: contentus esto negotiis, in quae descendisti,

vel quod videri mavis, *incidisti*. 37: Ab illa (ratione) disces, quid et quemadmodum aggredi debeas: non *incides* rebus.

Ibid. 694:

Oed. Quid tam beatae deesse fortunae rear?
Quod deest. secunda non habent umquam
modum.

Ad mentem Senecae explicandam apprime faciunt, quae dicit ipse 7. de Benef. 2. de Alexandro: Quid interest, quot eripuerit regna, quot dederit, quantum terrarum tributo premat? tantum illi *deest*, quantum cupit. et apud Gellium 12, 2 in hominem avarum et avidum et pecuniae sitientem: Quid enim refert, quantum habeas? multo illud plus est quod non habes. Idem Consolat. ad Helv. 11 de exsule: Si desiderat saturatam multo conchylio purpuram, intextam auro, variisque coloribus distinctam et artibus; non fortunae iste vitio, sed suo pauper est. etiam si illi, quidquid amisit, restitueris, nihil ages. plus enim restituto *deerit* ex eo quod cupit, quam exsuli ex eo quod habuit.

Ibid. 702:

Quisquis in culpa fuit,
Dimissus odit.

De Clement. 1, 10: quoscunque ob adulterium familiae suae damnaverat, adeo non occidit, ut *dimissis*, quo tutiores essent, diplomata daret.

Ibid. 896:

falsis nimis
Imperat poenis.

De Tranquil. 4: alius patrimonio suo plus *imperavit*, quam ferre possit. 15: fertilibus agris non est *imperandum*.

Troad. 275:

Ego esse quicquam sceptra, nisi vano putem
Fulgore tectum nomen, et falso comam
Vinclo decentem? casus haec rapiet brevis;
Nec mille forsan ratibus, aut annis decem.
Non omnibus Fortuna tam lenta imminet.

Epist. 91: Eligit aliquid novi casus, per quod velut oblitis vires suas ingerat. Quidquid longa series, multis laboribus, multa Deum indulgentia struxit, id unus dies spargit ac dissipat. Longam moram dedit malis properantibus, qui diem dixit; hora, momentumque temporis, evertendis imperiis sufficere.

Ibid. 402:

Quaeris, quo iaceas post obitum loco?
Quo non nata iacent.

Consolat. ad Polyb. 27: Si nullus defunctis sensus superest, evasit omnia frater meus vitae incommoda, et in eum restitutus est locum, in quo fuerat *antequam nasceretur*, et expers omnis mali, nihil timet, nihil cupit, nihil patitur. Consolat. ad Marc. 19: Si mortuorum aliquis miseretur, et *non natorum* misereatur. Epist. 54: Quid hoc est? inquam. tam saepe mors experitur me? faciat. at ego illam diu expertus sum. Quando, inquis? *antequam nascerer*. Mors est, non esse id quod ante fuit. sed quale sit, iam scio: hoc erit post me, quod *ante me* fuit etc. 65: nec desinere timeo; idem est enim quod non coepisse. 104: Maximum malum iudicabis mortem; cum in illa nihil sit mali, nisi, quod *ante ipsam* est, timeri.

Ibid. 404:

Taenara, et aspero
Regnum sub domino, limen et obsidens
Custos non facili Cerberus ostio,
Rumores vacui, verbaque inania,
Et par sollicito fabula somnio.

Consolat. ad Marc. 19: Cogita, nullis defunctum malis affici: illa quae nobis inferos faciunt terribiles, *fabulam esse*. Nullas imminere mortuis tenebras, nec carcerem, nec flumina flagrantia igne, nec oblivionis amnem, nec tribunalia, et reos, et in illa libertate tam laxa ullos iterum tyrannos. Luserunt ista poëtae, et vanis nos agitavere terroribus. Epist. 82: Mors contemni debet magis, quam solet. Multa enim de illa credimus; multorum ingeniis certatum est, ad augendam eius infamiam. Descriptus est carcer infernus, et perpetua nocte oppressa regio, in qua ingens ianitor Orci,

Ossa super recubans antro semesa cruento,
Aeternum latrans exsangues territat umbras.

Sed etiam cum persuaseris istas *fabulas* esse etc.

Ibid. 435:

Certe aequa mors est.

Consolat. ad Marc. 11: Et quae veneraris, et quae despicis, unus *exaequabit* cinis. 20. de morte: haec, ubi res communes fortuna male divisit, et aequo iure genitos alium alii donavit, *exaequat* omnia. Epist. 91: *exaequat* omnes cinis.

Ibid. 1009:

Dulce moerenti populus dolentum.

Consolat. ad Polyb. 31: Est — hoc ipsum solatii loco, inter multos dolorem suum dividere: qui quia dispensatur inter plures, exigua debet apud te parte subsidere.

Ibid. 1024:

Est miser nemo, nisi comparatus.

De Ira 3, 30: nostra nos sine comparatione delectent. numquam erit felix, quem torquebit felicior.

Med. 331:

Sua quisque piger litora tangens,
Patrioque senex factus in arvo:
Parvo dives, nisi quas tulerat
Natale solum, non norat opes.

Nat. Quaest. 5, 18: Parum videlicet ad mortes nostras terra sola patet. Nimis delicate fortuna nos tractat: nimis dura dedit nobis corpora, felicem valetudinem. Non depopulatur nos casus incurrens: emetiri cuique annos suos ex commodo licet, et ad senectutem decurrere. Itaque eamus in pelagus, et vocemus in nos fata cessantia, etc.

Ibid. 520:

Fortuna semper omnis infra me stetit.

Contra Epist. 13: saepe iam fortuna *supra* te fuit. 41: An potest aliquis supra fortunam, nisi ab illo (Deo) adiutus, exsurgere?

Ibid. 650:

Ite nunc fortes; perarate pontum —

De Brevit. vit. 12: *I nunc*, et mimos multa mentiri ad exprobrandam luxuriam puta. De Benef. 6, 35: *I nunc*, et hoc esse grati puta, quod ne ingratus etc. Epist. 88: *I nunc*, et longam esse vitam nega. Nat. Quaest. 1, 16: *I nunc*, et dic, speculum munditiarum causa repertum.

Ibid. 923:

ultimum agnosco scelus.

ultimum pro gravissimo. De Ira 1, 5: ultima supplicia sceleribus *ultimis* ponat.

Agam. 576:

iam timent terram rates,
Et maria malunt.

Epist. 53: Coepi gubernatorem rogare, ut me in aliquo litore exponeret. Aiebat ille, aspera esse et importuosa, nec quidquam se aeque in tempestate *timere*, quam *terram*. Ibid. Intellexi, non immerito nautis *terram timeri*.

Ibid. 590:

Heu quam dulce malum mortalibus additum,
Vitae dirus amor: cum pateat malis
Effugium, et miseros libera mors vocet.

Epist. 26: Meditare mortem. Qui hoc dicit, meditari libertatem iubet. qui mori didicit, servire dedidicit: supra omnem potentiam est, certe extra omnem. Quid ad illum carcer, et custodia, et claustra? liberum ostium habet. Una est catena, quae nos alligatos tenet, *amor vitae*: qui ut non est abiiciendus, ita minuendus est: ut, si quando res exiget, nihil nos detineat, nec impediat, quo minus parati simus, quod quandoque faciendum est, statim facere.

Herc. Oet. 631:

Avidis, avidis natura parum est.

Epist. 16: Naturalia desideria finita sunt: ex falsa opinione nascentia, ubi desinant, non habent: nullus enim terminus falso est. Via eunti aliquid extremum est: error immensus est. Retrahe te a vanis; et cum voles scire, quod petis, utrum naturalem habeat, an caecam cupiditatem, considera an possit alicubi consistere. Si longe progresso, semper aliquid longius restat, scito id naturale non esse.

Ibid. 692:

Felix alius, magnusque sonet.

Epist. 94: Non est quod invideas istis, quos *magnos felicesque* populus vocat.

Ibid. 1124:

Quis tantum capiet nefas
Fati?

Consolat. ad Polyb. 20. de mundi interitu: Eat aliquis, et fata, tantum aliquando *nefas* ausura, sibi non pepercisse conqueratur.

Ibid. 1918:

iamne litus habes,
Ad quod populos Natura vocat?

De Tranquil. 11: Appellaverit *natura*, quae prior no-

bis credidit: et huic dicemus, Recipe animum meliorem quam dedisti: non tergiversor etc. Nat. Quaest. 2, 59. Totum hunc quem vides populum, quos usquam cogitas esse, cito *natura* revocabit et condet.

Auctor Octaviae, qui totus ex Seneca pendet, 234:

Bootes, frigido Arctoo rigens.

Nat. Quaest. 2, 10: sterile est *frigidum*, calor autem gignit.

387 ex nostra emendatione:

Coelum intueri, molis et cursus sacros.

Seneca apud Lactantium divin. inst. 1, 4: Hic (deus) cum prima fundamenta *molis* pulcherrimae iaceret.

391 de aethere:

Qui si senescit.

Epist. 71: nulli non *senectus* sua est.

Havniae. *T. Baden.*

XXXVIII.

Kritische Anmerkungen zu Curtius' Geschichte Alexander's des Grofsen. Von *F. H. Bothe.*

Dafs dieses Geschichtsbuch kritische Nachhülfe noch nöthig hat, so geistreiche u. kenntnifsvolle Männer es auch bearbeiteten, liegt am Tage. Das hier Ausgestellte ist, so wie die an einer andern Stelle folgenden Bemerkungen über Phädrus, als Probe von Handausgaben anzusehen, welche im Laufe dieses Jahres zu Mannheim erscheinen werden. Da man beide Schriftsteller häufig in Schulen liest, so darf der Vf. hoffen, seine Bemühungen auch dort nicht verkannt zu sehen. *F. H. Bothe.*

1. Buch 1. Kapitel, wo der gordische Knoten beschrieben wird, heifst es gewöhnlich so: Quippe series vinculorum ita adstricta, ut, unde nexus inciperet, quove se conderet, nec ratione, nec visu percipi posset, solvere aggresso etc., wo der Nominativ series keine deutliche Beziehung hat. Modius schreibt daher seriem adstrictam. Allein leichter wird geholfen, wenn man blofs adstrictas liest. Der Pluralis von series findet sich auch bei Sueton.

3. B. 2. Kap. Verum, inquit, et tu forsan audire nolis, et ego, nisi nunc dixero, alias

nequidquam confitebor. Vielleicht besser nolo. Die Rede wird dadurch übereinstimmender.

Ebenda, gegen das Ende: nisi suam naturam plerumque fortuna corrumperet. Perizon zu Sanctius Minerva 3. B. Kap. 12. §. 1. schlägt nae vor, u. wir können ihm unsern Beifall nicht versagen.

3. B. 3. Kap. Richtig Nik. Heinsius: Anxium dein instantibus curis. Darauf deutet die Lesart zweier vordem Pfälzischen Handschriften dei inst.

Ebenda. Ceterum ipse, et vatum responso, quod edebatur in vulgus, et specie, quae per somnum oblata erat, admodum laetus. Hier befremdet erstlich das Hysteronproteron: denn der Traum ging seiner Deutung voran. Dann sieht man auch nicht, wie Darius über Beides, da es so zweideutig war, sonderlich erfreut seyn konnte. Wir schreiben daher: C. ipse nec specie, qu. p. s. obl. erat, nec vatum resp., quod ed. in v., admodum laetus castra etc.

Ebenda. Currum deinde Iovi sacratum albentes vehebant equi. — Aureae virgae et albae vestes regentes equos adornabant. Die auf einander stoſsenden Akkusative regentes equos entsprechen nicht der sonstigen Eleganz des Rhetors. Vielleicht ist daher equos, das leicht hinzugedacht wird, Erklärung.

3. B. 5. Kap. Iam ut ad Hellespontum penetrarent: classem, qua transeant, quem praeparaturum? Da transeant, nicht transirent, folgt, so verlangt die Sprache penetrarint. Diese Tempora werden in den Handschriften oft vermischt.

3. B. 6. Kap. Itaque, Si dii, inquit, Philippe, tibi permisissent, quo maxime modo animum velles experiri meum, alio profecto velles; sed certiorem, quam expertus es, ne optasses quidem. Wir schreiben quam quo expertus es.

Ebenda lese man, nach Handschriften: quantum huius utique regis, u. omnia eius opera honestabat.

3. B. 7. Kap. am Schlusse. Qui quia per complures dies non adierat regem: scelesto consilio eam visus est suppressisse, ff. Dem Sinne genügt consilio, u. wir lasen kurz vorher scelesti consilii. Ein Abschreiber, dem Dies noch in den Ohren tönte, schob wohl, ähnlicher Weise, scelesto ein.

3. B. 8. Kap. silvarum latebris se occuluerunt. Acidalius ändert sprachgemäſs occulerent.

Drei MSS. haben occuberint, unstreitig statt desselben.

Ebenda. strenueque insti procedere, oriente luce pervenerunt ad angustias, quas occupare decreverant. Besser decreverat. Nicht der Soldaten ist das decernere, sondern des Anführers.

3. B. 10. Kap. Im Anfange rathen wir so zu schreiben: Redditur a Macedonibus maior, iugis montium repercussus. Man vergl. Scheffer u. die Lesarten bei Snakenburg. exercitus scheint dem Worte numero als Glossem beigeschrieben.

Ebenda interpungire man so: deinde Xerxis insolentia (d. h. per insolentiam, insolenter,) aquam ipsam terramque postulantium.

Am Ende dieses Kapitels däucht uns nudosque colles richtiger als n. calles. Nudi calles sind nichts Tadelhaftes, aber wohl nudi colles.

3 B. 11. Kap. Auch wir lesen in eodem (aëris loco) concurrentia. Und ebenda, wo in den Handschriften steht laminarum ob id genus genus, so: lam. ad id genus (certaminis), nachher mit Acidalius quapropter anstatt quippe; das mit der Abbreviatur von jenem verwechselt scheint.

3. B. 13. Kap. Ille e manibus custodientium lapsus. Die zweite Voss. Handschrift hat elapsus. Jenes ist fremdartig.

Daselbst lese man nach Mss.: quo maior proditionis merces foret, u. mit Acidal.: — rigebat, gelu tum adstricta), vestes etc. Um die Mitte des Kapitels streichen wir entweder mit Andern simulans, oder lesen conterritos aemulans. Am Schlusse sind sepulturae u. proditoris ohne Zweifel Glosseme. Jenes fehlt auch in einigen Handschriften.

4. B. 1. Kap. Snakenburg billigt mit Recht diese Lesart des zweiten Vossischen MS.: Ablue corpus illuvie terrenisque (für aeternisque) sordibus squalidum.

ex suis quisque vicis urbibusque, ad hoc ipsum concurrunt, ad delenda praesidia Persarum.

In einigen Büchern steht ad ipsum. Aber auch so schrieb Curtius nicht. Sowohl ad hoc ipsum als ad ipsum sind Erklärungen solcher Abschreiber, denen concurrunt ohne dergleichen Zusatz dunkel schien, da doch aus den Worten ad cuius famam deutlich erhellt, dass es Amyntas war, welchem die Ägyptier zuliefen.

Weiterhin schreiben wir: Earundem (anstatt Eadem) illic quoque fortuna partium fuit.

4. B. 2. Kap. pulsu illisi mari? Was sagt Diefs? Richtig Palat. 1, Modius, Scheffer: maris.

4. B. 3. Kap. lese man: Praecipuum auxilium erant, nicht erat: denn die vollständige Rede ist P. ae erant illi, qui procul hostium conspectu subibant aquam.

illo se tuerentur, undique orsi. Sed undique vis mali urgebat. Es bedurfte nicht der zwei Handschriften, um des Acidalius Urtheil zu bestätigen, dafs undique im ersten Satze von fremder Hand sey.

maius obsessis solatium quam auxilium. Ein auxilium konnten diese Gesandten gar nicht heissen: also scheint magis (potius) passender als maius.

4. B. 6. Kap. Sed eadem (eadem opera, simul,) huinus, admovendis inutilis turribus, desidente sabulo agilitatem rotarum morabatur, et tabulata turrium perfringebat. Da die Worte admov. inut. turribus zu nichts weiter dienen, als im Allgemeinen eben Das zu bezeichnen, was im Folgenden einzeln ausgeführt wird, so glaube ich diese Worte an ihrer Müfsigkeit für ein fremdes Einschiebsel zu erkennen.

Bald darauf ist vielleicht zu setzen: impleta erat turris bitumine, u. 3 Zeilen weiter ut (für et, eine häufige Verwechselung,) erat non intactae superstitione mentis.

Sagitta ictus est, quam, per loricam adactam, stantem in humero medicus eius Philippus evellit. Dafs Alexander einen Panzer trug, der bekanntlich auch die Schultern deckte, ist im Vorhergehenden gesagt. Wozu also die Worte per loricam adactam? Wahrscheinlich bezeichnete hiedurch ein Leser seine Verwunderung darüber, dafs der Pfeil sogar durch den Panzer drang. Des Curtius scheint die Andeutung einer so gemeinen Sache, u. eine so müfsige Wiederholung von etwas kaum Gesagtem nicht würdig.

Sed cum undique *** adducto, insolenti etc. Da die MSS. S. c. u. telis est circumductus, S. c. u. telis circumducto, S. und. telis circumdatus, haben, so ist ohne Zweifel so zu lesen: Sed tum undique telis circumdato insolenti gaudio iuvenis elatus, — inquit, etc.

4. B. 7. Kap. Ad haec sol omnia incenderat, siccaque et adusta erant omnia. Voss. 2. hat siccaque usta. Die Worte siccaque — omnia sind ein Glossem.

Prima munitio tyrannorum veterem regiam clausit. Sabisius schreibt veterum: Diodor 17. B. 50.: τῶν ἀρχαίων δυναστῶν βασίλεια.

4. B. 8. Kap. wäre wohl besser et ut primum fatigatus etc.

4. B. 9. Kap. Bactriani Scythaeque et Indi convenerant: nam et cetterarum gentium copiae partibus simul adfuerunt. Acidalius vermuthet: convenerant iam, et cet. g. c. p. s. adf. Besser vielleicht so: conv.; nunc et ceterarum etc. nunc für tunc oder tum, wie öfters. Da die Buchstaben a und u in vielen Handschriften ähnlich aussehn, so war die Verwechselung leicht.

et dum sua quisque spolia consequi studet: maior inter ipsos quam cum amne orta luctatio est, cumulique sarcinarum passim fluitantes plerosque perculerant. Warum perculerant, da dieser Kampf u. das Antreiben des Gepäcks gegen die Schwimmenden gleichzeitig zu denken sind? Wir schreiben perculerunt. Wie besonders in den Elegikern, so spuken auch, nach unserer Meinung, im Curtius noch gar viele Plusquamperfecta, die man in Perfecta zu verwandeln hat. Der Grund dieser Verwechselung ist in der vorigen Anmerkung bezeichnet.

Audaciae quoque, qua maxime viguit, ratio minui potest: quia nunquam in discrimen venit, an temere fecisset. Mehr als Ein Kritiker verlor an dieser Stelle sein Latein. Wir muthmaſsen: Audaciae quoque (d. h. Etiam audaciae, ipsius audaciae) ratio minus potest. „Sogar auf Rechnung seiner, zwar sehr groſsen Kühnheit ist weniger zu schreiben (als auf Rechnung des Glücks). „Die Buchstaben i, l, s sind öfters sehr ähnlich in den Handschriften.

4. B. 10. Kap. Quippe ubi explorari vera non possunt, falsa per metum augurantur. Auch eine crux interpretum, wie die Philologen sagen. Höchst wahrscheinlich schrieb Curtius aggerantur, ein etwas seltenes Wort, an dessen Platz bald das bekannte augurantur gesetzt wurde, u. dessen Erklärung augentur, die Lesart einiger Bücher, ist.

4. B. 11. Kap. Facilius est quaedam vincere quam tueri. Scheffer schlägt vor F. est quidem v. q. t. Uns gefällt besser F. est quondam (aliquando, nonnunquam,) v. q. t.

4. B. 13. Kap. Armis insignibus equi virique splendebant, et, omnia intentiore cura praeparari apud hostem, sollicitudo praetorum agmina sua interequitantium ostendebat; ac pleraque inania, sicut fremitus hominum, equorum hinnitus, armorum internitentium ful-

ger, sollicitam expectatione mentem turbaverant. Ac pleraque inania? Nicht doch! immania muss es heissen, d. h. ac pleraque praeparari iussa ita, ita ut immania essent, seu viderentur perturbato Alexandro. Die gespannte Erwartung malte ihm Alles, was er sah, ins Ungeheuere.

4. B. 14. Kap. Terrarum, inquit, quas Oceanus hinc alluit, illinc claudit Hellespontus, paulo ante domini, iam non de gloria, sed de salute — pugnandum est. Man schreibe domini. Weder der Vokativ, noch ein Anakoluthon sind hier an ihrer Stelle. Das dem ähnliche s wurde leicht übersehen.

Credite, nunc omnes tendere ad vos manus; implorare patrios deos; opem vestram, misericordiam, fidem exposcere. Man übersehe die ganze Stelle im Zusammenhang, und das Unpassende der Worte, patrios deos muss sich zeigen. Götter flehen nicht um Erbarmen, misericordiam. Darius redet hier blos von seiner Familie. Patrios deos ist wahrscheinlich aus dem Folgenden hieher gewandert.

4. B. 16. Kap. Refrenare equos iussi, qui vehebantur. Richtiger wol Nik. Heinsius: invehebantur.

(Die Fortsetzung folgt.)

XXXIX.

Johannes Toup's Anmerkungen zur Ruhnkenischen Ausgabe des *Rutilius Lupus*, mitgetheilt vom Diakonus *Bardili* zu Urach, nebst einer Zugabe eigener kritischer Bemerkungen zu *Rutilius Lupus* und *Velleius Paterculus*.

Thomas Kidd liess in der Vorrede zu den von ihm zu London 1807. 8. maj. herausgegeben Opuscula Ruhnkeniana S. XXXVII ff. einige Anmerkungen abdrucken, welche Toup seinem Exemplare der Ruhnken. Ausg. des Rutilius Lupus beigeschrieben hatte. Sie sind folgende. Pag. LVII. lin. 9. a calce, ἐπιστρεφής] versutus. P. LXI, 14. *imitandae*] recte. — Ibid. lin. 25. *tutandae*) male. — P. LXII, 9. a calce, ἀναλθεῖς] leg. ἀναλγηθεῖς. — P. LXVII, 13. *Hyperidis oratio*) Photius in v. Εὔβυλος. — P. LXIX,

6. a calce, *κηδεμονίας*) male. — P. LXXI, 3. a calce, *εὐτυχής*) Damasc. apud Phot. pag. 1029: *Εἰσὶ μὲν Ἀ. εὐφυεῖς τε καὶ ἐντρεχεῖς οἰκειοθεπολεῖσθαι.* Postea *ἐντρεχής.* — P. LXXVI, 9. a calce, *ὡρμημένην*) male. vide Theod. Metochit. p. 16. ed. Meurs. Suid. v. *Ἀντικείμενα.* — P. LXXXIV, 17. *Τρικάρανον λόγον*) Lege *πρὸς τὸν Χάρωνα λόγον.* vid. Suid. v. *Χάρων*, ubi recte *περὶ Ναυκράτεως.* — P. LXXXV, ult. *ἀνοηθέστερον*) vide Phot. in v. — Ibid. lin. 5. a calce, *σωλήτερον*) leg. *νωθέστερον*. v. A. Gronov. ad Aeliani V. H. p. 358. Schol. ad Nicand. Ther. v. 32. et Suid. v. *βραδύς.* — P. 6. 3. *proprias esse*) proprias sibi. — P. 9. *ad efficiendum*) ad ferendum. — P. 22. [*non*] *appetitam probare*) Nihil muta: *non probare appetitam.* Amicitia prius probanda, dein appetenda; non vice versa. (Diese Bemerkung Toup's ist vollkommen richtig. Die ganze Stelle Lib. I, cap. 6. lautet so: Theophrastus dicitur dixisse: *Prudentis esse officium, amicitiam probatam appetere, non appetitam probare.* Ruhnkenius, der zu dieser Stelle die Anmerkung macht: Stulta profecto sententia. Quis enim probet amicitiam, quam non appetierit, quam alter obtruserit invito? u. deſswegen *non* in Haken einschlieſst, verband dieses Wort mit *appetitam*, anstatt daſs nach demselben ein Komma gesetzt werden muſs: *Prudentis esse officium, amicitiam probatam appetere, non, appetitam probare.*) — P. 32. not. b. lin. penult. *Πατροκλέα, Κάσσανδρον*) F. *Πατροκλέα Κασσάνδρου*, Cassandri filium. — P. 53. *posteritatis crescere*) L. posteritati consulere. — P. 74. appellabatur. L. appellebatur. — P. 130, 9. *etiam si*) L. etiam si sit. — P. 133. *remisse paratis*) L. remissi esse paratis. — P. 193. 134. (In der Stelle des Aquila Romanus de Fig. Sentent. et Elocut. c. 48: Plurimum optimorum Demosthenis praestabit M. Tullio, ne, dum copiam imitamur, in nimietatem incidamus, cavendum est.) lege: Plurimum optimorum Demosthenes praestabit, plurimum M. Tullius. Sed, ne, etc. — P. 253. not. b. (In dem 10ten Verse eines aus Burmann's Latein. Anthologie, III. 192. p. 632. angeführten Epigramms: *et* lecto *pendeat illa mea*, verbessert Ruhnkenius *telo* anstatt *lecto*. Toup. bemerkt:) *et lecto*) L. et lateri. So weit Toup's Noten, denen ich nun einige kritische Bemerkungen zu einzelnen Stellen des Rutilius Lupus u. Velleius Paterculus folgen lasse.

Rutil. Lup. I, 13. p. 49. *Ex qua facultate vera et facile felicitas laudis oritur.* Ruhnken. vermuthet: *Ex q. facultate vere et facile fel. l. oritur.* Ich glaube, Rutilius habe geschrieben: *Ex qua facultate* verae *et* solidae

felicitas laudis oritur. Cicero pro Sext. c. 43. init. *qui* solidam laudem veramque *quaerat.* in Vatin. c. 5, 8. *homo imperitissime, solidae laudis ac verae dignitatis.* Auctor epist. ad Brut. 3. init. *si modo est aliquis fructus ex solida veraque gloria.*

Rutil. Lup. I, 16. p. 52. *magno nomini adversariorum* fortiter resistere. Anstatt *nomini* liest Ruhnk. *nu-limini*; vielleicht ist zu lesen: numero, das auch anderwärts mit nomen in den Handschriften verwechselt worden. S. Heusinger zu Cic. de Offic. 2, 12. fin.

Rutil. Lup. II, 7. p. 107. 108. *bibendo provocat, lacessit, sicut in proelio hostium quam plurimos superarat atque afflixerat.* So stellt Ruhnk. die Lesart aller Handschriften u. alten Ausgaben um: in hostium proelio. Wenn aber Rutilius so, wie Ruhnk. umstellt, geschrieben hätte, sieht man daraus nicht ein, wie es den Abschreibern einfallen konnte, die in allen Codd. u. alten Editionen stehende Wortfolge einzuführen. Ich lese daher wenig abweichend von der Ruhnk. Änderung, aber auf eine die spätere Umstellung ganz wohl erklärende Art: *sicut* hostium in proelio *quamplurimos* etc.

Rutil. Lup. II, 16. p. 129. Nobis maiores nostri rem publicam reliquerunt: nos etiam socios nostros de servitute eripuimus. Vor rem publicam mufs, wie ich glaube, liberam eingesetzt werden, was zwischen nostri u. rem leicht in den Handschr. ausfallen konnte.

Velleius I, 9, 6. *Quum Anicii Octaviique triumphum uno interpellaret, fuere, qui Pauli* impedire obniterentur. Ruhnk. liest mit Heinsius: *impedire conniterentur*; Cludius, *impedire anniterentur.* Doch fügt der Letztere hinzu: Lectio, *obniterentur*, si sana esset, cogeret delere *impedire*: *qui Pauli*, sc. triumpho, *obniterentur.* Diefs ist allein richtig. Impedire ist offenbar Glosse eines Abschreibers. Das nämliche Verbum schieben 2. sonst vorzügliche Handschriften in Corn. Nep. Attic. c. 21. fin. ne frustra dehortando conemini, nach dehortando ein. Zu Pauli mufs in der Stelle des Velleius triumpho supplirt werden, wie 2, 88. fin. Aequetur praedictae iam Antistii Servilia Lepidi uxor, zu Antistii, (nach der richtigen Verbesserung von Vossius für Antistiae,) uxori. Vergl. Bremi zu Corn. Nep. Alcib. c. 6, 3.

Vellei. I, 18. init. *Una urbs Attica pluribus* annis *eloquentiae, quam universa Graecia,* operibusque floruit. Ruhnk. verbessert: *U. u. A. pluribus* sanae *eloq.*, q. u. G., operibus effloruit. Aber *sanae* mifsfällt mit Recht

dem neuesten Herausgeber Cludius. Nach meinem Dafürhalten muſs mit Ruhnk. *effloruit* gelesen, *annis* aber ganz gestrichen werden. Anstatt *operibus effloruit* schrieb ein Abschreiber, *operibus et floruit*; ein Anderer, dem *et* an dieser Stelle mit Recht anstöſsig war, machte daraus, *operibusque floruit*, u. schob, um diesem *que* eine Beziehung zu geben, oben nach *pluribus* das Wort *omnis* ein.

Vellei. II, 35, 3. *Hic* (Cato) *trib. pleb. designatus* etc. *paene inter ultimos interrogatus sententiam*, *t a n t a vi animi atque ingenii invectus est in coniurationem*, *et ardore oris orationem omnium lenitatem suadentium societate consilii suspectam fecit*, *s i c impendentia* etc. *pericula exposuit*, *i t a Consulis virtutem amplificavit*, *ut universus Senatus in eius sententiam transiret* etc. *Et — fecit* liest die erste Ausgabe des Velleius, was Ruhnk. mit dem Editor Basil. in *ut - fecerit* Cludius in *ita - fecit*, verwandelt. Ich lese mit Lipsius u. A. *eo ardore oris or. o. l. s. soc. cons. susp. fecit.* Velleius scheint die Abwechslung mit *tanta*, *eo*, *sic*, *ita*, absichtlich gesucht zu haben. Ganz gleich sind folgende zwei Stellen Quintilian's Lib. X. I, 76. *T a n t a vis in eo, t a m densa omnia, i t a quibusdam nervis intenta sunt*, *t a m nihil otiosum*, *is dicendi modus*, *ut nec*, *quod desit in eo*, *nec*, *quod redundet*, *invenias*. u. ebendas. n. 22, 1. *Ea est facundia*; *t a n t a in explicando*, *quod velit*, *gratia*; *t a m candidum et lene et speciosum dicendi genus*; *t a n t a verborum etiam quae assumta sunt*, *proprietas*; *t a n t a in quibusdam ex periculo petitis significantia.*

Vellej. II, 36, 2. *Neque ullo in suscepti operis forma minorem Catullum.* So verbessert Ruhnk. nach Lipsius u. Markland die Lesart der Ed. princ. *n. u. in suscepti operis sui* carmine. Wakefield zu den Testimonia Veterum de Lucretio pag. LVI. not. 7. ed. Eichst. liest *stamine* anstatt *carmine*, was ich jedoch nicht vorziehen würde.

Vellej. II, 40, 3. (Pompeius) *cum privato comitatu*, *quem semper* illa fatare *moris fuit*, *in urbem redit.* Wenigstens Erwähnung in den neuern Ausgaben hätte neben den andern Konjekturen die von Heinsius, welche auch mir beifiel, verdient: *quem semper* illi affectare *moris fuit*, ob ich sie gleich nicht für die allein wahre auszugeben wage.

Vellej. II, 69, 3. *Quum et Brutus cuilibet ducum praeferendus videretur*, *et Vatinius* nulli nomini non *esset postferendus.* Mit Fähse lese ich: *nemini non*, i. e.

cuique, esset postferendus. *Nomini* entstand aus *nemini*; u. *nulli* wurde als Erklärung des *nemini* zuerst an den Rand geschrieben u. später in den Text aufgenommen.

Vellej. II, 90, 1. *Sepultis, ut praediximus, bellis civilibus, coalescentibusque reip. membris, et coram aliero, quae tam longa annorum series laceraverat.* Vielleicht schrieb Vellejus *et* conglutinatis etc. Cicero de Senect. c. 20. *Hominem eadem optime, quae* conglutinavit, *natura* dissolvit.

Vellej. II, 122. *Quanto cum temperamento simul utilitatis res auctoritate imperatoris agi vidimus?* Weder Krause noch Cludius führen an, was Wyttenbach in seiner Recension der Ruhnk. Ausgabe des Vellejus, Bibl. Crit. I, 4. p. 61 fg. über diese Stelle sagt: Egregiam huius loci emendationem nobiscum communicavit E. H. Eldikius: *quanto cum temperamento simplicitatis res* etc. i. e. bonitatis, lenitatis; quam vocis *simplicitatis* vim ipse Ruhnkenius explicuit 2, 10. p. 105. Diese Emendation verdient nach meiner Überzeugung den Vorzug vor allen andern. Zu den von Ruhnk. l. c. angeführten Stellen füge hinzu 2, 126, 4. *optimo civi, simplicissimo duci.*

Vellej. II, 119, 4. Spoliatum *equite peditem relinquens.* Hoc audacius dictum videtur Burmanno ad Lucan. 2, 714., schreibt Ruhnk. zu dieser Stelle. *Spoliatum* könnte eine später in den Text gekommene Glosse von *nudatum* seyn. Liv. 1, 27, 7. *Ut* nudari *latera sua sociorum digressu senserunt.*

Vellej. II, 121. init. *Eadem et virtus et fortuna subsequenti tempore* ingressa animam *imperatoris Tiberii fuit, quae initio fuerat.* So liest die Ed. princ. Ruhnk. mit Rhenanus, *animum.* Dass *ingressa animam*, oder *animum*, in den Zusammenhang nicht tauge, fühlte Heyne, u. verwarf desswegen diese Worte als die Glosse eines Abschreibers. Aber wie konnte Jemand auf den Gedanken kommen, jene Worte an dieser Stelle einzuschieben? u. zu welchen Worten im Texte sollten sie als Erklärung beigeschrieben worden seyn? Nur da darf nach den Gesetzen der Kritik eine Glosse angenommen werden, wo sich die Quelle derselben aus dem Texte des Schriftstellers mit Sicherheit nachweisen läfst. Gewifs hatte Ruhnkenius auch diese Stelle im Auge, als er an Wyttenbach, der ihm die Götting. Recension seines Vellejus zugeschickt hatte (s. Vita Dav. Ruhnkenii p. 175. ed. Batav.) schrieb: Censor sibi visus est non nulla glossemata post me in textu deprehendisse.

Quorum ego ne unum quidem pro glossemate habeo. Neque enim licet verba corrupta, tamquam glossema, eiicere, nisi demonstrari possit, cui rei explicandae inservierint, et quo modo de margine in textum venerint. Um nun auf die Stelle des Velleius zurückzukommen, so glaube ich die ursprüngliche Leseart durch meine Vermuthung hergestellt zu haben: *Eadem et virtus et fortuna subsequenti tempore* INGRESSI GERMANIAM *imperatoris Tiberii fuit, quae initio fuerat*. Tiberius war gleich nach der Niederlage des Varus in Germanien eingedrungen, hatte nach Verwüstung des Landes seine Truppen in die Winterquartiere geführt (c. 120, V. 2.), u. griff nach deren Beendigung die Deutschen auf das neue an (c. 121, 122, 3.).

XL.

Caroli Morgensternii in *Ciceronis Paradoxa* Prolegomena.

Quum nuper in illis veteres scriptores interpretandi exercitationibus, quibus nonnulli Vestrum, Commilitones, me duce uti solent, auditorum aliquis primum Paradoxon Ciceronianum explicare instituisset, ex schedis meis comparationis causa depromsi, quae multis ante annis [1]) in *Ciceronis Paradoxa* commentatus eram. Haec iam perlustranti eiusmodi videbantur, ut, si quaedam otiosa resecuissem, quaedam minus accurate dicta retractassem, Vobiscum hoc loco communicata incitare saltem Vos possent ad Philosophi Romani libellum vel utiliter legendum, vel maiori cum fructu relegendum. Quam frugifera autem sit cuivis, qui bonis operam dat litteris, librorum *Tullii* vel minimorum assidua lectio, id iis Vestrum, ad quos propius mea pertinet allocutio, satis persuasum est, quum aliis iisque certissimis argumentis, tum nuper scholis nostris Vobis praelecta, et

---

1) Anno 1790, quum essem Seminarii Regii Philologici Sodalis, quod *Fr. Aug. Wolfio* moderatore in Universitate litteraria Halensi effloruit, praeceptori indulgentia sua quemvis discipulorum impigrorum in litteris proficiendi conatum foventi obtuli Commentarium in Ciceronis Paradoxa, quem libellum, 52 pagellis formae quaternariae scriptum, etiamnum servo.

ubi res poscere visa est, copiosius exposita praeclara illa *Ioannis Augusti Ernestii* ad *Stiglizium* Epistolâ; confirmare praeterea eius rei persuasionem possitis communiter nobiscum facienda, quae Vobis per hoc semestre tempus offertur, Disputationum Tusculanarum interpretatione. Nunc igitur *Prolegomena* in Oratoris philosophi *Paradoxa* Vobis tradere placet, Commilitones; alio tempore, nisi idoneis harum rerum arbitris actum omnino egisse videbimur, in singula libelli Ciceroniani loca animadversiones proponemus.

Paradoxa dicuntur, quae sunt *παρὰ τὴν τῶν πολλῶν δόξαν*. Παράδοξον exponit *Suidas* (hac voce, ed. *L. Kusteri* Vol. III. p. 50) ἀπροσδόκητον, θαυμαστόν. Cicero ipso Prooem. Parad. (conf. de Fin. IV. 27) explicat: *quae sunt admirabilia, contraque opinionem omnium*; Acad. II. 44. *mirabilia*; et *Quintilianus* (de Instit. Or. IX. 2. §. 23.) *inopinata*. Paradoxa autem *Stoicorum* moralia maximam partem non erant sententiae ab ipsis excogitatae aut inventae; sed novi et insoliti speciem quandam habebant insolito verborum usu, ita ut apte huc referri possit, quod de Zenone legitur de Fin. IV. 20: *Hic loquebatur aliter atque omnes, sentiebat idem quod ceteri*; et IV. 27: *Quid habent παράδοξα illa admirationis, quum prope accesseris? conferam tecum, quam cuique verbo rem subiicias: nulla erit controversia.* Idem Tullius illa Paradoxa saepius dicit prima specie admirationem, re explicata risum movere. Et sane, si comparentur cum plurimorum hominum inconstantia et cum vulgari naturae humanae fragilitate, ridicula illa videntur: haud vero absurda, si suspiciamus ad ideam sapientis, quam in mente sibi informaverant Stoici perfectissimam omnibusque numeris absolutam *). Quae quamvis non cadat in naturae humanae, qualis plerumque est, imbecillitatem, tamen est illa minime spernenda, si quidem summum sibi proponere debet homo consequendum, ut certe, quantum potest, consequatur. Ridicula iterum videntur, si respiciatur ad cupiditatem in Stoicis passim a Cicerone reprehensam, dicendi aliquid novi et prorsus singularis insolito verborum usu: sed omni excusatione digna, si consilium, quod in illis proponendis secuti sunt, recte intelligatur. Nam si duo potissimum sunt ad mores conformandos praesidia, vel au-

*) Conf. *Tiedemanni* librum: *System der Stoischen Philosophie*, Part. III. p. 270.

genda et illustranda vere bonorum species, vel minuenda et obscuranda bonorum opinatorum: ex *Eberhardi*[5]) quidem sententia Stoici non primum, sed alterum ex duobus his praesidiis et firmius et viro gravi aptius censuerunt. Mihi vero utrumque videntur coniunxisse. Etenim, quam opinionem de corporis et fortunae bonis extenuare, tam existimationem de animi bonis amplificare studebant: idque arbitror eos Paradoxis suis imprimis efficere voluisse. Pluribus enim horum eadem, quibus vulgi opinio beatam vitam contineri putat, sapienti suo, sensu quidem longe alio, tribuebant. Liberum dicebant eum, regem, magistratum, divitem, pulchrum, rel. Huiusmodi Paradoxis risum quidem multis movebant: sed iisdem apud nonnullos amorem et admirationem haeresis suae excitabant, quae Stoico eadem, quae in vulgus ad beatam vitam necessaria haberentur, at sensu longe excellentiori, se paraturam, eumque supra ceterorum hominum conditionem se evecturam promitteret.

Quid in hoc libello scribendo *propositum Ciceroni fuerit*, in Prooemio ipse declaravit. Tentare voluit, an sententiae quaedam, ex intima Stoicorum disciplina petitae, omnium opinioni repugnantes ideoque ab ipsis appellatae παράδοξα, dici possent oratione populari, eaque, quae in scholis philosophico modo disputarentur, commode transferri ad oratorium dicendi genus. Idque, quod voluit, effecit. Libellus enim absolvitur sermonibus, in quibus auctor exemplis magis theses illustrat, quam certis et firmis argumentis probat, oratoris magis vi ac copia laudat et vituperat, quam philosophi acumine ac subtilitate docet et demonstrat. [4]) Addit, se scripsisse haec eo libentius, quod sibi ista Stoicorum παράδοξα maxime viderentur esse Socratica longeque verissima. Etiamsi eum hoc plane ex animi sententia dixisse contendere nolim, quum in aliis libris plura istorum irrideat ac refellat: hoc tamen confitendum

---

5) *Allg. Geschichte der Philosophie* (Hal. 1788), §. 140 not., vel edit. sec. 1796, §. 144 not.

4) Oratorie magis quam subtiliter de Stoicorum decretis disputare, Ciceronis proposito plane consentaneum erat; ita igitur eum disputasse, mirum non est. Subtilitas ubi desideretur in singulis fere Paradoxis, bene nuper exposuit *Schützius* in Prolegg. in Tuscul. Dispp. et in Parad., Cic. Operum editione Tom. XIV. pag. 30 — 32.

puto, dicere eum ita quodammodo potuisse, quoniam in philosophiae parte morali a Stoicorum disciplina semper multo propius abesset quam ab Epicureorum, quidquid veri Stoae decretis inesset, cupide amplexus. Id vero, quod in his modum excederet, et trans veri fines protractum probari minime posset, neminem Cicerone melius vidisse, ex ceteris eius scriptis patet. Honestum igitur summum esse bonum, etiamsi non solum bonum; virtutem certissimam et quasi compendiariam viam ad beatam vitam, etiamsi ad beate vivendum sola non sufficiat; omnia, vel minima, peccata esse peccata, legis nimirum violatione, quamquam singula non prorsus paria, quum ex maiori minorive damno inde oriundo, ex maiori minorive peccantis pravitate, nonnumquam etiam ex legislatoris arbitrio, accuratius sint metienda; omnem stultum insanire, etsi non semper, saepe tamen, quum animi sanitatem non tueatur, veraeque suae felicitati ipse repugnet; malum civem exsilio esse dignum, quamvis non exsulem; sapientem et in cogitando et in agendo multo esse liberiorem, quam ceteros homines libidinibus deditos, etiamsi absolute liber dici non possit; virtute praeditum possidere sapientem bona longe maxima et certissima, licet sensu vulgari dives appellari saepe non possit: — haec quis putet quemquam verius perspexisse quam Ciceronem? Ut vero verissimas hasce sententias in luce quadam clariori et prorsus singulari poneret, eaque admirabiliores et auribus populi accommodatiores ostenderet, insolitum istum verborum usum in hoc quidem libello a Stoicis est mutuatus. Sed ad eas, quas commemoravimus, causas, quae auctorem ad Paradoxa scribenda impulerint, aliae quaedam accesserunt, opinor. Hoc enim simul in libello exarando spectasse videtur, ut in quaedam vitia inter Romanos sua aetate maxime regnantia, libidinem, avaritiam, superbiam, luxuriam, inveheretur, atque a nimia bonorum corporis et fortunae aestimatione cives avocaret. Nec minus Stoicorum haec Paradoxa optimam ei praebebant occasionem, ut proceres quosdam, qui quamvis illis vitiis laborarent, amplissimi tamen in civitate sibi viderentur, omni contemptione dignos ostenderet; ut contra suum ipsius animum excelsum vereque bona et laudabilia nunquam non sectantem, ut solet, prae se ferret; ut denique quaedam, quae ab istis sibi obiicerentur, refelleret, doceretque v. c., se, non admodum quidem divitem, revera tamen longe esse ditiorem, quam qui opulentissimi sibi viderentur; se,

quamvis civitate semel pulsum, nunquam tamen fuisse exsulem.

Ceterum non omnia a Cicerone tractata esse Stoicorum Paradoxa, sed potiora tantum, facile videt, quicunque harum litterarum expers non est. In tractationis modo autem *admirabilem compositionem disciplinae incredibilemque rerum ordinem*, quae in Stoicis laudantur de Fin. III 22, frustra fere quaesiveris. Nexu tamen satis probabili singula libello cohaerere, hinc intelligitur. Exorditur disputationem Cicero sententia moralis Stoicorum philosophiae primaria, *quod honestum sit, id solum bonum esse.* (Parad. I.) Quodsi nihil praeter honestum bonum est, honestum autem nihil nisi virtus, virtus sola bonum est. Nihil autem, nisi quod bonum, est expetendum; quidquid vero expetendum, beatum reddat hominem necesse est. Atqui virtus sola expetenda: itaque sola hominem beatum reddit: unde sequitur, *in quo virtus sit, ei nihil deesse ad beate vivendum.* (Parad. II.) Ad virtutem vero eamque, quae ex ea oritur, felicitatem comparandam summopere cavendum est, ne ullum committas peccatum, quum uno, vel levissimo, peccato insipiens sis, summaeque illius, qua fruitur sapiens, felicitatis expers. Sed nulla reperitur vis, quae magis arceat homines ab improbitate, quam si senserint, nullum in delictis esse discrimen. Utilissima igitur est sententia, *aequalia esse peccata.* (Parad. III.) Postquam Cicero exposuit haec, de quibus persuasum esse debeat ei qui ad sapientiam adspirare velit, in ceteris tribus Paradoxis quaedam, quibus sapiens excellat, praedicat bona: *sapientem solum esse civem*, quum vera civitate pelli non possit (Parad. IV.); *solum liberum*, quum solus habeat potestatem vivendi ut velit (Parad. V.); *solum divitem*, quum solus vere bona possideat (Parad. VI.). Longe autem aliter haec se habere in perduelli, in servo libidinum, in avaro, in sumptuoso — ut uno verbo dicamus, in stulto. Hunc vero nexum esse inter ea quae exposuit Cicero Paradoxa, et res ipsa docet, et id quod legitur de Fin. III. 22. *Sapiens quum ratio docuerit, quod honestum esset, id esse solum bonum, semper sit necesse est beatus, vereque omnia ista omnia possideat, quae irrideri ab imperitis solent.*

Quo tempore scripta sint Paradoxa, et ipse olim quaesivi, minime acquiescens *Hieronymi Wolfii* opinione, qui ea scripta existimabat dominante *Caesare* post *Catonis* interitum; in quam opinionem alio commento non minus levi seductus esse videtur, propositum fuisse Ci-

ceroni, ut hoc libro *Brutum* ad caedem Caesaris, monstrata honestatis et virtutis excellentia, animaret atque armaret. Iam dudum (a. 1790) haec scripsi: „Si quis Prooemium legat, possit hic libellus scriptus videri ante mortem *Catonis*, quum de eo quasi vivo Cicero loquatur: *maius est illud Catonis — Cato sentit ea — in ea est haeresi — solet dicere.* Etiam *Clodium* Parad. IV. et *Crassum* Parad. VI. ut vivos alloqui videtur: sed ibi longe alia res est. Ibi enim non aperte aut distincte nominat quemquam, sed, in locos communes coniiciens Stoicorum παράδοξα, ita loquitur, ut ad *Clodium* oratio potissimum possit referri; loquitur porro abreptus vehementi impetu, in quo excitata animi vis res praeteritas repraesentare solet. Illic autem de *Catone* et diserte loquitur, et ab omni animi perturbatione alienus.“ Atque in eadem iam sum sententia, scriptum esse libellum vivo adhuc *M. Catone*, Bruti avunculo. De *praefatione* ad M. Brutum praemissa hoc iudicat etiam *Schützius*, [5]) vere, haec addens: „Extrema in praefatione Cicero Brutum sic alloquitur: *Accipies igitur hoc parvum opusculum, lucubratum his iam contractioribus noctibus, quoniam illud maiorum vigiliarum munus in tuo nomine apparuit.* Iam hoc nihil aliud esse potest, quam liber de claris oratoribus, qui inscribitur *Brutus.* Is liber quum scriptus sit A. U. 706. extremo, Praefatio haec scripta sit necesse est verno A. U. 707. tempore, antequam de Catonis morte nuntius Romam perferretur, quem constat mense Aprili eiusdem anni Uticae mortem sibi conscivisse.“ In eo autem non assentior Viro doctissimo eidemque acutissimo, quod Paradoxon secundum eo ipso anno scriptum esse putat, in quem post reditum Ciceronis inciderent illi Clodii furores, h. e. in A. U. C. 697. [6]) Nam quod Schützius dicit: „Iam hoc Paradoxon a Cicerone eo demum anno conscriptum fuisse, quo totum opusculum ad M. Brutum misit, mihi quidem non fit credibile. Non enim ista apostrophe ad mortuum Clodium, tamquam ad vivum usus fuisset; aliquid etiam de eius interitu dixisset“ — hoc mihi ne nunc quidem probatur. Quomodo autem de illa ad Clodium apostrophe sentiam, iam supra significavi, allatis, quae olim hac de re scripsi. Nec magis probo, quod *Schützius*, indiciis mo-

5) l. c. p. 25.
6) Ibid. p. 28.

tus nimis obscuris, Paradoxon VI. eo ipso anno scriptum adiicit, quo Crassus cum Pompeio secundum consulatum gereret, A. U. C. 698. Liceat enim fateri pace senis venerandi, omnem illam rationem mihi parum probabilem videri, qua Praefationem ad M. Brutum scriptam putat A. U. 707, aliud Paradoxon A. U. 697, aliud A. 698. Scilicet totum hoc Ciceronis *parvum opusculum, lucubratum contractioribus iam noctibus,* de quo ipse addit, non esse, *ut in arce poni possit, quasi illa Minerva Phidiae, sed tamen ut ex eadem officina exisse appareat,* illud igitur eiusmodi est, ut Ciceronis gloriae rectius consulere nobis videamur, si id perpaucis noctibus uberrimo ingenio fusum profligatumque putemus, quam si rationibus parum firmis sumamus, singulas eius particulas diversis annis iisque satis distantibus esse elaboratas. Quid? quod vel sola auctoris verba *lucubratum his iam contractioribus noctibus* sufficiant, ad id quod volumus, libellum uno tenore perbrevi tempore scriptum esse, statuendum.

Alia restat quaestio, quam a *Schützio* silentio praetermissam miror, *quid de inscriptionibus et Graecis et Latinis sentiendum sit,* quae singulis disputationis partibus praefixae sunt. Magnam earum in Codd. mss. atque in veteribus editionibus varietatem esse constat. Ne omnes quidem aptae sunt, ut in Paradoxo quarto illa: *Ὅτι πᾶς ἄφρων μαίνεται.* Nam, quae eo continentur, iis multo magis respondisset inscriptio: *Ὅτι μόνος ὁ σοφὸς πολίτης,* ita ut inscriptionem vulgarem nec haud accommodate excogitaverit nescio quis, qui eam ad sola verba, quibus incipere putaret argumenti tractationem, conformasset. De inscriptionibus Latinis ut dicam, iam a. 1790 probabile esse negavi, Ciceronem qui ad Brutum, hominem doctissimum proprie haec scriberet, etiamsi Graeca axiomata posuisset, Latinam versionem adiecisse. Qua suspicione eodem tempore valde confirmabar, quum viderem *Caroli Langii* testimonium, Latinas inscriptiones nullas exstare in veteribus exemplaribus. Mirabar itaque, quum Car. Langius, ut *Graevius* narrat, plurimos consuluerit vetustissimos codices, et vir fuerit acris iudicii doctrinaeque singularis, [7] eius testimonium ab Editoribus fere esse neglectum. Quod potius ducere poterat, et haud scio an debebat,

---

7) Vid. *Graevii* Praefat. ad edit. suam libror. Ciceronis de Offic.

ad eam suspicionem, fieri posse ut a Cicerone ipso nullae adiectae sint inscriptiones, sed omnia sex Paradoxa continuo legenda. Annon enim ex magna illa titulorum, tum Graecorum tum Latinorum, discrepantia, Latinorum etiam absentia, haud temere concludas, neutras esse a Ciceronis manu? Sic *Iosephus Valart*, editor accuratior librorum *de Imitatione Christi*, qui vulgo tribuuntur *Thomae a Kempis*, ex similibus rationibus concludit, [8]) libri tertii singulis capitibus titulos non fuisse ab ipso auctore praepositos. Unum hoc addere liceat. Si Grammaticis potius quam Ciceroni attribuuntur inscriptiones, et Graecae et Latinae, [9]) illud etiam, quod in Prooemio extremo legitur, verius dictum esse videatur: *Degustabis genus hoc exercitationum earum, quibus uti consuevi, quum ea, quae dicuntur in scholis θετικὰ, ad nostrum hoc oratorium transfero dicendi genus.* Nam hunc horum verborum sensum esse puto, ut Cicero dicat, Brutum degustaturum esse hoc libello illud exercitationum genus, quo enunciationes generales, cuiusmodi sunt Stoicorum Paradoxa (θετικὰ enim cum *Turnebo* Adversar. XX. 20. interpretor ea, quae de toto aliquo genere disserantur, nullis circumscriptis personis, locis, temporibus, quum θέσεις in rhetorum scholis proprie sint quaestiones infinitae, oppositae *hypothesibus*, i. e. quaestionibus definitis), quo igitur etiam Philosophorum enunciationes generales transferantur ad oratorium dicendi genus, apto includendae in forenses orationes et in senatorias sententias, atque ineruditis etiam hominibus probandae. At ipsa thesium forma, qua *nuda* [10]) ista ponuntur, per suam naturam propria est scholis, aliena ab oratorio genere, ad quod θετικὰ in hoc libello Cicero transfert. Iam uno tenore legatis mihi, Commilitones, totum Ciceronis libellum, mis-

---

8) Praefatione editionis Paris., quae duodenis ap. Barbov. prodiit 1758, p. VI.

9) Saltem non video, quamobrem, etiamsi in Codicibus non paucis illae reperiantur, magis eas ipsi Ciceroni assignari oporteat, quam fieri solet in aliis eiusmodi inscriptionibus. Ut in *Quintiliani* de Instit. Or. libro decimo inscriptio est in Codd. Turic., Flor., Guelf.: *De copia verborum. Quae legenda. Qui Graecorum maxime* etc.; et plura eiusmodi. Conf. ed. *Spalding*. T. IV. p. 1. Maior tamen codicum pars omnibus his caret, nec quisquam editorum Quintiliani ab ipso ista profecta esse iudicavit.

10) Conf. Parad. III. 2. ibique *Facciolat*.

sis singulorum Paradoxon titulis et Graecis et Latinis. Senticlis, ni fallor, oratorium illud, quod Tullius sectabatur, artificium auctum, nexumque continuum, singulis thesibus haud interruptum, non multo magis certe desiderabitis, quam in sermone Damasippi apud *Horatium*, ubi oratio ab alio disputationis capite ad aliud transcurrens, etiam satis saepe est abrupta. Sed ipsi abrumpamus tandem hoc prolusionis filum, invitando Vos, Commilitones, ad novas lectiones, quas prudens sibi quisque legerit, alacriter atque assidue frequentandas. P. P. in Univers. litt. Dorpatensi, d. XX. Ian. MDCCCXIX.

XLI.

Duae vitae *Euripidis* et praemonita quaedam ad eius Hecubam Graece e codice *Havniensi*.

In Bibliotheca Regia Havniensi exstat codex bombycinus No. 3549 in 8vo, qui tres continet Euripidis tragoedias: Hecubam, Orestem et Phoenissas, cum glossis interlinearibus et scholiis nonnullis marginalibus. Hunc codicem, ipso teste, „Fridericus Rostgaard emit Florentiae 1699" Christiano Comiti de Daneskiold, in cuius manuscriptorum catalogo Ioh. Grammius, postquam alium Euripidis codicem chartaceum ab eodem Venetiis emtum nominavit, quem ad seculum XV. retulit, hunc nostrum priore aliquantum antiquiorem esse annotavit. In fronte eius duae reperiuntur vitae Euripidis, quarum altera brevior de genere tantum et morte poëtae agit, altera longior numeris in margine adscriptis in 21 sectiunculas distinguitur. Neutra vero ulli e tribus editis congruit, et locupletior quidem, quamvis prior eius pars cum illa, quam nuper Elmsleius V. Cl. primum edidit, in multis consentiat, non pauca tamen in posteriore habet nova et sibi propria: quare non indignae videntur, quae in lucem publicam prodeant.

Γένος Εὐριπίδου.

Εὐριπίδης υἱὸς [ἐγένετο 1) Μνη]σάρχου καπήλου, μητρὸς

1) In prima codicis pagina nonnulla passim detrita sunt, quae partim e caeteris poëtae vitis, partim e literarum reliquiis supplere studui, atque omnia sic addita uncinis inclusi.

δὲ Κλη[τοῦς] λαχανοπώλιδος· τὸ [μὲν γένος] Ἀθηναῖος, ἐγεννήθη δὲ ἐν Σαλαμῖνι ἐπὶ Καλλίου ἄρχοντος κατὰ τὴν [2]) εἰκοστὴν Ὀλυμπιάδα, ὅτε ἐναυμάχησαν τοῖς Πέρσαις οἱ Ἕλληνες. Ἐτελεύτησε [δὲ] τοιουτοτρόπως ἐν τῇ Μακεδονίᾳ. κώμη δὲ ἔστι καλουμένη Θρᾷκις, διὰ τὸ κατῳκηκέναι αὐτόθι Θρᾶκας· ἐν ταύτῃ [παρὰ] τοῦ Ἀρχελάου Μολοτικὴ κύων ἦλθεν ἀποπλ[ανηθεῖσα]. ταύτην δὲ Θρᾶκες ὡς ἔθος θύσαντες ἔφαγον· καὶ δ[ὴ ὁ] Ἀρχέλαος ἐζημίωσαν αὐτοῖς ταλάντου. [Ἐπεὶ δ' ἐνδεῶς] εἶχον, Εὐριπίδην ἐδεήθησαν τυχεῖν ἀπολύσεως, δεηθέντα τοῦ βασιλέως. Χρόνῳ δὲ ὕστερον Εὐριπίδης ἐν ἄλσει τινὶ πρὸ τῆς πόλεως ἠρέμει· Ἀρχελάου δὲ ἐπὶ κυνηγέσιον ἐλθόντος, τῶν σκ[υλ]άκων ἐπιτυχόντων Ε[ὐρ]ιπ[ίδῃ], ἐσπαράχθη καταβρωθεὶς ὁ ποιητ[ής. Ἦ]σαν δὲ οἱ σκύλα[κες] τῆς ὑπὸ Θρᾳκῶν ἀναιρεθείσης . . . . . ὅθεν καὶ παρ . . . . . ἐπὶ τοῖς Μακεδόσι, κυνὸς [ἀπόγονοι]. [3])

[4]) Εὐριπίδης υἱὸς ἐγένετο Μνησάρ[χου] καπήλου καὶ [Κλειτοῦς] λαχανοπώλιδος. Ἀθηναῖος μὲν, ἐγεννήθη δὲ [ἐν Σαλα]μῖνι ἐπὶ Κ[αλλί]ου ἄρχοντος, ὅτε ἐναυμά[χησαν τοῖς] Πέρσαις οἱ Ἕλληνες. [Ἤσκησε] [5]) δὲ κατ' ἀρχὰς πα[γκρ]άτιον ἢ πυγμὴν, β' τοῦ πατρὸς χρησμὸν λαβόντος, ὅτι νικηφόρους [6]) ἀγῶνας νικήσει· καί φασιν αὐτὸν Ἀθήνησι νικῆσαι. Ἀναγνοὺς δὲ, [7]) ἐπὶ γ' τραγῳδίαν ἐτράπη· καὶ πολλοὺς προσεξεῦρε προλόγους καὶ φυσιολογίας [καὶ] ῥητορείας· γενόμενος Ἀναξαγόρου καὶ Προδίκου καὶ Πρωταγόρου καὶ Σωκράτους ἑταῖρος. Δοκεῖ δὲ αὐτῷ δ' καὶ Σωκράτης καὶ Μνησίλοχος [8]) συμπεποιηκέναι τινά. Φασὶ ε' δὲ τὸν Εὐριπίδην καὶ ζωγράφον γεγονέναι, καὶ δείκνυσθαι αὐτοῦ πινάκιον ἐν Μεγάροις. Ἄρξασθαι [δὲ] ἀγωνίζεσθαι γενόμενον [9]) εἴκοσι καὶ ἓξ ἐτῶν. Λέγουσι δὲ αὐτὸν καὶ βαθὺν πώγωνα θρέψαι, καὶ φακοὺς ἐπὶ τῆς ὄψεως ἐσχηκέναι. Γυναῖκας ϛ' τε γῆμαι πρῶτον Μελιτώ, δεύτερον Χοιρίλλην. Καὶ υἱοὺς κα- ζ'

---

2) Hic error forsan ortus est a male lecto οἱ et pro κ' habito, quod interdum in duos ductus discedit.

3) Hoc posui Barnesium secutus, qui in Vita Euripidis (§. 31) hanc historiam narravit, nullo auctore citato.

4) In margine sunt novi tituli vestigia.

5) Sic Elmsleii editio, codex modo ἤσκ... habet.

6) Melius ap. Elmsl. στεφανηφόρους.

7) Pro ἀναγνοὺς δὲ e Thoma Magistro ἀγχίνους δὲ ὢν rectius legi possit.

8) Cod. Μνησίλογος.

9) Cod. γενόμενος.

τέλιπε τρεῖς, Μνησαρχίδην μὲν πρεσβύτερον, ἔμπορον, δευτέ-
ρον δὲ Μνησίλοχον, ὑποκριτὴν, νεώτερον Μνησαρχίδου· [10])
η οἳ ἐδίδαξαν τοῦ πατρὸς ἔνια δράματα. Τὰ πάντα δὲ ἦν αὐτοῦ
δράματα ἐννενήκοντα καὶ δύο, σώζεται δὲ ἑβδομήκοντα [11]) ὀκτὼ,
θ καὶ τούτων νοθεύεται τρία. Ἐτελεύτησε δὲ, ὥς φησι Φιλόχο-
ρος, ὑπὲρ τὰ ἑβδομήκοντα ἔτη γεγονώς· ὡς δὲ Ἐρατοσθένης,
ι οε· ἐτάφη δὲ ἐν Μακεδονίᾳ. Κενοτάφιον δὲ αὐτοῦ ἐν
Ἀθήνησιν ἐγένετο, καὶ ἐπίγραμμα αὐτῷ ἐπιγέγραπται, Θουκυδί-
δου τοῦ ἱστοριογράφου ποιήσαντος, ἢ Τιμοθέου τοῦ μελοποιοῦ.
„Μνῆμα Ἑλλὰς ἅπασα Εὐριπίδου· ὀστέα δ' ἴσχει γῆ Μακε-
δόνων, ὑπερ δέξατο τέρμα βίου. πάτρα δ' Ἑλλάδος Ἀθῆναι·
πλεῖστος δὲ Μούσας τέρψας, ἐκ πολλῶν καὶ τὸν ἔπαινον ἔχει. [12])"
ια Φασὶ δὲ αὐτὸν ἐν Σαλαμῖνι [13]) σπήλαιον κατασκευάσαντα ἀνα-
πνοὴν ἔχον εἰς τὴν θάλασσαν, ἐκεῖσε διημερεύειν, φεύγοντα τὸν
ὄχλον· ὅθεν καὶ ἐκ θαλάσσης λαμβάνει τὰς [14]) πλείους τῶν
ιβ ὁμοιώσεων. Σκυθρωπὸς δὲ ἦ σύννους καὶ αὐστηρὸς ἐφαίνετο
καὶ μισογέλως καὶ ἰσογροίης [15]) καθὰ καὶ Ἀριστοφάνης αὐτὸν
ιγ αἰτιᾶται· στρυφνὸς ἔμοιγε [16]) προςειπεῖν Εὐριπίδης. Λέγουσι
δὲ αὐτὸν γήμαντα τὴν Μνησιλόχου θυγατέρα Χοιρίλλην, καὶ
νοήσαντα τὴν ἀκολασίαν αὐτῆς, γράψαι πρώτων [17]) τὸ δρᾶμα
τὸν Ἱππόλυτον, ἐν ᾧ τὴν ἀναισχυντίαν ἐθριάμβευε [18]) τῶν γυ-
ιδ ναικῶν· ἔπειτα δὲ αὐτὴν ἀποπέμψασθαι. Λέγοντος δὲ τοῦ
γήμαντος αὐτὴν, σωφρονεῖ [19]) παρ' ἐμοί· δύστηνος εἶ, ἔφη,
εἰ γυναῖκα δοκεῖς παρ' ᾧ μὲν αὐτὴν [20]) σωφρονεῖν, παρ' ᾧ
δὲ μή. Ἐπιγῆμαι δὲ αὐτὸν δευτέραν, ἣν εὑρὼν ἀκολαστοτέραν,
προχειροτέρως εἰς τὴν κατὰ τῶν γυναικῶν βλασφημίαν ἐθρασύ-
ιε νετο. Αἱ δὲ γυναῖκες ἐβουλήθησαν αὐτὸν κτεῖναι, εἰςελθοῦσαι
ις εἰς τὸ σπήλαιον, ἐν ᾧ γράφων διετέλει. Διαβάλλεται δὲ ὑπὸ
φθόνου, ὡς τὸν Κηφισοφῶντα εἶχε συμπονοῦντα αὐτῷ τὰς

---

10) His meliora apud Elmsl. leguntur: νεώτερον δὲ Εὐριπίδην, ὃς ἐδίδαξε.
11) Cod. hos numeros iunxit sub uno accentu.
12) In his elegis legendum est e Thoma Magistro et editione Elmsleii ἅπασ' — Μακεδών· ἡ γὰρ — πατρὶς δ' Ἑλλάδος Ἑλλὰς, Ἀθῆναι· πλεῖστα δὲ —
13) Cfr. A. Gell. XV. 20.
14) Cod. τοὺς.
15) Forsan legendum ἰσόχρους, vel potius e Moschopulo μισογύνης.
16) Conveniret ἔοικε addere ex Alexandro Aetolo ap. Gell. l. c.
17) F. leg. πρώτως vel πρῶτον.
18) Cod. ἐθριάβευε.
19) Cod. σωφρονεῖν.
20) F. delendum αὐτὴν.

τραγῳδίας. Λέγει δὲ καὶ Ἕρμιππος*), Διονύσιον τὸν Σικελ τύραννον, μετὰ τὴν τελευτὴν τοῦ Εὐριπίδου τάλαντον τοῖς κλ ρονόμοις ἐκπέμψαντα, λαβεῖν τὸ ψαλτήριον καὶ τὴν δέλτον κ τὸ γραφεῖον· ἅπερ ἰδὼν**) κελεῦσαι τοὺς φέροντας ἐν τῷ Μο σῶν ἱερῷ ἀναθεῖναι, ἐπιγράψαντα τοῖς αὐτοῦ Εὐριπίδου ὀν μασι. Διὸ καὶ ξενοφιλώτατον κεκλῆσθαι φησὶ, διὰ τὸ μάλισ ὑπὸ ξένων φιλεῖσθαι· ὑπὸ γὰρ Ἀθηναίων ἐφθονεῖτο. Μειρ κίου δέ τινος ἀπαιδευτοτέρου στόμα δυσῶδες ἔχειν ὑπὸ φθόν αὐτὸν εἰπόντος,[21]) εὐφήμει, ἔφη,[22]) μέλιτος καὶ σειρήνων [2] γλυκύτερον στόμα. Ἔσκωπτε δὲ τὰς γυναῖκας διὰ τῶν ποιημ των δι' αἰτίαν τοιάνδε. εἶχεν οἰκογενὲς μειράκιον ὀνόματι Κ φισυφῶντα· πρὸς τούτῳ ἐφώρα τὴν γυναῖκα ἀτακτοῦσαν. κ τὸ μὲν πρῶτον ἀπέτρεπεν[24]) ἁμαρτάνειν· ἐπεὶ δ' οὐκ ἔπειθ κατέλιπεν αὐτὸς τὴν γυναῖκα, βουλομένου αὐτὴν ἔχειν τοῦ Κ φισοφῶντος. Οὕτω δὲ αὐτὸν καὶ Φιλήμων ἠγάπησεν, ὡς το μήσαντα αὐτὸν τοῦτο.[25])

Sequitur in codice argumentum Hecubae, quod cu alteri a Matthiaeo edito rebus consentiat, et in quibu dam deterius compositum sit, exscribendum non putav cum vero verbis non parum differat, potiorem ei enotabo diversitatem.

Ed. M. καθωρμίσθησαν	Cod. καθώρμησαν
— σφαγῆναι ἠξίου	— σφάγιον ᾔτει
— ἁλούσης	— ἀναλωθείσης
— πλοῦτον	— χρυσὸν
— φονευειν ὥρμησε	— τῦ φονεύειν τὸν παῖ
— δυστυχοῦς	ὥρμησε
— σώματος	— ὁ δύστηνος
— τὸ κλυδώνιον	— πτώματος
— ὡς θησαυροὺς	— κλύδων
	— ὡς ἵνα θησαυροὺς

Quae in praemissis Hecubae deinde leguntur de ei nomine et patre, omittere non debui; nam, ut al

*) Quod in hoc memorabili Hermippi fragmento narratur, ei a Barnesio in Vita Euripidis nulla est facta mentio.

**) F. leg. ἰδόντα, ut paullo post legitur ἐπιγράψαντα.

21) Cod. ὑπόντος.

22) Quis hoc dixit? Dionysius, an alius peregrinus?

23) Cfr. Alexander Aetolus ap. Gell. l. c. v. 5.

24) Cod. ἀπέπρεπεν.

25) De Philemone alia et saniora habet Thomas Magister.

taceam, nova quaedam et mira e Philochoro et Orphicis narrant.

Τὰ περὶ τῆς Ἑκάβης διαφόρως ἱστόρηται. Φιλόχορος γὰρ ἐν τῷ περὶ τραγῳδίας συγγράμματι γράφων, Χοιρίλλην αὐτὴν κεκλῆσθαι φησίν· [26] *ἴσως διὰ πολλοὺς παῖδας γεγεννῆσθαι αὐτῆς· ἡ χοῖρος γὰρ πολλὰ τίκτει, καὶ ἐν τοῖς Ὀρφικοῖς οἱ χοῖροι ἑκάβαι προσηγορεύοντο· οἱ δὲ λοιποὶ τῷ κυρίῳ αὐτὴν ὀνόματι προσηγόρευσαν. Πολλάκις δὲ Εὐριπίδης σχεδιάζει ἐν ταῖς γενεαλογίαις, ὡς καὶ* [27] *ἑαυτῷ ἐνίοτε ἐναντία λέγειν· καὶ νῦν Κισσέως ἔφη θυγατέρα τὴν Ἑκάβην, μετενεγκὼν* [28] *τοῦ πατρὸς Θεανοῦς· περὶ οὗ φησιν Ὅμηρος·* [29] *„Κισσεὺς τόνδ' ἔθρεψε δόμοις ἔνι τυτθὸν ἐόντα προπάτωρ (l. μητροπάτωρ), ὃς τίκτε Θεανὼ καλλιπάρῃον.“ τὸ ἑξῆς.* [30] *ἥκω Πολύδωρος, Ἑκάβης παῖς τῆς Κισσέως. — Τὸ δρᾶμα τοῦτο τὴν ταφὴν Πολυδώρου καὶ τῆς Πολυξένης τε τὴν σφαγὴν γράφει, καὶ τοῦ Πολυμήστορος ὀμμάτων δίκην, ἣν πράξας ἀντέδωκεν ἀντιμισθίαν.*

Havniae, mense Aprili 1822. *O. D. Bloch.*

XLII.

Θοός. *)

1. Von dem Adjektiv *θοός* wird, außer dem bekannten Sinne *schnell*, von den Grammatikern (s. Hesych., Etym. M. ff.) eine solche Verschiedenheit von Bedeutungen, theils im Allgemeinen, theils in Beziehung auf Homer angegeben, u. es kommt auch wirklich bei diesem Dichter in so vielen Verbindungen vor, welche einzelne jener Bedeutungen, besonders *tapfer* u. *spitzig*, begünstigen; daſs man vor allen Dingen sich erst versichern muſs, ob es denn auch jene geläufigste Bedeutung

---

26) Hoc Philochori nec fragmentum nec scripti mentio apud Siebelisium V. Cl. reperitur.

27) Omisi *ἐν* codicis ante *ἑαυτῷ*.

28) Forsan excidit *τὸ ὄνομα*.

29) H. λ. 223.

30) Hoc pertinet ad Hecubae vers. 1 — 3.

*) Aus dem zweiten, künftig erscheinenden Bande des Lexilogus von *Buttmann*.

schnell bei ihm wirklich schon habe. Diess wird indessen bald ausser Zweifel gesetzt, schon allein durch das Adv. θοῶς, das oft, u. nie in einer andern Bedeutung vorkommt, u. so denn auch durch die Verbindung θοὸν ἅρμα Il. ρ, 458. Auch würde es ein Zwang seyn, der sich besonnenen Lesern nicht empfehlen möchte, wenn man die Stelle von dem durch die Hirten verwundeten Löwen μ, 306 ἔβλητο θοῆς ἀπὸ χειρὸς ἄκοντι durch eine tapfere Hand, erklären wollte: wie es denn unbegreiflich ist, dass einige Od. θ, 38. in dem Befehle des Königs αὐτὰρ ἔπειτα θοὴν ἀλεγύνετε δαῖτα, eine δαῖτα ἀγαθὴν *) (nämlich weil θοός auch ἀγαθός, d. i. *tapfer* heisst) erkennen, oder noch einfältigere Deutungen (s. Etym. M.) versuchen konnten, da doch ein rasch u. flink besorgtes Mahl sich so natürlich darbietet.

2. Da also diess so fest steht, so müssen wir nun auch Sicherheit in die Stellen bringen, wo ein Schwanken zwischen dieser u. einer der andern angegebenen Bedeutungen durch den Zusammenhang allein auf den ersten Anblick wenigstens, nicht entschieden wird. So könnte man das Beiwort *spitz* für die *Schiffe* durch die Schiffschnäbel wol begründen; aber das θοὸν ἅρμα lässt über die θοὴ ναῦς auch keinen Zweifel zu. Auch bei der *Geißel*, Il. ρ, 430 μάςιγι θοῇ könnte man wol an ihre empfindlich treffende Spitze denken, u. wenn es Od. χ, 83 heisst ἐν δέ οἱ ἥπατι πῆξε θοὸν βέλος, so ist freilich die eindringende Spitze sehr sichtbar. Aber eben weil hier ein *Pfeil* gemeint ist, u. dort die Geissel durch ihren schnellen Schwung verwundet; keine einzige Stelle aber da ist, wo ein weniger durch Schnelligkeit regiertes Gewehr, nicht einmal das Schwert, θοόν genannt würde; so ist auch hier die Abweichung von der bekanntesten Bedeutung gänzlich verkehrt.

3. Schwieriger ist die Entscheidung über die Stellen, wo *tapfer* gut hinpasst. Den reinen Begriff *schnell* wenigstens möchte ich in dem Worte, wo es einfaches Beiwort des Ares oder eines Kriegers ist, nicht suchen, besonders in solchen Stellen wie Il. ε, 430. Ταῦτα δ' Ἄρηϊ θοῷ καὶ Ἀθήνῃ πάντα μελήσει im Gegensatz gegen die unkriegerische Afrodite; u. so denn also auch β, 758. τῶν μὲν Πρόθοος θοὸς ἡγεμόνευεν. Hier ist nur das *tapfere*, *kriegerische* in seinem allgemeinern Begriffe natürlich, aber es entwickelt sich auch sehr leicht; da ja

*) Hesych. Θοὴν ἀλεγύνετε δαῖτα, τὴν ἀγαθήν.

nicht die körperliche Schnelle allein im θοός liegt, sondern auch die Schnelligkeit im Entschluſs; u. dieser Übergang des Wortes in die Bedeutung *tapfer* erhellet aus solchen Stellen, wo ein entschlossenes Entgegnen der Gefahr durch eine beigefügte Bestimmung angedeutet wird, wie ε, 536, wo es heiſst, daſs die Troer den Aeneas

Τῖον ἐπεὶ θοὸς ἔσκε μετὰ πρώτοισι μάχεσθαι.

Wenn aber V. 571 gesagt wird

Αἰνείας δ᾽ οὐ μεῖνε θοός περ ἐὼν πολεμιστής.

u. wenn π, 494 Sargedon die Glaukos ermahnt

νῦν σε μάλα χρὴ
Αἰχμητήν τ᾽ ἔμεναι καὶ θαρσαλέον πολεμιστήν·
Νῦν τοι ἐελδέσθω πόλεμος κακός, εἰ θοός ἐσσι.

so ist jede sorgfältige Beibehaltung des gewöhnlichen Begriffes von θοός lästig, *) u. θοός heiſst geradezu *tapfer*.

4. Hier bietet sich uns die Frage dar über den Vers Il. π, 422, welcher sonst so geschrieben ward:

Αἰδὼς ὦ Λύκιοι. πόσε φεύγετε, νῦν θοοὶ ἐστε.

u. wobei nur die ziemlich gleichgültige Frage blieb, ob man die letzten drei Worte fragend nehmen sollte oder nicht. Beides gab einen scheltenden Sinn: Seyd ihr jetzt, im Fliehen, schnell? oder, mit sarkastischer Verwunderung: Jetzt seyd ihr schnell! Auf beide paſst des Eustathius Erklärung: Ὀνειδίζει δὲ ὁ λόγος τοὺς ἀνδρίζεσθαι μὲν βραδεῖς ὀξυκινήτους δὲ φεύγειν. Aber da sich das folgende γάρ nicht recht an diesen Sinn anschlieſsen wollte, so schien es besser, die Rede als Imperativ u. θοός für *tapfer* zu nehmen, welche Erklärung auch der zweite Venet. Scholiast gibt u. dabei sehr passend, wie es scheint, den erst angezogenen Vers vergleicht Νῦν τοι ἐελδέσθω πόλεμος κακός, εἰ θοός ἐσσι. Und so wird also nun geschrieben: νῦν θοοὶ ἔστε. Aber mich dünkt, was man an grammatischem Zusammenhange mit dem folgenden gewonnen hat, das hat man so im eigentlich psychologischen Zusammenhange verloren. Ist es möglich, daſs man so in Einem Athem — denn wenn etwas in Einem Athem gesprochen ist, so sind es die drei

*) An der ersteren Stelle kommt Voſs noch mit dem deutschen *rüstig* durch; aber an der zweiten übersetzt er unbedenklich „wenn du beherzt bist.“

Sätze dieses Verses, — jemand als schamlosen Flüchtling schimpfe, u. ernsthaft zu ihm sage: Itzt sey tapfer! Eben die Vergleichung jenes Verses 494 an seiner Stelle mufste diejenigen, die es nicht fühlten, lehren, dafs diefs nur eine Ermunterung des ohnedas schon tapfern u. kämpfenden Kriegers enthält. Diefs fühlte Vofs u. setzte daher das, was allein in solchem Sinne stehen konnte: Rüstig gewandt um! Nur leider dafs das nicht da steht. Heyne macht gegen die zuerst von mir angeführte Schreib- u. Erklärungsart den Einwurf, dafs θοός sonst immer nur im guten Sinne vorkomme. Allerdings; weil die Schnelligkeit wirklich eine vorzügliche Eigenschaft ist: aber eben darum ist der Sarkasmus auf den, der sie schlecht anwendet, vortrefflich u. so homerisch, dafs man ihn defswegen allein nicht fahren lassen sollte. Denn nimmt man nur für *schnell* im Deutschen das deutlicher belobende Wort: Nun seyd ihr rüstig! so fühlt jedermann das treffende in jenem Ausruf für jene Zeit, wo allerdings θοός, ποδώκης ff. allein schon ein grofses Lob enthielt. Dagegen, da nun doch der Begriff *schnell* in dem Worte θοός vorwaltet, scheint es mir widersinnig, schnellfliehenden grade diefs zuzurufen u. den Zusatz, nämlich zum *Kampf*, zum *Umwenden*, zu unterdrücken. Ich kann mich daher nicht entschliefsen, jene erste Erklärung aufzugeben: u. da die Griechen, u. besonders Homer, ihr γάρ so oft an einen Gedanken knüpfen, der in Worten nicht dasteht, so glaube ich, dafs auch hierüber die Erklärung im Eustathius befriedigt. In dem scheltenden Zurufe: Scham doch! wohin flieht ihr? Itzt seyd ihr rasch; hier liegt ja die Auffoderung zum *Umwenden* schon zugleich; an diese knüpft sich also die weitere Rede recht gut an: „denn ich selbst will itzt jenem Manne entgegen gehn" ff.

6. Aber auch die Bedeutung *spitz*, in welcher, bei spätern Dichtern, das Wort ganz entschieden auftritt — Apollon. 3, 1281 θοῶν ἔμπλειον ὀδόντων 1, 79. θοοῖς γόμφοις, 4, 1683. πελέκεσσιν — ist jener ältesten Sprache nicht abzusprechen. Denn einestheils setzt das Verbum θοῶσαι, das Od. ι, 327 steht, wo Odysseus den grofsen Ast zuspitzt: ἐγὼ δ' ἐθόωσα παραστὰς Ἄκρον, das Stammwort θοός schon als ein altes voraus; u. anderntheils gibt die bekannte Stelle Od. ο, 299. von Telemachos im Schiffe:

ἔνθεν δ' αὖ νήσοισιν ἐπιπροέηκε θοῇσιν.

diesen Sinn aufs sicherste zu erkennen, während an

eine Anwendung einer der beiden andren Bedeutungen gar nicht gedacht werden kann. Es ist dort von der Rückreise des Telemachos nach Ithaka die Rede; auf welcher er längs der Küste der Echeier nach den so bezeichneten Inseln kommt. Hier ist also die Lage der *Echinaden* so bestimmt angegeben, dafs auch noch niemand sie hat verkennen können. Strabo sagt nun im 8. Buche p. 350, 351. wo er diesen Rückweg verfolgt: Θοὰς δ' εἴρηκε τὰς ὀξείας· τῶν Ἐχινάδων δ' εἰσὶν αὗται: u. im 10. Buche p. 458 von den Echinaden handelnd sagt er: ὧν τό, τε Δουλίχιόν ἐςι, καλοῦσι δὲ νῦν Δολίχαν, καὶ αἱ Ὀξεῖαι καλούμεναι, ἃς ὁ ποιητὴς Θοὰς εἶπεν. Hier sieht man deutlich, dafs so wie der Name Dolicha, durch welchen man sich verleiten liefs, Dulichium unter den Echinaden zu suchen, so auch Ὀξεῖαι ein wirklich gangbarer Name eines Theils dieser Inseln war. Von diesen aber war die Deutung auf jene homerischen Inseln auch durch die Lage gewifs. Man sieht überdiefs deutlich, wie auch der Name Ἐχῖναι, Ἐχινάδες mit jenem Ὀξεῖαι übereinkommt. Nämlich diese durch den Ausflufs des Achelous gebildeten Inseln lagen um denselben her, u. streckten folglich eine Menge Spitzen, wie sie durch ausströmende Wasser nothwendig sich bilden, nach aufsen hin. Diefs machte das Bild eines *Igels;* u. die äufsersten Inseln hiefsen mit Recht ὀξεῖαι oder nach einem ältern Synonym dieses Worts, θοαί. So erhellt nun auch, wie es kommt, dafs bei Homer an dieser Stelle allein θοός mit der Bedeutung *spitz* vorkommt. Nehmlich diefs ist nicht ein von ihm diesen Inseln gegebenes Beiwort, sondern, wie auch der ganze Zusammenhang zeigt, ein Eigenname. Das Adj. θοός *spitz* war in Homer's geläufiger Mundart nicht, sondern nur noch, wie ja diefs häufig in den Sprachen erscheint, eine Ableitung davon, das Verbum θοῶσαι, u. der Eigenname jener Inseln. Bei andern Dichtern kann es auch als gewöhnlicher Ausdruck sich erhalten haben; u. so ist es nicht eben nöthig, dafs wir des Apollonius oben berührten Gebrauch aus Mifsverstand des Homerischen herleiten.

6. Durch diese Gewifsheit aber, dafs θοός schon in der ältesten Sprache *spitzig* geheifsen, thut sich, mir wenigstens, ein merkwürdiges Beispiel auf von Unsicherheit einer sehr sicher scheinenden Etymologie. Θοός *geschwind* hat man von jeher von θέω, womit es dem Sinne u. dem Buchstaben nach übereinkommt, abgeleitet. Aber θοός *spitz* kann schwerlich weder selbst von θεῖν *laufen*, herkommen, noch von dem Begriffe *schnell*,

als älterem ausgehn. Vielmehr ist die Analogie von ὀξύς das ebenfalls in den Begriff des schnellen u. leicht beweglichen übergeht, ganz dafür, dafs auch hier *spitz* die Grundbedeutung sey, u. folglich von einer andern Wurzel als θεῖν ausgehe. *)

7. Aber nun ist noch die schwierigste Frage übrig, in welchem Sinne die *Nacht* bei Homer, bei ihm allein so viel ich weifs, das Beiwort θοή hat. Die Stellen sind folgende. Il. κ, 394. 468. ω, 366. 653. steht

θοὴν διὰ νύκτα μέλαιναν.

verbunden theils mit ἰέναι, theils mit ἰδεῖν τινα, von jemand, der in dunkler Nacht wohin geht, oder einen andern gehn sieht. Und so klagen Od. μ, 284. Odysseus Gefährten, dafs er sie nicht landen lasse,

Ἀλλ' αὔτως διὰ νύκτα θοὴν ἀλάλησθαι ἄνωγας.

Ferner Il. μ, 463. stürmt Hektor in das Griech. Lager

Νυκτὶ θοῇ ἀτάλαντος ὑπώπια· λάμπε δὲ χαλκῷ
Σμερδαλέῳ.

Endlich ξ, 261. war der Schlafgott aus Furcht vor Zeus zur Nacht geflohen, u. jener läfst von ihm ab, wobei als Ursache angeführt wird,

Ἅζετο γὰρ μὴ Νυκτὶ θοῇ ἀποθύμια ἕρδοι.

8. Es hat nicht an Erklärern gefehlt, welche sich an den einfachen buchstäblichen Sinn des Wortes hielten u. das wieder gaben, was sie zu finden glaubten, nämlich die Nacht heifse θοή, weil sie so schnell ankäme. Aber diese scheinen mit ihren Sinnen im Streit zu seyn, da der mähliche Übergang von Tag in Nacht eine alltägliche Naturerscheinung ist. Und eben so wenig Glück machten die, welche das Wort auf die Flügel deuteten, welche die Nacht habe; denn dieses ist natürlich nur ein andrer Vortrag der vorigen Sache. Andere gaben daher die Sache auf u. strebten nach einer Wahrheit der Empfindung, indem sie den Ausdruck durch eie Schnelligkeit begründeten, womit die Nacht, ein Vergleich mit dem Tage, uns vermöge des Schlafs zu vergehn *scheine*. Endlich gab es auch Erklärer, die es mit der Bedeutung *spitz* versuchten, u. diese kamen auf eine Erklärung, die wirklich merkwürdig ist, weil sie mathematisch wahr ist. Die Nacht ist spitz. Jeder

*) Verwandt wenigstens damit ist ohne Zweifel das Verbum θήγειν, wodurch es mir wahrscheinlich wird, dafs auch das Wort ταχύς, θάσσων von demselben Begriffe ursprünglich ausgeht.

dunkle Körper (so trägt Heraklides diese Erklärung vor in Alleg. Hom. 45.), der von einem gröſsern Körper beschienen wird, wirft auf die andre Seite nothwendig einen spitz zu gehenden Schatten; die von der gröſsern Sonne beschienene Erde also namentlich wirft einen konischen Schatten in den Weltraum. Die Nacht ist aber ausgemachtermaſsen weiter nichts als dieser Erdschatten; also ist die Nacht spitz. — Es ist übrigens bemerkenswerth, wie weit man mit der Bemerkung, daſs etwas ein Epith. perpetuum sey, zu schalten glaubte, da, abgesehn von dem übrigen Werth dieser Erklärungen, auch nicht eine derselben einem vernünftigen Dichter in den Sinn kommen konnte, in dem Zusammenhange ἰέναι oder ἰδεῖν θοὴν διὰ νύκτα μέλαιναν. — Sehr verzeihlich war es aber bei diesen Schwierigkeiten, daſs manche auch darauf verfielen, für diese eine Verbindung, eine Bedeutung von θοή anzunehmen, die von den übrigen in der Wurzel schon verschieden u. auſserdem ganz veraltet gewesen sey. Und so riethen denn einige auf die Wurzel θεός, so daſs es einerlei wäre mit θεῖος, andre auf θέω, τίθημι, u. erklärten es durch θετικός, ἑδραῖος, was auf die Nacht passen soll, bald weil sie uns zur Ruhe bringe, bald weil sie selbst unbeweglich (also grade das Gegentheil von dem prosaischen θοός) sey. *) Lauter Versuche, welche fest beweisen, daſs man an einer vernünftigen Erklärung verzweifelte.

9. So oft ich auch schon über alle angeführte Erklärungen für mich selbst das Verwerfungs - Urtheil aussprach, fühlte ich in Absicht der ersten immer eine kleine Zurückhaltung in mir. Etwas Wahres schien mir für die Empfindung doch darin zu liegen. Nichts ist gewöhnlicher als die Rede, daſs einen Arbeitenden, einen Wandrer die Nacht überrascht habe, während vom Tage dasselbe nur in sehr bestimmten Fällen vorkommt, die noch dazu meist nicht gern gestanden werden. Auch so dargestellt, wie es Heraklides a. a. O. thut (wiewohl ihm die Erklärung vom spitzen Schatten besser gefällt,) hat die Sache etwas, dem man sich nicht ganz verweigern kann. Die Nacht, sagt er, folgt dem Laufe der Sonne, u. jeder von dieser verlassene Ort wird sogleich von ihr geschwärzt, was ja auch Homer selbst andeute, wenn er anderswo sage, daſs das Licht der Sonne untergehe.

*) S. Schol. u. Eust. ad Il. κ, 394 u. Etym. M. in v.

ἦλθον νύκτα μέλαιναν ἐπὶ ζείδωρον ἄρουραν.

Kurz die Nacht erscheint wie ein der Sonne auf dem Fuſse nachfolgendes u. alles, was diese verläſst, sogleich ergreifendes Wesen.

10. Nur das glaube ich nicht, daſs θοός hier ganz den *reinen*, *einfachen* Begriff der Schnelligkeit hat, sondern er ist gemischt mit daraus entstehenden Nebenbegriffen, ganz wie wir es in den oben erwähnten Gebrauchsarten, u. besonders beim Ares gesehen haben. Rasch ist die Nacht, dabei unwiderstehlich u. unaufhaltsam hinter der Sonne her, u., was sich ebenfalls schon bei dem Begriff eines unaufhaltsam eindringenden Kriegers zumengt, sie ist *verderblich* u. *feindselig*. Gehn wir nochmals auf das Wort ὀξύς zurück, um auch diesen Begriff daraus zu entwickeln. Doch ergibt sich von selbst, wenn man sich besonders vor Augen hält, daſs ja auch Ares ὀξύς heiſst in den Redensarten *μίμνομεν ὀξὺν Ἄρηα*, *ἐγείρομεν ὀξὺν Ἄρηα*, u. *τῶν νῦν αἷμα κελαινὸν — ἐσκέδασ᾽ ὀξὺς Ἄρης* u. bei Pindar (Ol. 2, 73) die rächende Erinnys ὀξεῖ᾽ Ἐρινύς. Nehmlich das *schnell zum Zorn*, zur feindseligen Handlung übergehende, dieses *schnelle Gefahr* bringende (daher auch ὀξεῖα νόσος) ward von jeher mit einer schnell entscheidenden Spitze oder Schärfe verglichen; u. so bedeutet ὀξύς das, was wir im Deutschen durch *jäh* ausdrücken. Eben diesen Begriff sind wir also berechtigt, auch in θοός zu suchen, wenn Ares u. wenn Tod bringende Krieger dieſs Beiwort führen. Nun haben wir zwar in diesem Falle bereits den Begriff der Tapferkeit hinein gelegt; aber eine solche Mehrfachheit der Beziehungen zur Begründung Eines Beiwortes, die jedoch meist nur für unsern Sinn mehrfach ist, bietet sich vielfältig in den Sprachen dar. So bezeichnet z. B. das Lat. fortis, welches von dem Begriffe der Stärke im allgemeinen ausgeht, ganz bestimmt den der Tapferkeit u. des Muthes; aber zugleich geht es durch den eines männlichen festen Charakters auf den ganz alltäglichen Begriff *rechtschaffen*, *brav* über, u. vir fortis ist die belobende Benennung eines ganz gewöhnlichen Mannes in friedlichen u. geselligen Verhältnissen. Wird nun ein Mann, der sich in Krieg u. Frieden als vir fortis bezeigte so genannt, so können wir, bei denen sich kein analoges Wort ganz ebenso gespalten hat, einen Augenblick zweifeln, in welcher Beziehung es zu nehmen sey: aber das Wahre ist, daſs das Wort, so wie es von einem gemeinschaftlichen Begriffe ausgeht, vielfältig auch wieder bei einzelnen Ge-

genständen in einen Gesammtbegriff verschmilzt, der dem, in dessen Muttersprache das Wort ist, keineswegs als Doppeldeutung sondern als eine völlige Einheit erscheint. So haben wir also für *θοός* erst aus dem Begriffe des schnellen, jederzeit bereiten, rüstigen Kriegers die Tapferkeit u. itzt aus dem des schnellen, jähen, reizbaren Charakters die Feindseligkeit entwickelt. Im Ares schmilzt beides am fühlbarsten zusammen, aber furchtbar, schrecklich ist ein Begriff, der ihm u. der Nacht, wenn beide *θοοί* genannt werden, gemein ist. Und hätten wir keine andre Stellen als einerseits *θοῷ ἀτάλαντος Ἄρηϊ*, u. anderseits *Νυκτὶ θοῇ ἀτάλαντος ὑπώπια*, so würde man wol gewifs von jeher auf diese Darstellung gekommen seyn: wie denn *δεινή* wirklich unter den Erklärungen der Grammatiker von *θοὴ νύξ* (s. Hesych.) steht. Denn man sehe nur, mit welchen Beiwörtern die Nacht auch sonst vorkommt. Nicht blofs wenn von einer bestimmten unglücklichen oder unfreundlichen Nacht die Rede ist, sondern auch als festes Natur-Beiwort der Nacht, lesen wir Il. *κ*, 188 von den Wächtern, denen kein Schlaf in die Augen kam, *Νύκτα φυλασσομένοισι κακὴν*: u. von den Kimmeriern wird, weil dort immer Nacht ist, Od. *λ*, 19. gesagt *Ἀλλ' ἐπὶ νὺξ ὀλοὴ τέταται δειλοῖσι βροτοῖσιν*. Und ist es nicht die Furchtbarkeit, das Schrecknifs der Nacht, welches Od. *λ*, 606 die Vergleichung mit ihr begründet für den Herakles in der Unterwelt? vor welchem alle Schatten erschrecken: *ὁ δ' ἐρεμνῇ νυκτὶ ἐοικὼς Γυμνὸν τόξον ἔχων κ. τ. ἑ.*, u. so denn auch in den Worten Il. *μ*, 463 von dem einherstürmenden Hektor: *ὁ δ' ἄρ' ἔσθορε φαίδιμος Ἕκτωρ Νυκτὶ θοῇ ἀτάλαντος ὑπώπια.*

11. Ich übersetze also *θοὴ νύξ* durch die *jähe Nacht*, u. ist diefs einmal für das homerische Beiwort gestempelt, so wird es gewifs stets verständlich u. ausdrucksvoll für den Hörer seyn. Die Nacht ist keines Menschen Freund, sagt unser Sprüchwort: die Gefahren, welche dem nächtlichen Wandrer drohen, gestalten sich in eine feindliche, leicht reizbare, jähe Göttin. Ja selbst die übrigen Götter müssen vor ihr, welche Il. *ξ*, 259. *θεῶν δμήτειρα καὶ ἀνδρῶν* ist, sich scheuen; u. so lässt also ebendaselbst sogar Zeus in seinem heftigen Zorne sich abhalten *νυκτὶ θοῇ ἀποθύμια* zu thun. Aber eben so natürlich ist das Beiwort für die nicht personificirte Nacht: denn so wie *ὀξεῖς καιροί* *gefährliche* Zeiten bedeuten, so kann auch durch *θοή*, die jähe Ge-

fahr angedeutet werden, welche den Menschen drohen, die da gehen θοὴν διὰ νύκτα μέλαιναν.

12. Was sonst noch für Zweifel über das so allein dazustehn scheinende θοή in dieser Verbindung sich noch erheben möchten, die lösen sich, denke ich, vollkommen durch die Erwägung der Natur der Beiwörter in der alten Sprache überhaupt u. der Dichtersprache insbesondere. Daſs θοός lange vor Homer wirklich und eigentlich *spitz* hieſs, das haben wir mit völliger Gewiſsheit gesehn. Die gangbarer gewordene Bedeutung *schnell* hatte bei Homer schon jene ältere in den gewöhnlichen Verbindungen verdrängt. Aber während ein Wort oder ein gewisser Gebrauch eines Wortes sich allmählig aus der Sprache verliert, bleibt er am längsten in den festen Beiwörtern, theils wo sie die Natur eines Eigennamens angenommen haben, wie in Θοαὶ νῆσοι, theils wo sie fast sprüchwörtlich, oder doch dem epischen Versbau geläufig u. bequem geworden waren; und so blieb also bei Homer noch die auſserdem ungeläufig gewordene Bedeutung von θοός in θοὴ νύξ gerade wie das ganz auſser Gebrauch gekommene Wort κρατὺς als Beiwort des Hermes.

XLIII.

Hieron. Lagomarsinii notae grammaticae et criticae ad *Gratiani* epistolas.*)

Vol. I. p. 11. Guido - - per maritimam oram *ducens*,] Ita est in autographo; nec verendum de menda. *Ducere* dicuntur exercituum ductores, qualis Guido fuit, iter quum habent. Liv. I, 23.

p. 72. et non absurde *Graeco nescio cui* obiectum] Themistocles is fuit, auctore Catone ap. Cicer. lib. de Senect. c. 8. (al. 3.) cuius illa sunt: „Themistocles fertur Seriphio cuidam in iurgio respondisse, cum ille dixisset, non eum sua, sed patriae gloria splendorem assecutum: Nec hercule, inquit, si ego Seriphius es-

*) *Antonii Mariae Gratiani* de Scriptis invita Minerva. Libri XX. nunc primum editi c. annotatione *Hieron. Lagomarsini* e Soc. Iesu. Vol. I. Flor. MDCCXLV. Vol. II. MDCCXLVI. 4.

sem, nobilis; nec tu, si Atheniensis esses, clarus unquam fuisses." Quem quidem locum ita edidi, ut est in Lugdunobatavo Gronovianae, anni 1692. editionis exemplari, non quemadmodum sum ego in mea, quam iampridem adorno, editione, ex Mss. probatissimorum fide, vulgaturus.

p. 99. fuisse *aperturos*] In autographo *aperituros* [ut T. II. p. 232. *experiturum*, quod, minime latinum ducens, emendavi] legitur; et quoties in hoc opere id participium occurrit [T. II. p. 235.], haud alia inflexione occurrit. Librarii peccatum, ab auctore minime animadversum, existimans, eo modo correxi, quo semper apud Latinos veteres legere memini. Utinam Iacobum Facciolatum meum liceret mihi nunc per intervalla regionum convenire, eumque tamquam quoddam universae Latinitatis oraculum hac super re consulere! Nae ille me, in ea non nihil, ob Gratiani auctoritatem, incertum, responso sententiaque sua certum dimitteret.

p. 121. ut, eo sublato, *vacuam* sibi ac scelestis nuptiis adultaram faceret.] De loco, non de persona, sic loqui Latinos veteres memini. Cic. in Catil. I. c. 14. ed. Venet. an. 1557. „Cum, morte superioris uxoris, novis nuptiis domum vacuam fecisses." In quem locum Muretus, manu sua scriptis apud me adnotationibus: „Liber, *inquit*, vetus *vacuefecisses*: ἴδιος *vacue effecisses*. Sed illud superius rectum. Macrob. Mihi in caena vacuefecisti locum. Lucret. lib. 5. Multusque vacuefit In medio locus. Ubi vulgo male *vacescit*. et infra: Unde vacuefit Cunque locus. etc."

p. 126. ut neque ad sublevandam aciem *conspicillis* unquam sit usa,] Rebus novis nova esse imponenda vocabula, non uno loco Cicero docuit, idque ipse saepe fecit. Quod minime ignorans Gratianus et alia alibi, ut *bombardas*, *sclopos*, *sclopetarios* etc. et hic *conspicilla* usurpavit, sic a *conspiciendo* vitreas orbiculatas lamellas illas appellans, quibus adhibitis hebes oculorum acies acuitur in videndo atque adiuvatur. Alii ab eodem etymo *conspicilia*, alii ab simili *perspicilia*, alii ab oculis, quibus eae admoventur, *ocularia* dixere. (Nam qui *specilla* etiam dici putant posse, idque Plinii auctoritate confirmant lib. 7. cap. 63. „C. Iulius medicus dum inungit, *specillum* per oculum trahens:" nae illi, *specillum* chirurgicum quoddam esse instrumentum ad vulnerum aut abscessuum profunditatem explorandam, ad aliosque similes usus, videntur ignorare.) — —

p. 128. *cassidis buccularn*] Contra autographum, in quo est *bacculam*, edo *bucculam*. Est autem *buccula* pars ea cassidis, qua buccae seu genae conteguntur. Iuven. sat. X. v. 133. „Lorica, et fracta de casside buccula pendens.“

p. 148. *Italiam* potitus] Sic loqui maluit, auctores bonos Corn. Nepotem et Lucretium sequutus.

p. 149. *totius regni* est potitus] Etsi *potiri rerum* latine dici sciam, tamen, an aeque latine *potiri regni* dicatur, nescio.

p. 155. oceanum ipsum, *quod*] Neutrum *oceani* genus suspectum latine loqui volentibus semper fuit. Scribi fortasse *quo* non *quod* Gratianus voluit.

p. 166. in novem regna *partitur*.] *Partire* pro *partiri* veteres etiam Latini dixere.

p. 167. *increpasset*] Mallem *increpuisset*, si autographum sineret.

p. 181. *Cloelia*] De qua re Virgil. Aen. lib. VIII. Vetustissimum Virgilii exemplar in Mediceo-Laurentiana adservatum ita habet versiculum quintum: *Aspiceres, pontem auderet quia vellere Cocles*, non ut vulgati fere libri: „Adspiceres, pontem auderet quod vellere Cocles.“

p. 182. stabula, *quis* .. accipiebantur.] Pro *queis*, (ut et p. 347.) non inusitate.

p. 196. *innumeris* prope regnis] Nihil esset, cur lectorem detinerem hoc loco, nisi hae ipsa voce *innumeris* admonerer, ut diligentiae ac prope religionis, quam in latina scriptione M. Anton. Muretus adhibebat, argumentum quoddam, haud scio an ulli auditum aut cognitum, proferrem. Est apud me Philippicarum Ciceronis exemplar, Parisiis an. 1562. editum, hoc titulo: „M. Tullii Ciceronis Philippicae, a M. Anton. Mureto ad optimum et vetustissimum exemplar tam multis locis emendatae, ut nunc primum editae videri queant. Eiusdem Mureti in easdem scholia ad Adr. Turnebum.“ Fuit hoc, de quo commemorare coepi, exemplar ipsius Mureti κτῆμα: quod deinde ad Collegii Romani S. I. bibliothecam, cum reliquis eiusdem Mureti libris, hereditate pervenit: unde mihi, in meae Ciceronis omnium operum editionis usum, ab Cl. V. Horatio Burgundio S. I. meo olim in mathematicis disciplinis magistro, eiusdem Collegii tum Rectore, summa cum humanitate transmissum est. In hoc igitur exemplari doctissimas adnotationes sua ipse manu Muretus marginibus identidem inscripsit, a nobis in nostris commentariis, ad

Philippicarum editionem quum venerimus, prodendas; multaque, sive in Ciceronis verborum contextu, sive in suis scholiis, posterioribus, quae sapientiores fere esse dicuntur, cogitationibus emendavit. Vocem quidem *innumeri*, qua de agere coeperamus, bis induxit: semel in epistola ad Adrianum Turnebum nuncupatoria, iterum in scholiorum inscriptione, utrobique *innumerabiles* supponens; non, puto, quod latinam priorem illam vocem omnino non duceret (sciebat enim Virgilianum esse lib. VI. Aeneid. vers. 706. *Hunc circum innumerae gentes populique volabant*;) sed quod minime Ciceronianam homo Ciceroni addictissimus animadverterat. Nam, quod locus ille ex lib. II. de Orat. cap. 22. a nonnullis afferri poterat: *cuius e ludo, tamquam ex equo Troiano, innumeri principes exierunt*: nihil eiusmodi auctoritate commoveri debebat. Discere enim a Petro Victorio lib. XV. iii. cap. 5. Var. Lect. potuerat, non *innumeri*, sed *meri*, ex optimorum veterum codd. consensu, ibi esse legendum: nec vero alium Ciceronis locum, quo suum illud *innumeri* tueretur, usquam reperiebat. Sed Gratianus, libertate quadam sua, certe non reprehendenda, usus, ab eadem voce, satis latina, etsi non admodum Ciceroniana, et hoc loco et alibi non sibi abstinendum, homo caeteroquin in primis Ciceronianus, existimavit.

p. 212. quae belli *vis* non abstulit,] Si autographi scripturam sequi voluissem, non *vis*, sed *ius* edere certe debuissem. Librariorum, praesertim vetustiorum, consuetudo, sive nulla punctula litterae iotae, sive non superne ad perpendiculumque inscribentium, incredibilem in Mss. codices perversitatem importavit. Id in Ciceronis potissimum oratione pro A. Caecina contigisse, nostri ad eam commentarii non uno in loco docebunt.

p. 223. *mare* .. traiecerunt] Lectionem autographi retinui, quum viderem veteres etiam Latinos a *mare* pro *mari* non abhorruisse. Omisso Plauto in Rudente actu 4. sc. 3. v. 42. *Dicant in mare communi captos*: quod is locus controversus esse possit: Ovidium auctorem habeo lib. 5. Trist. eleg. 2. v. 20. „Exiguum pleno de mare demat aquae.“ Et lib. 4. de Ponto eleg. 6. v. 46. „In caput Euxino de mare vertet iter.“ Denique de arte am. lib. 3. v. 94. „Quisve cavo vastas in mare servet aquas.“

p. 232. et Maeandro amne, ita se crebris flexibus

retorquente, ut saepe relabi retro videatur.] Ovid. in Heroid. epist. Deian.:

> Maeander toties, qui terris errat in jsdem,
> Qui lapsas in se saepe retorquet aquas.

Itinerum abages ac diverticula, quae rediens ex Macedonia Piso sequutus fuerat, *Maeandros* μεταφορικῶς appellavit Cicero in oratione contra eum cap. 53. (al. 22.) „Quos tum Maeandros, dum omnes solitudines persequeris, quae diverticula flexiones quaesisti?" Non recte, ut arbitror, eandem vocem quidam ita interpretati sunt, ut dicerent, *Maeandros* esse, *vafra et obliqua consilia*. De quo plura in nostris Commentariis.

p. 241. Atque *hic* finis] Virg. lib. II. Aen. v. 554. „Haec finis Priami fatorum." Atque haec est lectio vetustissimi Mediceo-Laurentiani codicis.

p. 280. loco, quem hostes] Dormitanti sive Gratiano, sive librario exciderat *quod hostes*. Reposui *quem hostes*. Contra in libro I. pag. 19 autographum exhibet *hunc quoque iugum*: ubi *hoc q. i.* emendavi. Magni etiam scriptores, homines sunt. Paullus ipse Manutius in Commentario Orationis pro Caecina p. 794. ed. Colon. Agripp. an. 1579. nonne scripsit: *ad eum enim verbum .. referuntur..*? Ajo, vix unum aut alterum ex recentioribus reperiri, cui non tale aliquid aliquando exciderit. Habeo exempla: quae proferrem, nisi indoctorum secordiam doctorum hominum auctoritate corroborari nollem.

p. 283. Turcae ... adversus nos *movent*.] *Moveri*, nullius vocabuli adiuncto casu, non modo latinum, sed etiam Ciceronianum est. Cic. ad Att. l. 9. ep. I. „Postquam ille (*Pompeius*) Canusio moverat." Casus aliquando addi, vulgatum est. Idem I. de Divin. cap. 77. „Cum Arretium versus castra movisset." Iuvenal. Sat. 8. v. 11. „Si dormire incipis ortu Luciferi, quo signa duces et castra movebant." *Moveri* autem loco quid sit apud eundem Ciceronem orat. II. in Catil. cap. 1. non aeque vulgatum, et mihi certe cum Mureto de loci illius „Loco ille motus est, cum est ex urbe depulsus." interpretatione non convenit. Quam quidem controversiam quoniam semel attigimus, sane, sed breviter, explicemus. *Loco motus:* „id est, inquit Muretus, *de statu deiectus*. Quem enim locum sibi quisque ad dimicandum cepit, is et a Graecis στάσις, et a Latinis *status* dicitur etc." Vult igitur Muretus, militiae similitudinem sequutum Ciceronem, *loco motum* de Catilina di-

xisse, tanquam de milite, qui, in pugnando, adversarii in se irruentis impetum minime sustinens, loco, in quo primum institerat, non tenuerit, retroque cesserit. Sed mihi aliter videtur. Non enim Cicero de ulla cum Catilina inita iam pugna, sed de bello, cum eo, ex urbe iam pulso, suscipiendo commemorat. „Loco, *inquit*, ille motus est, cum est ex urbe depulsus. Palam iam cum hoste, nullo impediente, bellum iustum gerenius." Nisi *loco motus* Catilina ante fuisset, cum eo geri iustum bellum nequaquam poterat. Cur? quia cum cive nullum iustum est bellum. Prius igitur *loco moveri*, hoc est, civitatis locum iusque civis amittere Catilinam, fierique seu declarari hostem oportuit, quam bellum iustum cum eo suscipi posset. Infra cap. 3. „Rem huc deduxi, ut tum palam pugnare possetis, cum hostem aperte videretis." Quamdiu in urbe Catilina fuit, pro cive se gerebat, quum a Cicerone in Manliana castra invitatus ex urbe abiit, excessit, evasit, erupit, ad Manlium properans, tum civis se iure abdicavit, patriaeque hostem professus iusta in se Romanorum arma provocavit. *Locum* autem dici eum, quem quisque in civitate tenet, ordinem numerumque, omnes sciunt. unde illa *nobili*, *summo* etc. contraque *obscuro*, *infimo* etc. loco natus. *Loco* vero *moveri* ita dictum est, quemadmodum *movere tribu*. Cicero Lib. II. de orat. cap. 272. Livius lib. 63. cap. 62. et *movere senatu* idem Cic. pro Cluent. c. 122. dixit.

p. 328. *boum*] Quum de latinitate vocis *bovum*, quam reperi in autographo, dubitarem, *boum* rescripsi.

p. 333. *reptantem*] *Reptare* pro lente ac segniter agere, latinum esse sciunt, qui latine non nesciunt.

p. 353. bona Byzantio *suppetunt*] *Suppetunt*, activorum ratione elatum, nescio an sit satis latinum.

p. 364. *Subnixi*] Hoc est *elati*. Cic. I. de Orat. c. 246. (al. 58.) „Quae (iuris civilis scientia) quam sit facilis, illi viderint, qui eius artis arrogantia, quasi difficillima sit, ita subnixi ambulant."

Vol. II. p. 3. erudiendi gratia] *Ut eruditetur*, non *ut erudiret*. Rarum, et, ut arbitror, solius Iustini lib. 17. „Athenas quoque, erudiendi gratia, missus."

p. 27. Ad formam] Recte Ovidius *de Medicamine faciei* praecipit:

Prima sit in vobis morum tutela. Puellae,
Ingenio faciem conciliante, placent.

Ubi, qui *facile*, non *faciem*, legunt, neque sententiae, neque metri rationem satis considerare videntur.

p. 72. necesque] *Neces* pro *nex* vix Quintiliani auctoritas in Declam. 8. tueri possit.

p. 84. cooptantur] In utroque exemplari legitur *coaptantur*: quod quidem verbum, ita scriptum, legere me saepissime in vetustis Mss. codd. memini.

p. 91. dum quisque .. conantur.] Ex utriusque exemplaris *quique* feci *quisque*; cui quidem collectivo, ut Grammatici loquuntur, nomini, nequaquam consequens verbum *conantur* repugnat. Virg. Aen. lib. VI. „Quisque *suos* patimur manus."

p. 99. octuaginta] Perpetuo ita scripta ab Gratiano haec vox reperitur: egoque ita scriptam in vetustis Ciceronis Mss. codd., quos plurimos vidi, frequentius, quam *octoginta* [quod unum quidam Grammaticorum probant] reperiri testificor.

p. 107. quam *sui* sunt] *Suos* dixit, hoc est, proprios.

p. 109. compotandi] *Compotare* suspectae latinitatis verbum. [ad p. 162.: Qui unam Veterum auctoritatem atque usum in latino sermone, non autem analogiam, sequuntur, verbo *compotare* solent abstinere.]

19) Siehe Grundtvigs *Nordische Mythologie.* — Saufen und Balgen war die Losung unserer Vorfahren. Friedliche Menschen wurden als Faulenzer angesehen u. Alle, welche nicht vor dem Schwerdte, sondern vor Alter u. an Krankheit starben, nach Hel, das ist, der Hölle verwiesen. Der Nordländer kannte nicht die drei liebenswürdigen Schwestern, Reichthum, Wissenschaft und Tugend, welche Töchter der Arbeit sind. Wer diese vor sich siehet, der wird sie lieb gewinnen, u. sich Mühe geben, sie von ihrer Mutter zu erhalten. Auch zeigt Münter in: *Die Odinische Religion* S. 13 u. 29, daſs der Religionsstifter bei der Bestimmung der Belohnungen u. Strafen nach diesem Leben, keine Rücksicht auf sittlichen Werth genommen habe. Und Bielfeld sagt, von Valhalla sprechend, im Thuiskon:

Die Wunde des Sieges eröffnet das eherne Thor nur.

20) in seinen *Antiquarischen*, *Historischen* ff. Notizen u. Anekdoten S. 222 ff.

21) Münter ist derselben Meinung in: *Die Odinische Religion* S. 15. Sein Recensent in der Dänischen Litteratur-Zeitung widerspricht ihm, versichernd im vollen Ernste, daſs Odin derselbe, als Budha, sey. Woher mag er das wissen? Aus *Polier*. Ein schöner Gewährsmann! Voſs hätte ihm sagen können, daſs Polier gar keine gelehrte Bildung hatte, und keine Kenntniſs

vom Sanskrit. Aber ihn kümmert diefs eben so wenig, wie jenes zu seiner Zeit in: *Neue Berliner Monatschrift für Philosophie, Litteratur u. Kunst* 2tes Heft v. J., gesprochene Wort denjenigen, welcher sich von der *Indischen Bibliothek* jüngsthin so vernehmen liefs: „Diese gewifs sehr gelehrte und gründliche Zeitschrift scheint jetzt Epoche machen zu wollen in der Kenntnifs der Europäer von jenem für uns so merkwürdigen Zweige der Litteratur.“ Derselbige gibt dem Padre *Paolino* den Beinamen des *wohl unterrichteten*, obschon er der allerunzuverlässigste ist, u. in Frankreich, England u. Deutschland für einen Pralhans, Idiot, Maulaffen und Grobian passirt. Man sehe Nyerup's Catalogus librorum sanskritanorum p. 15. Es hilft zu nichts, dafs er in der Vorrede zu einem seiner Werke sich auf meinen u. andrer Dänen Beifall beruft, weil sich Keiner von uns dieser Auszeichnung würdig gemacht hat. Ich erinnere mich noch, wie ich mit Zoega mich an einigen von diesem Pater herausgegebenen Indischen Lehrsprüchen ergötzte; aber ich habe leider! nur den einzigen behalten, welcher pour la bonne bouche hier angeführt wird: Arcam tuam posteriorem nemini monstrabis.

Die Überschätzung der Edda rührt von einem Fremden her. Si Lyra non lyrasset, Lutherus non saltasset. Sollte ein andrer Fremder den Leuten einbilden können, dafs Vedam das erste Buch in der Welt sey, was gilts? unsre Eddisten werden Vedamisten, Sanskrit rückt an die Stelle des Isländischen, u. wer an Brama u. Wischnu nicht glaubt, wird verdammt.

O imitatores, servum pecus, ut mihi saepe
Bilem, saepe iocum vestri movere tumultus!

Aber ich fürchte Indien nicht, ungeachtet so viele Bibliotheken unter der Last Indischer Schriften erliegen. Denn jetzt geht man mit dem Aufräumen um, nachdem man gefunden hat, dafs die Quintessenz der Indischen Weisheit sich auf vier alltägliche Maximen beläuft, nämlich dafs der König solle mild u. gerecht seyn, das Volk ihm unterthänig, das Weib keusch, Jedermann tugendsam. Die Quintessenz der alten Nordischen Weisheit beläuft sich nicht einmal so hoch. Siehe Mallet's Auszug.

22) S. *Nachträge zu Sulzer's allgemeiner Theorie der schönen Künste*, 7, 108.

23) Göthe sagt am oft angeführten Orte: „Was

hätte mich bewegen sollen, *Wodan* für *Jupiter*, u. *Thor* für *Mars* zu setzen, u. statt der südlichen genau umschriebenen Figuren, Nebelbilder, ja blofse Wortklänge in meine Dichtungen einzuführen?“ Der Künstler sagt, wenn *Dichtungen* mit *Kunstwerken* vertauscht werden, dasselbe. Denn Snorro, der fast von allen Gelehrten des 17ten Jahrhunderts, u. selbst von Schölzer, für den Vf. der Edda gehalten wurde, hat die mythologischen Dichtungen der Alten, die er wahrscheinlich in Cöln, wo er, wie Are Frode vor ihm, studierte, von den Mönchen kennen lernte, dergestalt geplündert, dafs Gemälde eddischen Inhalts im Grunde nichts anders, als Römische u. Griechische Werke mit einem Nordischen Anstriche sind, gleichwie die vielen zur Zeit Hadrian's hervorgebrachten ägyptischen Nachahmungen im Grunde nichts anders, als Römische u. Griechische Werke mit einem Ägyptischen Anstriche waren. Man braucht, um sich hievon zu überzeugen, nur die von Rudbeck gemachte Vergleichung zwischen der Griechischen und Nordischen Mythologie nachzusehen. Mit der heiligen Schrift hat Snorro es eben so gemacht. Beispiele in eine Menge findet man bei Mallet. Hören diese Quellen auf, müssen wir uns das ungereimteste Zeug gefallen lassen: z. B., dafs die Hälfte der in der Schlacht gebliebenen zu Freja's Wohnung komme; dafs Häner, der einfältigste aller Asen, dem Menschen Verstand gegeben habe; dafs eine Kuh den Menschen aus Stein hervorgeleckt; dafs Ymer einen Knaben u. die Mädchen unter seinem linken Arm zur Welt geboren, und mit seinen Füfsen einen Sohn erzeugt; u. was dergl. mehr ist. Wider solchen Unsinn mufste sich wol ein Schlözer auflehnen. Er setzte die eddischen Mährlein in eine Klasse mit den Erzählungen von der schönen Melusina u. dem Wunschhute des Fortunatus. Nicht anders urtheilten darüber Adelung, Rühs, Delius, u. lange vor ihnen schon der Dänische Gelehrte Venusinus. Die blinden Anbeter der Edda haben, um den Unsinn zu beschönigen, die Erklärung der Fabeln in einer spitzfindigen u. dunkeln Metaphysik gesucht, u. fast in allen moralische u. astronomische Allegorien finden wollen. Sie wähnen, dafs Loke das böse Princip sey, die Valkyrien ursprünglich gewisse glänzende Meteore, wie Feuerkugeln, Nordlichter ff. gewesen wären, Hoder die Finsternifs sey, Sigyn, Loke's Ehefrau, eine Personifikation der Erde, die Midgaardsschlange der Ocean, Ymer das personificirte Chaos, der Krieg der Vanen und der

Asen den Streit der Elemente bedeute, Vidar einen der heftigsten Orkane, Skybladner die dichte Wolkenluft, Sleipner den Wind, Garmar den heulenden Sturm, u. überhaupt, daſs die ganze Nordische Mythologie sich um den ewigen Kampf zwischen dem Lichte und der Finsterniſs drehe. Sie verketzern, wer ihren unhistorischen Träumereien nicht glaubt. Ein solcher Ungläubiger ist *Wendel*, dem wir die treffliche Schrift verdanken: *Ueber den Werth u. die Bedeutung des Nibelungen-Liedes vorzüglich in Hinsicht auf Homer u. die neuere allegorische Erklärung.* Mit allegorischen Deutungen der Fabeln ist der bildenden Kunst am wenigsten gedient. Horapollo, Macrobius, Fulgentius, Natalis Comes und ihres Gleichen sind schlechte Wegweiser des Künstlers, wie die gewichtigsten Kunstkenner, Visconti und Zoega, unzählige Mal erinnert haben.

Der Sänger Thuiskon's wollte lieber die Götter umbilden, als mit Allegorien uns behelligen. Er machte darum jenen Einfaltspinsel, Häner, zum Gott des Scharfsinns, mit einem denkenden Auge begabt. Es ist die Figur Catachresis, eine harte Figur, aber doch erträglicher, als der Namenwechsel, welchen einige Antiquaren vorgeschlagen haben. Und diese Figur ist unentbehrlich in einem Gedichte solchen Inhalts, wenn es mehr, als ein Namenregister der Götter der Nordischen Mythologie seyn soll. Laga muſs ihre Weinflasche mit Odin ausleeren, Heimdal den edlen Rebensaft über die Kunst vergessen, Orion's Schwerdt u. Gürtel schimmern, die Pleiaden u. Hyaden müssen Regen u. Schlossen mitbringen, u. häſsliche Namen mit erborgten Tugenden prunken. Was kann garstiger seyn, als Snotra? Im Thuiskon aber ist sie die *Tugendbekränzte, die strenge Göttin der Sittsamkeit;* dort heiſst es:

Snotra umhüllte ihr Haupt mit Todesschleier der Unschuld;

und sie wird angeredet:

Meine Snotra, so rein, wie heiliger Reif an der Blume.

Diese Leckerei ist nicht homerisch, aber doch genieſsbarer, als jener Mischmasch, welchen Snorro uns vorsetzt.

Aus nichts wird nichts. Der Künstler kann die Asen nicht besser machen, als der Dichter sie beschrieben hat, u. die Lust, sie zu malen, vergeht einem Jeden, der ein Auge auf unsre alten Monumente wirft. Was sieht man da? Odin auf einem achtfüſsigen Pferde reitend. Die vielen Füſse könnten eher Langsamkeit,

als Geschwindigkeit anzeigen. Sie anzubringen würde noch überdiess dem Künstler grösseres Kopfbrechen verursachen, als die Sache werth ist. Um nichts besser, sondern, wenn's möglich ist, noch schlechter ward Balder abgebildet. Er wurde mit strahlendem Kopfe und grossem offenen Munde, als der Gott des Lichts u. der Beredtsamkeit, vorgestellt. Diess war der Apollo des Nordens. Von der eddischen Dreieinigkeit hat man eine eben so erbauliche Vorstellung in der Upsalaer Handschrift der Edda, u. von Thor ein Paar hölzerne Bilder in der Upsalaer Domkirche. Ich will den Leser nicht durch die Herzählung mehrerer Monumente ermüden. Wenn man eins kennt, so kennt man sie alle, wie Terenz sagt; mithin auch die schönen Kunstwerke, womit es dem Sänger Thuiskon's beliebt hat, Valhalla zu schmücken. Darunter war ein Gemälde, welches den Odin vorstellte:

ich will und es werde!
Sprach sein Auge; die Flamme, die feurige, blitzte sein Schlachtschwerdt;
Und die Natur erschrack, wann den donnernden Schild er emporhub.
Also trat mit dem Fuss er die Ewigkeit! über sein Haupt ging
Leuchtend der Aufgang hin, und der Morgensterne Triumphlied.

Ein andres, welches den Thor vorstellte:

Hoch sass Thor auf dem Wagen, dem donnernden; Tod war sein Auge,
Wann er den Blick hinsenkte, den zürnenden; flammender Blitzstrahl
Ruhte ihm in der Linken, die nachtumwölkt er aufhub.
In der Rechten der Zepter von Gold; sein eiserner Handschuh
Lag ihm zu Fuss, womit den Riesenhammer er anpackt,
Wann im rasenden Sturm die Giganten stürmen Valhalla.
Um ihn schlang sich sein Wehrgehäng, wie fluthender Mondschein,
Der die gewaltige Kraft im Heldenarme verdoppelt.
Zwölf Gestirne, wie Flammen, die wandelten hoch um sein Haupt her,
Wie du am Himmel siehst die zwölf Gestirne vom Thierkreis
Um die Sonne sich wälzen; er war der erhabenen Nacht gleich.
Also sass voll Hoheit er da, und wer zu ihm aufsah,
Sank ohnmächtig das Knie, von Graun ergriffen und Ehrfurcht.

Noch eins, welches die Freja vorstellte. Sie hatte ein verklärtes Gesicht, u. erfüllte die Brust des Zuschauers mit unsterblicher Sehnsucht. Man fühlte dasselbe bei ihr, was man fühlt bei einem Madonna-Bild von Raphael Mengs, — dessen Madonnen sich gleichwohl keiner grofsen Eroberungen rühmen können. — Diese Meisterwerke waren von Heimdal, welcher aufserdem die Mirakeln des Thors so gemalt hatte, dafs ihm es Keiner nachthun konnte. Er rühmte sich des feinsten Kunstsinns, und bezeigte sich als einen grofsen Geist, indem er sagte:

Wenig achte ich Regel und Norm.

Aber es ging in Valhalla, wie es auf der Erde geht. Man redete vom Verdienst, und liefs es verhungern. Das Brodt war dem Heimdal nur dünn geschnitten. Er macht defshalb eine elende Figur. Schau, sagt er

die hagre Gestalt, und wie eingesunken die Wange,
Und wie so grau mein Haar! Ich bin ein Künstler, und nähre
Mich von ein wenig Thau, der des Morgens sinkt und des Abends.

Ob diese Malereien Öl- oder Freskomalereien gewesen sind, lasse ich unentschieden. Der erste Ursprung der Ölmalerei mufs, nach der Muthmafsung eines unsrer Antiquaren, in Island gesucht werden. Zu dieser Muthmafsung hat ihn seine Vaterlandsliebe verleitet. Aber die Vaterlandsliebe ist keine historische Quelle.

Will aber Jemand jene Kunstwerke Luftmalereien genannt wissen, so habe ich nichts dawider. Alle die himmelschönen Palläste, welche in den Isländischen Sagen erwähnt u. beschrieben werden, sind, wenn man sie genauer betrachtet, nichts anders, als Luftkasteele. Aus diesem Gesichtspunkte hat sie auch Bielfeld betrachtet, indem er sie von den Sagen in seine Epopee übertrug, wo man weder Marmor, noch Stein, noch Erz sieht, wo Alles in der Luft vorgeht u. aus ätherischem Stoffe gebildet ist. In der Beschreibung der Himmelsburg heifst es:

Zwölf aufsteigende Säulen erhoben die Wölbung der Kuppel,
Alle gebaut aus Strahlen.

Der Dichter führt uns von Heimdal, diesem Raphael des Nordens, zu dem Ghiberti oder Benvenuto Cellini desselben. Diefs war der Zauberer Mithotin,

der auf einem Pokal folgende schönen Sachen ausgegraben hatte:

Ganz Valhalla war hier zu schaun im gediegenen Goldglanz;
Wodan auf seinem Rosse, dem fliegenden; Thor mit dem Sternkranz
Um sein erhabenes Haupt! Iduna mit goldener Schale
Und mit dem Lebensapfel der Ewigkeit; Braga, der Dichtkunst
Gott, der die Telin hub; der reizenden Freja Kristallschloſs,
Wo in dem Saal voll Licht den Hochtanz tanzten die Götter
Mit leichtschwebendem Fuſse dahin; die Göttin der Liebe
Baldur im Arm hielt, und schnell wie geflügelter West flog;
Auch hochglühende Helden umringten den Becher des Künstlers,
Wie sie den Speer aufschwangen, und Heldenmädchen Valhallas
Reichten ihnen die Lanz', und andere sangen ein Schlachtlied.
Glasors lieblicher Hain, der rauschte mit kühlendem Goldzweig,
Und in dem tiefern Schatten, da lag die schöne Valküre
Hingesunken, und ihr im Schooſs' ein Krieger Valhallas.
Filla hatte die Lock' hinabgeringelt, und Uller
Spielte mit seinem Finger im Labyrinthe des Haupthaars,
Stillauflächelnd der Braut und ihr aufsetzend den Brautkranz.
Hochaufglänzten die Tempel, die silbernen; feierlich stand da
Mit polragendem Haupt die immergrünende Esche,
Von der Mimis umströmt, der sonneglänzenden Lichtflut.
Jungfrau'n tauchten aus ihr hervor, und begossen die Zweige
Mit dem heiligen Quell, daſs die grünenden nimmer verdorrten.
Rundum den Becher flogen die Strahlengeister aus Alfheim,
Wie um die Erde wandern entschwebende Sterne, so glanzvoll.

Diese Kunstwerke nehmen sich im Gedichte nicht übel aus, kommen aber, obbesagter Ursachen wegen, schwerlich zur Wirklichkeit. Auch wird man keinen bekannten Künstler aufweisen können, der aus freien Stücken einen abzubildenden Gegenstand aus der Nordischen Mythologie genommen hätte. Vielmehr sagt der Göttingische Kunstrichter: „Die in Deutschland u. Schweden aus der nordischen Götterlehre geschöpf-

ten Kunstwerke halten kaum den Augenschein aus; es ist gutgemeinte oder eitle Spielerey.“ Gerade so betrachten auch unsere Künstler sammt u. sonders diese Sache. Statt aller nenne ich Thorwaldsen, der bei dem Anblick einer Skizze, welche die Schöpfung des Menschen nach der Edda vorstellt, die Nordische Mythologie schon um der prosaischen Kuh willen, verwünschte. Es findet auch diese Mythologie unter den Kunstbeflissenen keine Anhänger, wenn die Kunsthistorie von einem Heyne oder Böttiger vorgetragen wird. Den durch die Antike gebildeten Geschmack ekelt der heilige Unsinn an, welcher in den Hörsälen der Isländischen Hierophanten ertönt. Ein geschickter Lehrer in der Archäographie bannet die Nordischen Götter, und verhindert, dafs diese kunstwidrigen Gespenster, wie Göthe sie heifst, den Sinn für das Schöne nicht verderben. Einen solchen Lehrer zu besitzen, scheint es, müfste einer Kunstakademie nicht weniger wichtig seyn, als geschickte Lehrer in der Anatomie u. Perspektive zu haben, ja vielleicht noch wichtiger, weil der Künstler, um nicht auf Abwege zu gerathen, die Antike stets vor Augen haben mufs, von den letzteren Wissenschaften aber nur tanto che basti zu lernen braucht, wie Carlo Maratta in seiner allegorischen, eine Akademie vorstellenden, u. von Dorigny gestochenen Zeichnung, über diese Fächer geschrieben hat.

24) Es ist denkenden Künstlern unmöglich, sich mit ihrem Gefühle unter Samojeden oder Algonquins zu versetzen; sie verlangen Gegenstände, welche sie selbst berühren. Aber wo finden sie diese wol eher, als in der Griech. Mythol., die durch die Hoheit u. Anmuth der Bilder so anziehend ist. Dergleichen sind: der Gigantenkrieg, das ewige Sinnbild der über furchtbare Feinde siegenden Könige u. Fürsten; Neptun, Hervorbringer des kriegerischen Rosses, vor Minerva der Schöpferin des friedlichen Ölbaums, weichend; Minerva die Fackel des Kieges auf einem Altar auslöschend: eine edle Allegorie auf die Heiligkeit der Verträge, welche der Nationen langwierige Streitigkeiten u. blutige Schlachten zuletzt endigen; dieselbe, welche durch Mannhaftigkeit die Städte beschützt, ihre Entvölkerung durch den Frieden ersetzt, durch Betriebsamkeit sie bereichert, u. durch Künste verschönert; die Eule derselben dem Mars vorhergehend, um die nothwendige Vereinigung des Muths u. der Besonnenheit beim Krieger zu bezeichnen; die neun Musen, bald auf Sarkophagen angebracht, mit

Beziehung auf die vorzüglichen Eigenschaften derjenigen, welche in den Gräbern ruhen, oder auf das Glück, welches diejenigen geniefsen, die durch ihre hohen Tugenden zum Himmel erhoben, die göttlichen Gesänge der neun Schwestern hören können, bald auf Mosaiken, womit man Speisesäle zierte, weil gute Unterhaltung u. muntere Einfälle Gastmähler beleben, u. denen der Götter, welchen die Musen beiwohnen, gleich machen, aufserdem dienlich zur Verzierung von Theatersälen u. akademischen Sammelplätzen; Perseus, von Minerva u. Merkur unterstützt, das ist, List u. Klugheit mit Tapferkeit vereinigend, im Kampfe mit der Meduse; Meleager, der, nachdem Atalante schon den Calydonischen Eber mit einem ihrer Pfeile verwundet hat, der schönen Jägerin den Kopf des Ebers, als eine ihrer Behändigkeit u. ihrem Muthe gebührende Huldigung, darbietet; der rührende Tod des Cyzicus; die eheliche Zärtlichkeit u. edelmüthige Aufopferung der Alceste; Herkules Musagetes, das ist, der Musen Schutzherr, ein herrliches Sinnbild auf den im Frieden u. Kriege gleich grofsen König, wie Friedrich II.; die bedeutungsvolle Ruhe des Herkules; die Verrätherei des Myrtill u. seine Strafe, wodurch das alte Sprichwort: man liebt die Verrätherei u. hasset den Verräther, beurkundet wird; die den Tod des Achill's beweinenden Musen; väterliche Zärtlichkeit, pathetisch ausgedrückt in der Gruppe Laokoon's; edler Wettstreit der Freundschaft zwischen Orestes u. Pylades, u. s. f. Ganze Tage würden nicht hinreichend seyn, sie alle anzuführen, wie Har von Thor's Thaten sagt, obgleich die, seine Thaten enthaltenden Fabeln der Edda so armselig sind, dafs Mallet sie nicht hat übersetzen mögen. Er hält sie für mifslungene Nachahmung der Dichtungen von den Arbeiten des Herkules, u. schreibt ihre Ungestalt auf Rechnung der Isländischen Bänkelsänger. So viel ist gewifs, dafs ein Ei dem andern nicht mehr gleichen kann, als der Streit des Thor mit der grofsen Schlange dem Streite des Herkules mit der Lernäischen Hydra gleicht. Die Griech. Mythol. scheint überall durch. Man hat dem Jupiter, in Rücksicht seiner Oberherrschaft, hundert stolze Namen gegeben. Odin, sein Affe, trägt zwar eben so viele Namen. Aber wegen ihrer Geringhaltigkeit u. Unbehülflichkeit hat sich Mallet nicht getraut, sie in seiner Französ. Übersetzung der Edda wiederzugeben. Wozu denn auch Namen, an welche sich keine grofse Thaten oder Begebenheiten knüpfen? Odin, Thir, Ägir ff. ha-

ben in ihrem Betragen nichts Gemeinschaftliches mit Jupiter, Mars, Neptun ff., u. werden nur als Kobolte, Hexenmeister u. Tausendkünstler geschildert. Die Götter Hellas nehmen den thätigsten Antheil an den Angelegenheiten der Menschen. Diese Theilnehmung ist auch eine der ergiebigsten u. glücklichsten Quellen der Epopee gewesen. Denn die Götter hielten sich nicht beständig im Himmel auf; sie besuchten gern die Völker, welche ihre eifrigsten Verehrer u. aufrichtigsten Anhänger waren. Jupiter ging oft zu den schuldlosen Äthiopern, um den Rauch der Opfer einzuathmen, Juno nach Samos, wo sie ihre Rüstung u. ihren Wagen hatte, Minerva nach Attika, Apollo nach Delphi, Ceres nach Eleusis, Neptun nach Corinth. Bacchus, Ceres, Venus, die Musen u. andere Götter haben einen höchst wichtigen Einfluſs auf die Civilisation u. Kultur des Menschengeschlechts gehabt. Wie wohlthätig in dieser Rücksicht ist nicht vor allem Andern des Bacchus Zug nach Indien gewesen! Thor ist auch gereist, aber zu welchem Nutzen? Und worin bestand seine Geschicklichkeit? Im Saufen, wie er selbst dem danach fragenden Utgardaloke antwortet. Eben so wenig können sich die Skandischen Heroen mit den Griechischen messen. In den Arkadischen Mythen finden sich nicht wenige Begebenheiten, welche die alte Geschichte der Pelasger und Arkadier betreffen, und auf die Civilisation Griechenlands, auf die Erfindung des Ackerbaues u. der mechanischen Künste sich beziehen. Jo z. B. hatte von Juno's Eifersucht verfolgt, viele Länder durchirrt. Die Geschichte ihres Elends gibt groſse Aufklärungen über die alte Erdbeschreibung, u. Jo hatte ihren Namen dem Jonischen Meere u. dem Bosporus hinterlassen. Wenn auch dergleichen Umstände die Griechische Mythologie nicht brauchbarer für die Kunst machen; so machen sie sie doch beliebter bei dem Künstler. Und darum habe ich sie angeführt.

Kopenhagen, im Jun. 1822.

T. Baden.

XLV.

Vita b. *Gottlieb Christophori Harless.* *)

Lectori S.

Quum patris vitam filius describat, eiusque sic memoriam, etsi nulla apud coaevos vitaeque testes laudatione egentem, coram familiaribus non solum, sed in communi omnium adspectu recolendam sibi sumat, verendum omnino est biographo, ne in suspicionem incurrat, nimium sese pietati filiali indulsisse, neve accusetur de eo, quod ipse publicam laudationem viri non solum consanguinei, sed ipsius genitoris in se susceperit, quem alii, haud sanguine quidem huic cognati, sed litterarum et eruditionis genere et copia tali aequaliores, dignius forsan iureque meliore laudaturi fuissent. Ast dum b. Parentis amici, et quotquot eius memoriae bene dicunt, mecum vitae meritorumque ipsius digniorem et uberiorem expositionem ex eiusdem illustris Academiae, cuius Senior collega membrumque fere quinquagenarium erat, instituto et Collegarum egregie doctorum opera ad hunc usque diem, id est inde ex sesqui anno et quod excurrit, cupide (utinam non frustra!) exspectant, non amplius haesitare potuit amor pietasque filii, immo flagitavit, ut huius Viri, qui ipse ex officii ratione, Academiae suae orator, tot Collegarum olim ipsi specialius coniunctorum memoriam laudesque publicis sermonibus scriptisque celebrasset, et cuius inter discipulorum ingentem copiam tanta auctoritas, inter exteros tanta fama fuisset, nomen honosque post fata aliquo saltem modo, brevique tantum et succincta vitae adumbratione celebraretur. Huic officio fungendo operam meam cum mixtis animi sensibus, gratisque acerbisque, impendens, et vicaria saltem manu ac simplici nec specioso stilo vitam patris describens ego, non nisi verum iustumque sequi et reddere studui, neque temerarium ingratumve quid suscipere putavi. Quare etiam non pluribus hic addendis opus habere mihi videor, quibus propositum excusem. Facile quidem multo prolixiora et specialiora de b. Parentis gestis meritisque enarrare

---

*) Vita viri dum viveret Amplissimi M. *Gottlieb Christophori Harless*, Phil. Doctoris et L. L. Art. Mag., Eloquentiae et Poeseos Professoris P. O. Primar. in R. litt. Univers. Erlangensi, Universitatis huius Senioris, Reg. Consiliarii aulici, Seminarii philolog. Directoris, olim Bibliothecae Acad. Praefecti primarii, Gymnasii Erlang. Scholarchae, Reg. Academiae Scient. Bavaricae Socii ordin., Membri hon. Imper. Ruth. Universit. Moscoviens., Socii Reg. Scientiar. Academiae Paris. antea Institut de France dictae, Acad. Sc. et Art. Magn. Duc. Florent., Acad. scient. util. Societt. latin. Ienens. et Carolsruh., Societt. theodisc. Brem. et Norimb. in iustam Eius memoriam descripta a Filio natu maximo D. *Chr. Fr. Harless.* Erlangae, 1817. typis Jo. Christ. Ludov. Hilperti (pp. 26. 4to.)

potuissem, nisi dissuasisset ipsa pietatis erga patrem ratio, scriptionisque praeposita brevitas. Subiungi etiam hanc vitam curavi *Catalogo Bibliothecae* b. *Patris* a me confecto, et nuperrimis diebus in lucem edito. At in illis, quae Catalogo huic adiecta sunt, biographiae exemplaribus, proh dolor magna sphalmatum typographicorum copia scatentibus, non solum quaedam passim aliter erant expressa, quae hic mutata invenies, aliaque in postrema parte, quantum ad morbi letalis historiam attinet, multo brevius concepta, quae hic uberius exposui et therapiae expositione auxi, sed in iisdem illis etiam omiseram scriptionum b. Patris plenarium indicem, cuius additione ad hanc vitae editionem, in forma maiori et correctius atque elegantius litteris excusam, lectori non ingratum me fecisse spero.

Dab. d. 20. Octobr. MDCCCXVII.

Ἀρετη δε, κ᾽ αν θανη τις, ὐκ ἀπολλυται.
Ζῆ δ᾽ ὀυκετ᾽ ὀντος σωματος. Κακοισι δε
Ἁπαντα φρυδα συνθανονθ᾽ ὑπο χθονος. ***Euripides.***

---

*) Natus est Vir mihique *Pater* piae et venerandae memoriae Culmbaci Francorum, oppido in principatu Baruthino sito, parentibus honestis et probitatis pietatisque decore conspicuis, *Ioanne Georgio Harless*, ad templum civitatis aedituo et telae laneae [P. 6.] fabricatore,

---

*) De vita scriptisque b. *Patris* partim prolixius partim brevius egerunt b. *Meyer*, in *biograph. u. litt. Nachr. von d. gegenwärt. Anspach. Baireuth. Schriftstellern etc.* 1782. — b. Adfinis G. W. *Fikenscher, gelehrt. Fürstenth. Baireuth,* Bd. III. 1801, iterum ad verbum recus. (indice tamen scription. novo ordine digesto et adaucto) in *Eiusd. vollst. akad. Gel. Geschichte der K. Universit. zu Erlangen*, 2te Abtheil. 1806. — cfr. *Allgem. Jahrbuch d. Univers.* Bd. I. Heft 4. Erf. 1792. — *Annalen der deutschen Universitäten, von Justi u. Mursinna,* Marb. 1798. — S. V. *Papst gegenw. Zustand der Univers. zu Erlangen*, 1791. — Celeb. *Meusel* gel. Teutschland, V. Ausg. Bd. III. u. Nachtr. Bd. IX — XI. — *Bouginés* Handb. d. allgem. Literargesch. Th. IV. 1792. — *Ekkards* litterar. Handbuch. T. II. 1782. — *Allg. Zeitung* 1815. (Nro. 144. 45. *Beil.*), in qua vir anonymus quidem, at longe clarissimus et elegantissime doctus, primum defuncto memoriam eamque egregiam posuit. — Plura et specialiora quaedam hic ex ore b. Patris, saepius mecum de vitae suae vicissitudinibus confabulantis, subiungere iuvat. — *Icon* b. Patris, aere incisus, editus est ab *Haidio* (1777), in fol., *Hesselio*, in 4to, *J. W. Bock* (1795) in 8vo.

ex stirpe olim Bohemica eaque nobili oriunda, *) et *Anna Kunigunda*, nata Schmiegel, die 21. Iunii anni MDCCXXXVIII. Teneram admodum debilemque corporis constitutionem ab incunabulis et in infantia adeo prae se ferens, ut parentes de vita ipsius conservanda parum, multoque minus de proroganda ipsa ad aetatem adolescentem et ultra sperare auderent, insitae tamen energiae vitalis haec erat laete crescens vivacitas, nutritionisque successu et corporis robore sicut animi viribus tantum puer profecit, ut vix ex ephebis egressus parentes metum istum abiicere, et optima quaevis de diuturniore vitae viriumque conservatione et corroboratione augurari iuberet. Nec omisit quid parentum cura, quod ad mature, immo iusto maturius, excitandum et formandum pueri animum alacrem, et discendi avidissimum, sicut ad colendum iusti probique amorem utiliter facere potuerit; etsi pater ipse per senium (nam tum, quum filius ipsi natus esset, iam ultra sexagesimum annum agebat) et per occupationis genus filii educandi et erudiendi officio minus incumbere potuerat, maiore parte id tum uxoris piae, tum postea magistrorum publicorum curae relinquens. Vix vitae annum tertium absolvens puer, tanto iam litteras discendi ferebatur amore, ut ex pastoris *Wirth* eruditione legendae et scribendae linguae vernaculae arte brevissimo imbueretur. Anno aet. quinto in Lycei Culmbacensis classem infimam receptus, ibi Weissii ductu elementa linguae latinae et cultus divini, methodo licet, qualis tum tem-

*) Pluries certe ex b. Patris ore audivi, stirpem Harlesianam, aut eius saltem ramum, ex quo avus paterque provenere, initio belli tricennalis saeculi XVII., Bohemiae nescio quam regionem, in qua antiquitus domicilium habuerat, agrosque vel praedia nobilitatis titulo possederat, evangelicae fidei, tum temporis ipsi in culpam crimenque versae, tuendae causa reliquisse, et tutiorem inturbatamque vitae conditionem, etsi demissam et egenam, in vicino principatu Baruthino petiisse. An avus aut proavus patris fuerit, qui emigraret ex patrio solo, b. pater meus, qui infantili sua aetate parentem suum haec narrantem audiverat, certa memoria tenere nequivit. Neque etiam propterea certioris quid de antiquiori stirpis suae historia et de domicilii olim in Bohemia habiti rationibus comperire potuit, quod in incendio, quo domus paterna iam ante ipsum natum combusta est, etiam omnia documenta scripta, ad historiam et originem stirpis suae pertinentia, et ab emigrantibus maioribus diligenter servata, una in flammis periissent.

poris esse solebat, minus idonea proficuaque, puerique alacrem mentem hinc sensim taedente, hausit. Novam autem eamque multo acceptiorem fertilioremque disciplinae scholasticae viam ei patefecit reditus *fratris* natu maioris, *Christiani Harless*, ex Lipsiensi Academia in domum, anno 1748, quo is primum privato erudiendorum puerorum munere fungi suscepit, tum (inde ab a. 1761.) in Lyceo Culmbacensi praeceptoris tertii, postea Conrectoris provinciam obtinuit. Huius enim fratris, viri aeque probi candidique ac docti et in erudiendo optime versati, quem ut alterum parentem (annis omnino fere viginti maiorem) admodum dilexit, indefesso studio optimeque instituta eruditione tum privata, tum publica in ipso Lyceo, factum potissimum est, ut pater ad solidiorem et politiorem elementorum philologiae et linguarum veterum, inprimis latinae et graecae (quam sub fratris [7.] auspiciis primum inde ab anno aet. X. discere coepit) cognitionem adduceretur, simulque amore studioque peculiari historiae litterariae et antiquitatis firmaretur. Hanc propensionem ad colendam litteraturam graecam romanamque, sicut ad amplius cognoscendam historiam litterariam, non solum nutrivit aetate illa puerili sedula lectio vitarum clarorum virorum, a *Clarmundo* (verius *Rüdigero*) scriptarum, similiumque quorundam librorum biographicorum, sed acuit direxitque fratris optime de hoc quoque meriti cura, qua is per plures annos patrem meum, melioris exercitii ususque causa, ex diariis indicibusque criticis litterariis idoneorum librorum censuras vel epitomas, secundum ordines praescriptos, in peculiare volumen chartaceum transscribere, et utiliora quaevis excerpere iussit.

Quum b. patris parens, avus mihi, anno 1751, vitae septuagesimo quarto, fatis cederet, rem domesticam valde angustam, viduamque aerumnis et labentis corporis infirmitatibus adflictam relinquens, pueri annum decimum tertium agentis unica fere spes in fratre posita erat. Ast proh dolor haud diu hoc fraternae curae beneficio frui eum licuit. Nam anno iam 1755 hunc quoque alterum nutritorem praematura mors eripuit patri meo, iacturam hanc acerbissime sentienti, ipsumque denuo reddidit orbum et fulcro destitutum. Neque multum abfuit, quin ex matris egestatem respicientis continua adhortatione et precibus a proposito, litteris humanioribus studendi, abduceretur, et ad arripiendam artis cuiusdam culturam commoveretur. Attamen vicit fervidus intrepidusque amor litterarum sibi electarum;

matrisque a diutius dissuadendo studii academici curriculo tandem desistentis votis in eo tantum cessit filius, fautorum de ipso meritissimorum, Praesidis Consistorii *a Dobeneck*, Archidiaconi *Meyer*, et inprimis Superintendentis *Süchmüller* consilio commotus, ut loco iurisscientiae studii, quod primum iunctum cum philologia amplecti secum constituerat, theologiae operam navare, eiusque studium angustiori cum philologicis doctrinis vinculo iungere sibi proponeret. Hinc, quantum fieri licuit per modulum eruditionis, quam ipse post mortem fratris in superioribus Lycei ordinibus a praeceptoribus doctis quidem, sed verae methodi, litteras elegantiores eleganter docendi auctoresque veteres ex ipsorum mente cum gustu et fructu legendi, parum curiosis peritisve capessivit, non solum intelligendis et explicandis Graeciae Latiique veteris scriptoribus, consulendisque (idque nimium forsan, uti illius temporis disciplina scholastica secum ferebat, fontes antiquos saepius immeritoque interpretibus et scholiastis inferioris aevi ingeniique postponens) illorum commentatoribus et grammaticis, sed etiam addiscendis linguae hebraicae et antiquitatis christianae elementis indefessa opera incubuit. Quantum tamen morae et impedimenti progressibus ipsius in antiquitatis classicae recta cognitione et existimatione ex methodi istius temporis perversae, quae verba potius et litteras quam sensum ponderare docuerat, sectatione obiectum fuerit, ipse b. pater maturiore aetate, quum studiis academicis incumberet, egregie sensit, seriusque ne discipuli quoque sui in simile vitium inciderent, prospiciens, in variis scriptionibus publicis academicis (uti inprimis in Programmatt. de Pedantismo philologico I — V) [8.] detrimenta eiusmodi sinistrae methodi, quam ipse felici opera iuvenis adhuc a se abiecerat, exposuit.

Inter hos labores adolescens, dum adhuc Culmbaci degeret, ob rei domesticae penuriam vitae generi maxime parco sobrioque adsuetus, parum quidem sensit fortunae duritiem, subsidiorumque ad studia iuvanda inopiam. Acerbius tamen utrumque sensisset, nisi supra laudati Superintend. *Süchmülleri*, cuius liberos una cum aliis pater meus iam inde ab anno aet. 15mo in linguae latinae, arithmeticae etc. elementis instituerat, benefica admodum vereque paterna cura eximie sublevatus fuisset. Memoriam huius optimi viri exinde ad cineres usque gratissime recoluit animo.

Ineunte vere a. 1767, aetatis anno 19mo, b. Pater,

pauper admodum nummis, ditissimus spe et fiducia in Deum providum et in proborum hominum benevolentiam, Universitatem litter. patriam nostram, Erlangam, petiit, ibique per duos annos, stipendiis publicis aegerrime sublevatus, mox tamen praeceptoris domestici suscepto munere adiutus, praeceptoribus usus est *Pfeiffero*, eius fautore insigni, in theologicis, *Zenkelio* et *Winkhemio* in hebraicis, *Succovio*, cuius ingenium acutissimum et magnanimitatem maxime aestimavit, in philosophicis, *Reinhardo* in antiquitatibus, historia profana, ecclesiastica et litteraria, atque *Chladenio* in poliendo stilo latino. A. 1758 a Societate theodisca Altdorfina ut socius honorarius receptus, etiam in hoc litterarum genere diligentius laboravit, et colendae linguae nostrae egregiae largiorem operam impendit. Quod ad graecae linguae studium attinet, in eo alterius, dum Erlangae commoraretur, excolendo minus idoneam copiam, factam sibi invenit, proprioque hinc marte in illa proficere nisus est.

Anno 1759 *Halam* ad Salam petens, ibi *Frankii*, immortalis illius Orphanotrophei conditoris, nec non *Freilingshausii* benevolentiam mox adeo sibi comparavit, ut ex horum auctoritate praeceptoris munere, primum in inferioribus classibus, brevi post in superioribus, insigniretur. Ipse sic in docendis linguis antiquis novam discendi copiam inveniens, magistros habuit in Philosophia *Meyerum* et *Weberum*, in Theologia et Histor. eccles. *Semlerum*, in philologia sacra et profana *Nösseltum*, cuius Disputationi pro loco d. 7. Decbr. 1759 habitae Respondentis munere interfuit, et e cuius quotidiana consuetudine ac eruditione summum usum praesertim in profundius et elegantius explicandis auctoribus vett. sese hausisse, b. pater semper gratissimo animo professus est. Durante tempore, quo Halae litteris studeret, contigit ei quoque, ex litterarum commercio in gratiam et amicitiam singularem *Reiskii* venire; quo simul id ipsi commodum acceptumque evenit, ut *Reiskii* non solum, atque I. A. *Ernestii*, cuius utriusque viri summe docti visendi causa saepius Lipsiam venit, bibliothecas adire, consiliisque ipsorum ad studia sua dirigenda uti ipsi liceret, sed cum ipsis illis sicut reliquis, qui ipsi favebant, praeceptoribus etiam post discessum suum continua consuetudine litteraria et diligenti epistolarum commercio, cum *Nösselto*, (g.) *Reiskio*, *Ernestio*, aliisque adeo interioris amicitiae vinculo innexus maneret. Anno integro Halae transacto, partim

ob necessariam curam sanitatis ex vita nimium sedentaria lucubrationibusque praeter modum continuatis admodum vacillantis, et ob pulmonum labis periculum coeli solique commutationem serio suadentis, partim ob nova eruditionis augumenta studiorumque subsidia sibi paranda, primum quidem in celebrem Academiam Göttingensem transire secum constituerat. Quum vero ibi nondum statim pateret locus in Seminario philologico, a venerabili *Michaelis* ipsi in eventum consignatus, nec sine tali vitae victusque adminiculo ipse omni proprio aere destitutus Göttingae, in caritate praesertim rerum, qualis tum tempore belli septenarii erat, subsistere potuisset, verno tempore a. 1760 *Ienam* petiit. Ibi non solum scholis mathematicis et physicis *Succovii*, historicis *Buderi*, numismaticis *Mülleri*, aliisque pluribus, et inter eas theologicis quoque, sueta diligentia interfuit, unaque in societate latina, quae iam tum Ienae florebat, cuiusque statim post adventum socius factus erat, in scribendo et disputando sedulo vires exercuit, primitias laborum litterariorum ex huius societatis gremio (in duabus dissertatt. de praeconibus apud Graecos etc.) in publicum edens, sed ex intima inprimis cum *Klotzio*, ipsius Contubernali, consuetudine et amicissima familiaritate, quae postea quoque ad viri huius acutissimi et elegantissime docti mortem usque numquam interrupta fuit, eximios fructus circa philologiae elegantioris pleniorem aestimationem, et fructuosiorem ac luminosiorem auctorum veterum interpretationem, grammaticae criticaeque, qualis antea fere sola agitabatur, iustos limites dignitatemque inferiorem tribuentem, percepit. Atque licet *Klotzii* alacre ingenium et ad controversias litterarias propensio hunc saepius ad lites aliis viris doctis inferendas inducebat, b. Pater numquam tamen harum compos esse voluit, sed ad componendas potius plures earum, conciliandumque amicum eum Reiskio aliisque pro viribus contulit.

Caeterum b. Parens non solum Klotzii, sed aliorum quoque ei faventium, et suppeditandis vitae adminiculis de ipso optime merentium virorum, dum Ienae commoraretur, benefactis adeo bene sustentatum se sensit, ut hoc sesquianni tempus, quo Ienae degeret, simul cum sequenti anno, quod Goettingae vixit, inter iucundissimas vitae suae periodos referret. Haud parum ad vitae illius amoenitatem contulit amicitia arctior, quam Ienae contraxit et ad ultimum vitae suae halitum servavit cum suavissimo studiorum consorte et contuber-

nali, *Schafeitel*, postea verbi divini in comitatu Pappenhemensi ministro, adhuc superstite, familiarisque antiquissimi et sincerrimi iacturam acerbissime sentiente. Praeterea haud exiguam quoque voluptatem invenit in erudiendis iuvenibus, professorum quorundam Ienensium filiis, commilitonibusque quibusdam in lingua latina et hebraica instituendis. Paedagogicae artis disciplinaeque, quam semper egregie amavit, sic magis magisque peritus, iam tum de institutionis publicae et privatae emendandae, methodique docendi reformandae necessitate cogitavit, et hinc, Ienae adhuc quum esset, scriptionem monitoriam suo tempore laudatam (Gedanken von d. Zustand der Schulen u. ihren Verbesserungen, 1761. 8.) edidit. [10.] Theologiae dogmatico-homileticae atque exercitationis in arte concionandi minus quidem studiosus, eiusque philologicam potius atque exegeticam partem reliquiis praeferens, illam haud tamen prorsus neglexit, interdum orationes sacras habens in templis, etsi timidus semper et fere invitus ad tale opus accesserit.

Exeunte autumno a. 1761 de curriculo studii academici finiendo cogitans, atque animum ad subeundum munus praeceptoris aut scholastici aut privati adpellens, iamiam consilium ceperat, ex Longolii, Gymnasii Curiensis meritiss. Rectoris, commendatione Erlangam proficisci, ad ineundam ibi provinciam ephemeridum politicarum scriptoris, a Consiliario aul. *Grofs*, h. patris cognato, ipsi demandatam, quippe quum non solum huius laboris remunerationem sufficientem pro vitae suae simplicitate, sed alia quoque emolumenta sibi stipulata, unaque opportunitatem acceptissimam, simul cum magistri liberarum artium honoribus doctoris legentis iura sibi in patria Academia parandi, oblatam videret. At in hoc ipso momento inopinatus a Göttingensi illo Professore cel., quem inprimis magni faciebat, *Michaelis*, litteras accepit, quibus ipsi locus in Seminario philologico cum solito stipendio offerretur. Neque hinc haesitavit amplius, neque amicorum admonitionibus bellique, quod tum temporis illic inprimis saeviebat, strepitu retineri se passus est, Göttingae eiusque thesaurorum litterariorum visendorum, institutionisque, qua celeberrimi Academiae illius doctores eminebant, in suum usum convertendae cupidissimus. Postquam itaque ab ampliss. Philosophorum ordine in Academia patria Erlangensi d. 31. Decembr. 1761 Doctoris Philosophiae et L. L. A. A. M. dignitate ornatus esset, huius licet ho-

noris ac praerogativae, quamdiu Göttingae esset, nullum faciens usum, ineunte vere a. 1762 almam *Georgiam Augustam* adiit. Ibi per annum et dimidium fere non solum fautoris sui eximie de ipso merentis, *Michaelis*, institutione in linguis orientalibus, syriaca praesertim, et in exegesi librorum sacrorum, sicut cel. *Gesneri* in interpretandis profanis auctoribus graecis latinisque, archaeologiaque penitius cognoscenda eximia cum animi satisfactione usus est, sed ex praeceptis physicis ac mathematicis nec non philosophicis magni *Kaestneri*, cuius non minus singulari favore et fere paterna benevolentia frui b. patrem, et quocum fere quotidie consuescere ipsum licuit, uti ex scholis historicis, statisticis etc. *Achenwalli*, *Weberi*, a quo brevi post adventum, filii ipsius, nunc Professoris Kiloniensis celeberrimi, instituendi causa in domum receptus, amicissime tractatus, egregieque in vitae subsidiis adiutus est, aliorumque V. V. doctorum eximios fructus capessivit. Neque neglexit ibi linguarum nuperiorum studium, gallicae inprimis atque anglicae, a Professoribus *Colom* et *Dietz* sibi traditarum, sicut etiam *Murrayum* in historia naturali et itinerum audivit, et ultimo trimestri *Heynii* quoque, Viri summe insignis, qui tum primum Göttingam defuncti *Gesneri* in locum venit, auditor, ni fallor, factus est, cum eoque foedus amicitiae inivit, quod posterum tempus continuatumque epistolarum commercium ad utriusque viri mortem magis magisque firmavit.

[11.] Accessit b. Patri ad haec vitae studiosae et in litteris ardentis praesidia atque oblectamenta amicissimi sui *Klotzii* adventus in Academiam Göttingensem, in quam is maxime ex b. patris opera ad philologiam profitendam vocatus erat. Eundem enim, quo Klotzius b. patrem iam Ienae amplexus erat, beneficum fraternumque animum hic quoque ei praestitit, et inprimis in morbo febrili typhode acutissimo, ex quo b. pater aegre tantum emersit, eximiam summeque proficuam eius curam habuit. Haec omnia fecere, ut b. pater temporis illius felicis, quod Göttingae vixit, numquam sine peculiari voluptate et gratissimo sensu meminisset, saepius mihi narrans, quam contento impavidoque animo ipse tum fuerit in urbe per plures menses ab hoste gallico obsessa, inter tormentorum tonitrua et pericula vitae haud semel exantlata. Ad componendos libros magis magisque propensus, scripsit Göttingae, praeter epistolas quasdam de fato Homeri, volumen I. vitarum

philologorum (Brem. 1762), cum plausu ab orbe litter. acceptum, nec non libellum de nominibus Graecorum (Ien. 1763).

Aestate anni 1763. tum amor patriae, tum cognati *Grossii*, cuius beneficum animum iam Göttingae ex repetitis donis expertus erat, adhortationes, tum etiam Principatus Baruthini Administri, Comitis de *Ellrod* litterae invitatoriae reduxerunt patrem in urbem nostram *Erlangam*, quantacunque vi Klotzius aliique amici eum Göttingae retinere studerent, neque dubium ipsum esse siverunt de recusandis duabus vocationibus, ad Rectoris munus subeundum tum ex Holsatia tum ex Hannoverana quadam civitate ipsi transmissis. Redux Erlangae, inde a m. Septembr. 1763. diarium politicum Grossii nomine et auctoritate per duos fere annos scripsit, simul vero Doctoris privati s. Magistri legentis iura sibi scripta publiceque defensa dissertatione de Iove Homeri d. 12. Novembr. eiusdem a. acquirens, scholas aperuit academicas tum philologicas et archaeologicas tum historicas, quibus discipulorum nec defuit numerus nec plausus. Condidit insuper societatem latinam privatam, exercitationibus in scribendo et disputando potissimum dicatam, serius, quum Coburgo Erlangam rediret, ab ipso renovatam, cuius statuta aeque omnino simplicia ac ad latinitatis et philologiae in genere studium inter commilitones alendum idonea adhuc in manibus mihi sunt.

Anno sequenti Ordini Philosophorum membri adiuncti nomine adscriptus, locumque in ipso ex disputatione (d. 7. Iulii 1764.) de origine voc. Nüremberg nactus, suscepit quoque curam edendarum ephemeridum litterariarum Erlangensium, cuius operae annuam mercedem tulit, mediocrem licet, at ipsi, cui ad vitae necessitates sibi parandas nihil nisi parcissima subsidia ex doctorum laborum scholarumque reditibus patebant, admodum acceptam. In scribendo porro occupatus, praeter alias plures commentationes minores epistolasque in lucem edidit Introductionem suam in linguam latinam (Bremae 1764), qui liber una cum vitis philolog. inprimis ad famam suam latius divulgandam contulit, et postea (1773, 1789, 1799, 1810 etc.) pluries multoque semper auctius ab ipso editus est. Eodem circiter tempore haud multum abfuit, quin Rigam ad gerendum munus Rectoris Gymnasii vocaretur. Loco autem honorifici huius muneris, quod ipse haud ambiverat, ex Comitis de Ellrod patrocinio eodem [12.] tem-

pore ei aliud, neque minus gratum, Professoris nimirum Philosophiae Erlangensis extra ordinem, cum annuo aliquo stipendio, collata est; quam provinciam etiam solemni habita oratione (de iucunditate atque utilitate, quas litterae profanae studio philologiae sacrae adferant) et scripto programmate d. 3. Maii 1765 adiit. Vix tamen per mensem unum alterumve hoc munere functus est, quippe ipso, quo orationem in aditum habuerat, mense a Duce Saxonum Coburgensi ad suscipienda officia Professoris P. Ordinarii linguae graecae et orientalium in Gymnasio academ. Casimiriano, quod Coburgi floret, vocatus, et hanc vocationem, quamvis a Principe Baruthino eiusque Administris ad retinendum munus in Academia patria sub proxime vacaturae ordinariae professionis largiorisque stipendii sponsione invitatus, fidei iam datae servandae causa, medio Iulio a. 1765. sequutus est. Ipso, quo Erlangam relinqueret, tempore foedus coniugale primum paravit pauloque post iuivit cum filia natu maiore celeberrimi quondam Iurium Professoris nostratis et Consil. aul. intimi *Schierschmid*, quam tamen uxorem optimam et ab ipso peramatam fata praematura nimis cito ei (a. 1768.) eripuere.

Coburgi a Casimiriani Directore sui amicissimo, *Frommanno*, reliquisque Collegis optime receptus et candida nec interrupta amicitia adiutus non solum, sed etiam specialiori Ducis tum regnantis Principisque Haereditarii gratia et favore ornatus auctusque, ibi inprimis bene iucundeque se habuit b. pater, gratissimam semper temporis illius memoriam recolens. Saepiusque eum tempus illud laudantem memini, felicissimum, quo Coburgi sub principis humanissimi, frequentissime eum ad Se invitantis, auspiciis, et in collegarum amicorumque societate coniunctissima, omnibus acceptus, nemini adversus invidiaeque expers vixerit. Inprimis ad vitae huius amoenitatem multum fecisse favorem insignem et vere amicum, quo ipsum tum L. B. *de Thümmel*, poetarum amabilis Nestor et patriae decus, *) tum ipsi coniunctissimus *Feder*, veteranus ille inter philosophos longe dignissimus, amplexi sunt, sicut *Aulichii*, *Fischeri*, aliorumque amicitiam, gratus semper professus est.

*) Obiit nuperrime (m. Octobris h. a.), uti nunc lego, venerandus hic senex summeque amabilis poeta, nobis posterisque nunquam interituram carminum dulcedinem gratiamque relinquens.

Turbavit solummodo animi serenitatem mors dilectissimae uxoris, filiam enixae adhuc superstitem, sororem mihi carissimam, et ipsam iam (inde ex anno 1789.) dignissimo Decano et Consistorii a consiliis olim Thurnaviensi, nunc Casendorfiensi, adfini suavissimo, *P. Chr. Georg* nuptam, plurium liberorum nunc matrem aviamque.

Ex muneris non solum ratione (eloquentiae enim professionem mox loco linguar. orientalium susceperat), dum Coburgi esset, multitudinem Programmatum scripsit, in quorum pluribus ad acuendum pulchri et venusti in studiis philologicis sensum, ad excitandam elegantiorem et aestheticam magis nec verborum censurae solum inhaerentem auctorum vett. interpretationem, et ad emendandam eruditionis privatae [13.] et scholasticae methodum, ex optimorum quorumque iudicum arbitrio egregie fecit: sed recensendis quoque et illustrandis graecis latinisque scriptoribus operam impendere incipiens, haud exiguo cum fructu composuit ediditque Chrestomathiam graecam poeticam, addita Aristophanis Comoedia Plutus dicta, cum suis aliorumque notis (1768), cuius Chrestomathiae novam multumque mutatam et auctam editionem postea (a. 1775) paravit, nomen ei dans Anthologiae graecae poeticae, quae ipsa serius (1792) denuo emendatior ab ipso reddita est. Praeterea continuavit vitas Philologorum Volumine II. et III., quartum idque ultimum a. 1772 subiungens.

Quum anno 1769. principatus Baruthini dominium haereditariae successionis iure cum principatu Onoldino sub regimine Cels. Marggravii Onoldini *Alexandri* uniretur, atque ex hac unione Universitas litt. quoque Erlangensis sub imperium atque supremam tutelam humanissimi huius atque scientiarum artiumque amantissimi Principis, almae nostrae restauratoris et nutritoris liberalissimi et in aeternum de ipsa meriti, veniret, inter plures alios litterarum doctores huc vocatos etiam b. Pater eodem adhuc anno a Celsissimo Principe ad Professoris Rhetorices et Poeseos ordinarii munus gerendum, oblata simul Consiliarii aulici dignitate, invitatus est. De arripienda hac vocatione per aliquod tempus dubius haesitans, beataque, quam Coburgi gessit, vita vix feliciorem sibi cupiens, patriae tandem amore commotus, amplificandaeque sui ipsius non solum, sed aliorum quoque doctrinae et philologiae studii augendi opportunitate concitatus, subsidiis certe latius sibi in nova patentibus provincia, dilecto Coburgo mense Aprilis a.

1770. valedixit, novumque munus in Academia nostrate Erlangensi, quo simul ei officium oratoris Academiae publici incumberet, proxime sequenti mense oratione solemni (die 3. Maii habita), cui programma de interpretatione Homeri praemiserat, faustis sub ominibus restaurati Academiae floris adiit.

Ex hoc tempore ad ultimum usque vitae diem (ubi tantummodo ab extremo morbi lethalis tempore discesseris), per longum annorum quadraginta quinque et quod excurrit spatium, hoc munere reliquisque cum ipso deinceps coniunctis negotiis publicis gerendis omni, qua potuit, virium intentione totoque animo indefessus perfunctus est, nullo tempore nullisque unquam vitae vel domesticae privataeque, vel publicae vicissitudinibus turbisque aut animi corporisve reficiendi recreandive opportunitatibus immo necessitatibus, nisi morborum graviorum cura talem quandoque imperaret, a perficiendis doctoris publici senatusque academici et ordinis philosophorum membri officiis avocari sese patiens. Et quum inprimis ex Illustriss. Administri L. B. *de Gemmingen*, Viri Eximii et de Universitate nostra in aeternum meriti, favoreque suo b. patrem meum egregie insignientis, cura specialiori (Viris praestantissimis, *Iunckhemio*, *Haenleinio*, *Loeschio* etc., nunc inter coelites beatis, operam suam ad hoc apprime adhibentibus), id b. patri optatissimum et ab ipso desideratissimum eveniret, ut ex propositis ab ipso rationibus modisque Seminarium philologicum (anno 1777.) conderetur, sodalium definito numero simul annui stipendii mensaeque beneficium per quadriennium praebens, huiusque instituti utilissimi moderamen Patri [14.] demandaretur, tanto is officii amore studioque explendis muneribus adiuvandisque Universitatis commodis inhaesit, ut patriae deditissimus gratissimusque quascumque munerum academicorum apud exteros capessendorum propositiones, sibi deinceps a variis Universitatum extranearum magistratibus factas, utut honoris lucrique oblato accessu insignes, constanter recusaret. Accessit eodem fere tempore ad haec docteris publici Seminariique philol. praefecti officia aliarum provinciarum in ipsum collatarum administratio, nimirum tum Scholarchae Gymnasii urbis nostratis (inde ab a. 1777.), quo munere cum aliis tribus collegis communi usque ad ultimum vitae temporis impigerrime functus est, tum (ab a. 1776.) Praefecti Bibliothecae Academicae primarii, in quo munere gerendo collegam et adiutorem habuit dexterrimum pe-

ritissimumque b. *Pfeifferum*, sibi simul amicissimum et vero familiarem, olim (dum Pater Professoris extra ordinem munere fungeretur) suum discipulum, qui eum a. 1805. in suprema Bibliothecae Acad. cura gerenda secutus est, cuiusque Viri candidissimi nuperam mortem admodum lugemus. Quorum quidem munerum gravitatem quum aequaret fungendi zelus et dexteritas, et vero successus, idque latere non posset tum Principis Alexandri, tum postea Potentiss. Regis Borussorum, inde ab a. 1792. principatum Brandenburgo-Franconicorum imperium tenentis, eorumque Administrorum attentionem, non defuerunt patri meritorum praemia. Siquidem non solum iam inde ab a. 1776., quum Seminarii directionem adiret, stipendii annui adauctione praeditus, sed etiam novo redituum ex munere augmento a. 1798. e munificentia Potent. Regis Borussorum, *Friderici Wilhelmi III.*, donatus est. Qua quidem largioris stipendii collatione tanto magis b. pater sublevatum atque in impensis tam pro domo sua rebusque familiaribus, quam ad parandos et amplificandos pro muneris ratione apparatus litterarios faciendis sustentatum sese sensit, quanto magis sensim ex increscente liberorum numero victus reique ceterae domesticae largius comparandae amplificandaeque cresceret necessitas, animumque paternum sollicitans cura. Nam haud diu post reditum in Academiam nostratem (anno 1770.) secundis nuptiis sibi vitae sociam iungens filiam natu maiorem Cel. Professoris quondam Medicinae in Universitate Noricor. Altdorfina, *Io. Nic. Weiss*, avi mihi aeternum venerandi, virique de Anatomia et Physiologia augenda suo tempore eximie meriti, ex uxore hac dignissima prolem habuit binam, filiam adhuc superstitem, mihique germanam dilectamque sororem, et memet, qui, dum hoc scribo, adhuc triste lugeo fatum, quod matris optimae, ex febre puerperali inopinata morte (paucos post dies, quam in lucem me ediderat) mihi patrique ereptae, pios manes tantum venerari, ipsius autem, cuius ne imaginem pictam quidem relictam teneo, dulci adspectu nonnisi per primum vitae octiduum frui me sineret. Iacturam tamen, quam feceram una cum germana, egregie reparavit mox patris consilium, ad tertia vota coniugalia transeuntis, et mercatoris Norimbergensis spectatissimi, *Ioh. Tobiae Kiesslingii*, filiam natu tertiam a. 1774. in matrimonium ducentis. Cuius quidem matronae venerabilis virtutumque et pietatis laude vere insignis, quam adhuc superstitem et in se-

rio septuagenario adhuc bene valentem colimus, ut diligentissimam admodumque beneficam curam, qua mihi inde ab teneris non ut noverca, sed ut mater amantissima prospexit, et qua nunc filium quoque meum unicum, [15.] in praesentia philologiae in hac litt. Universitate studentem, amplecti pergit, hic publica laude praedicem, gratus animus poscit. Cum dignissima hac coniuge per 41 annos in beatissimo consortio vivens b. Pater, numerosam ex ea genuit sobolem, nimirum quinque filios, et tres filias, ex quibus duo iam in prima infantia ad coelites rediere, duoque alii in aetate adulta praematuris fatis abrepti sunt: scil. frater natu tertius, optimaeque spei iuvenis, *Georg*, Augustae Vind. mercaturae operam dans, anno 1798. ibi typho tunc epidemice grassante aetatis flore XIX annorum necatus, et soror natu secunda, Baruthi Professori Gymnasii meritissimo scriptisque multis claro, Theologiae Doctori *Fikenscher*, qui iam aliquot annis ante uxorem mortuus est, inde ab a. 1796. nupta, anno autem proxime praeterito febris malignae vi proh dolor interemta, bonis omnibus flebilis. Reliquis quatuor ex hac coniuge liberis adhuc viventibus, at proprios lares diversis in locis colentibus, in aetate adultiore eminus magis quam cominus pater gavisus est, scilicet fratre ex hoc matrimonio natu maiore, *Ioanne Felice*, mercatore nunc Norimbergensi dexterrimo, mihique non sanguinis solum, sed cordis quoque amorisque vinculo intime coniuncto, tum fratre secundo, *Iusto Christiano*, et tertio, *Carolo*, utroque pariter mercatoria negotia, ille Basileae, hoc nunc Norimbergae, sedulo gerente, atque sorore dilectissima, *Iohanna*, ex sororibus natu minima, inde ex a. 1799. viri optimi, *Stettneri*, antea Rectoris scholae Feuchtwangensis, nunc verbi divini in pago Ebermergen prope Noerdlingam Ministri egregie meriti, coniuge facta. Et quum deinceps plurimi horum liberorum matrimonia inirent, id venerando seni faustum volupeque evenit, ut ex iis sensim nepotum 16. et unius pronepotis laeta corona cinctum se videret, quos inter inprimis filius meus *Hermann*, qui ipso ut altero patre fere quotidie usus est, et quem, sicut quoque nepotem ex filia natu maiorem, optimae spei iuvenem, Carolum *Fikenscherum*, absoluto scholasticae disciplinae curriculo ad altiora studia transeuntes adhuc vidit, avi perdilecti piam sanctamque habet semperque habebit memoriam.

Transegit sic vitam b. pater placidam, tranquillam,

eamque simplicem et aequalem, inter religiose explendis munerum multiplicia officia, ter (annis 1776, 1782 et 1792) ex supremi magistratus academici fascibus gerendis onerosiora et ex parte difficiliora facta, inter labores privatos lucubrationesque litterarias, quotidie ad mediam fere noctem continuatas, inter domus familiaeque suae curam gerendam, et inter consuetudinem et familiarem et litterariam cum amicis numerosissimis sermone epistolisque mutuis colendam. Qualis fuerit b. Pater in vita hac tam publica, quam domestica agenda, qualem sese praestiterit civem in republica, Christianum in ecclesia rebusque sacris, qualem collegam collegis, magistratum subditis, praeceptorem discipulis, amicum amicis, quid idem meruerit de litterarum nostra Universitate in longo hoc ministerii curriculo, in quo non solum iam diu ordinis sui philosophici, sed ultimis annis totius Academiae senior factus erat, quid de erudienda studiosa iuventute, de formandis acuendisque plurium quam mille discipulorum, per omnes deinceps Germaniae terras et ultra dissitorum, ingeniis et doctrina solidiore, quid denique de omni orbe litterario per operum maiorum minorumve multitudinem ad commendandum profundius et fructuosius litterarum, philologicarum praesertim, studium, ad veterum auctorum interpretationem, criticamque inprimis, expediendam rectiusque [16.] dirigendam, ad antiquitatem illustrandam, et ad historicam priscae doctrinae omnisque litteraturae cognitionem augendam, haec latius exponere et laudare haud decet filium, etsi meritorum paternorum colentissimum. Dicant laudentque haec digniore sermone oreque facundiore alii, b. parentis Collegae et amici, aut quisquis vitae ipsius meritorumque, nominis ipsius celebritatem inter eruditos, gratamque et piam memoriam inter cives posterosque, nec vanam tantum fugacemque gloriolam, condentium, testis fuerit atque cultor ingenuus. Quidquid tamen de eo, quod b. pater praestiterit in litteris, arbitri coaevi posterique iudicent, certe quod ad animi virtutes, vitaeque privatae domesticaeque, quam b. pater degit, rationem attinet, repetere saltem licebit filium, ipsummet in adulta aetate patris consuetudine familiari per quatuor lustra et quod excurrit fruentem, quae de his alii b. parentis familiares et propinqui unanimi consensu iudicarunt: fuisse Ipsum virum ἐσθλὸν κ' ἀγαθὸν, antiquae et infucatae fidei, pium erga Deum, et in cultu ipsius publico et privato religiosissimum, probum, sincerum, veritatis

studio perfusum, simulationisque et mendacii osorem strenuumque adversarium, vita moribusque simplicem, paucis contentum, in fruendis vitae remissioris oblectamentis moderatissimum, immo parcissimum, splendoris aeque, ac luxuriae et desidiosae voluptatis inimicum, aequo animo res adversas invidiaeque virus ferentem, et vitae aerumnarum praesidium solatiumque in religionis et artium cultu quaerentem, amicum amicis fidedem, et ad officia ipsis aliisque petentibus praestanda toto animo paratissimum, patrem denique familias coniugemque aeque suorum amantem, ac a suis amatum, liberorumque educationi commodisque pro viribus scilicet prospicientem. Atque sic vere haec de ipso dici possunt, quae poeta quidam priscae Graeciae *) ad vitam beatam sibi parandam egregie commendat:

„Λυπη σε μακραν προςφυξεται, ἀγαθα φρονὲντα. Μιμȣ το καλον, και μενεις ἐν βροτοὶς ἀριςος. Νομος ἐςι θεος· τȣτον ἀει παντὸτε τιμα. Ξενος ὀφειλεις εἰναι των καλως φρονȣντων. Ὁπȣ καλως βιοις, παραμεινε, και εὐτυχεις τα παντα. Παρατηρει τα παντων καλα, και ταυτα συ μιμȣ. Ῥησιν δ' ἀγαθην δεδομενην φυλασσε σαυτῳ. ὡς μηθεν ἀτακτειν, την ἡσυχιαν κατα βιον ἱνα παντοτε τηρης. Ὑγιαινὲιν εὐχȣ τοις θεοις, ἐφ' ὁσων ἐχεις ζῆν.“

Neque ita fieri potuit, quin bonus vir in rebus iucundis et adversis animi illam aequitatem et tranquillitatem servaret, qua sola factum est, ut non modo inter varias corporis aegritudines, gravioresque aliquot morbos, quibus non iuvenis solum, sed et adhuc grandaevus vexatus fuit, et inter vitae victusque curas, media praesertim [17.] aetate ipsum prementes, sed etiam in vita adeo sedentaria et in lucubrationibus litterariis confecta ad senium tam felix placidumque perveniret. Numquam enim otiosus, totus potius vixit summamque animi contentionem invenit ad ultimos usque vitae dies tum in instituenda studiosa iuventute, tum in perficiendis laboribus litterariis, operibusque edendis, quibus nominis, quam ipse nunquam ambivit, auctoritatem nactus est. Inprimis laborem indefessum impendit componendo vasto illi operi, quod inde ab a. 1788. molitus

*) *Sotades* Atheniensis, cuius fragmenta quaedam Athenaeus, Stobaeus, et alii servarunt, collecta ab *Hertelio* in libro raro: *Vetustissimorum Comicor. sententiae* etc. Basil. 1560. 8.

erat, et quod maxime ad existimationem ipsius in orbe litterario augendam fecit, Bibliothecae Graecae Fabricianae novam editionem puta, cuius elaboratio a Bibliopola (qui expressis verbis novam tantum auctamque editionem Fabriciani operis, haud vero novum prorsus, aliaque methodo instituendum opus, quale omnino exoptatius fuisset, pactus erat) primum quidem Ill. Heynio demandata, ab ipso vero recusata, et ex propria ipsius propositione patri meo commissa fuerat. In quo opere usque ad Volumen XII. continuando postquam viginti annos consummaverat, (primum Vol. apparuit a. 1790., duodecimum a. 1809.) nihil magis doluit, quam necessitatem a temporis calamitate Bibliopolae honestissimo summe invito impositam, interrumpendi operis sistendaeque editionis, cuius ultimi duo tomi ex parte iam a manu b. Patris praeparati erant, et cuius tam ex relictis schedis, quam proprio labore finiendi atque admodum necessariis indicibus supplementisque instruendi forsan imposterum mihi amicisque ad haec invitandis dabitur opportunitas. Attamen seposito hoc labore haud desivit patris diligentia transire ad novos, siquidem hisce novissimis annis non solum breviori notitiae litteraturae graecae aliisque minoribus scriptis edendis, sed etiam auctoribus quibusdam priscis (Demostheni de corona, et Ciceroni de Oratore, quod opus ultimum fuit, paucos dies ante obitum finitum) denuo recensendis incubuit. Inter hos ipsos labores adhuc in senio 75 annorum de recondenda Societate latina in Universitate nostrate serio cogitavit, propositionesque de hac re elaboravit et ad supremum magistratum transmisit.

Praeter haec negotia litteraria b. Parens haud parum temporis dicavit studiose colendo epistolarum commercio late diffuso cum multitudine virorum doctrina meritisque clarorum illustriumque, tam patriae varias regiones quam terras exteras remotissimasque, Italiam (ubi imprimis cum dignissimo sibique amicissimo I. *Morellio*, Equite et Bibliothecario Veneto longe praestantissimo, viro mihi quoque venerandissimo, nec non cum celeberrimo *Garatonio*, Professore Neapolitano et Ciceronis editore meritissimo, cel. *Caietano de Ancora* etc., litteris consuescere volupe ipsi erat), Gallias, Belgium, Scandinaviam, Hungariam etc. ornantium. Ex eorum V. V. C. C. copia, qui patrem ad divorum sedem praeiverunt, grata is imprimis memoria servavit nomina epistolasque *Reiskii*, *Kaestneri*, *Nösselti*, *Ernestii*, *Ruhnkenii*, *I. G. Rosenmülleri*, ipsius familiarissimi, *Brieglebii*,

Mori, *Reizii*, *Heynii*, *Iaegeri*, *Ackermanni*, *Purmanni*, *de Matthaei*, *Brunkii*, *Oberlini*, *Villoisonii*, *Com. de Teleky*, *Com. de Rewitzky*, *St. Croix*, *de Croix*, *du Theilii*, aliorumque plurium, ut de numerosorum [18.] patriae nostrae veteranorum et decorum, adhuc viventium, epistolari cum b. Patre commercio nihil addam.

Neque defuerunt b. Patri honoris et existimationis documenta, quibus tum ex principum munificentia, tum ex Academiarum et societatum litterariarum decretis insigniretur. Siquidem Potentissimi Reges Hispaniarum et ambarum Siciliarum donaverunt ei exemplaria splendida Catalogorum Bibliothecarum Madritensis (Iriartii, cuius Tomus II. proh dolor periit, et Neapolitanae, quod posterius opus pariter deest), et Celsiss. Marchio Badensis eum ornavit nummo aureo maximo, civibus bene meritis dicato. Idem in membrorum exterorum numerum a Societatibus litterariis et philolog. Ienensi, Altdorfina, Bremensi et Carlsruhensi iam in iuniori aetate, et a. 1777. ab Academia scient. utilium Erfordiensi quoque receptus, anno autem 1803. ab Ill. *Instituto Nationali Gallico*, tum sic dicto, hodie Academiae Regiae Paris. Scient. nomen rursus gerente, Sociis litterarum commercio sibi coniunctis adscriptus, anno 1807. ab Inclyta Imperiali Russ. *Universitate Moscoviensi* Membri Honorarii, et a. 1811. ab Ill. *Academia Scient. et Art. Florentina*, quae Liburni residet, itidem Membri Honorarii Diplomate ornatus est, eodemque anno a Reg. Inclyta Academia Scient. Bavarica inter socios ordinarios extraneos receptus est.

Anno 1812., aetatis suae septuagesimo quarto, ipsaque die sua natali, id ei gratum faustumque evenit, ut iubilaeum semisaeculare dignitatis Doctoris Philosophiae et L. L. Art. Magistri, ante 50 annos impetratae, integris adhuc viribus in liberorum paucorumque familiarium privato, at ovante coetu celebraret, renovatumque Diploma ab ampliss. Ordine Philosophico acciperet; cui equidem epistolam gratulatoriam addideram. Anno 1815., quum Annorum quoque *Quinquaginta*, quibus munus *Professoris* gerere summi numinis benevolentia ipsi concessit, numerus completus esset huius quoque iubilaei Professoris quinquagenarii, quali ante eum nulli Professorum Erlangensium attingere datum erat, publica festivitate celebrandi, spem atque desiderium alebant filii et familiares, tam venerandum caput corona iubilari cinctum salutandi cupidi. At viri optimi modestia vetuit, filios talem iubilaei celebrationem expressis lit-

teris ab Universitate, aut proprio ausu a supremis rerum academicarum Moderatoribus, nedum a Rege Ipso, in aestimandis veteranorum tam diuturnis meritis iustissimo et in remunerandis benignissimo, petere: atque sic nemine superiorum in rei huius notitiam vocato, praeter spem et exspectationem factum est, ut bonus senex diem iubilaeum in museo suo inter suetos labores et in placido silentio, nullis gratulantium concursibus interrupto, suorum votis contentus transigeret.

Die 26. Octobr. eiusdem anni 1816., postquam adhuc per maximam diei partem tam ante quam post meridiem publico iuventutis scholasticae examini in Ill. Gymnasio nostrate ex Scholarchae munere interfuisset, ibique ex pavimenti frigore pedum graviorem refrigerationem passus esset, vix ex hoc actu regressus subitaneo morbo catarrhali cum insigni lassitudine correptus est. Accersitus ego, qui iam inde ex pluribus quam viginti annis curam valetudinis suae gesseram, initio morbum hunc [19.] haud gravem, nec a simplici febre catarrhali, quali saepe laboraverat, diversum putabam, nullis signis sinistris insolitisque praesentibus. At altera iam die manifestavit sese affectionis vis atque insidiosa gravitas; febrem enim iam esse inflammatorio-nervosam, non tantum pulmones, sed magis adhuc immo maxime cerebrum afficientem, nervorumque vim mire prosternentem, deprehendi.

Etenim haud veram nedum exquisitam adesse pneumoniam catarrhalem, sive ipsius pulmonum texturae vel vasorum pulmonalium bronchiarumve interiorem inflammationem, ex eo cognovi, quod respiratio usque ad penultimam vitae diem manserit aequalis, facilis, placida, profunda, quod tussis, etsi initio sat frequens facileque irritanda, haud tamen gravis nec dolorosa, nec intercepta vel spasmodica esset, quod porro sputorum pituitosorum haud mali moris nec unquam sanguine tinctorum sed talium potius, qualia in simplici pulmonum catarrho esse solent, exscreatio facilis et absque ullo pectoris dolore pungente vel comprimente, minimeque copiosa procederet, et quod nulla quoque nec loquendi difficultas, nec vocis sonorae alteratio vel demissio, nullum denique cubandi in utrovis corporis latere incommodum per omne morbi tempus observari posset. Pulsus cordis arteriarumque magni erant, solito validiores, pleni, sed molles, magis undulantes, haud nimis celeres, fereque semper aequales, ubi modo ab unius alteriusve ictus intermissione, qualem iam

longe antea ex senii natura saepius in ipso observaveram, discesseris.

Mox, tertia quartaque iam die, accesserunt mentis obnubilationes, deliria taciturna, carpologia et sopor; febre fere continenter aequali vi persistente, parumve saltem nec certis temporibus remittente. Interea crevit simul artuum debilitas, motuum voluntariorum asthenia, viriumque prostratio. In lucidioribus mentis sibi consciae intervallis de doloris, quem forte aliquo loco sentiret, sede et modo saepius quaesitus a me aegrotus, semper respondit, nihil nisi sinciput, in regione praesertim frontali sinistra, sibi dolere, premendo vel tundendo tamen magis quam pungendo aut lancinando; pectus vero, nisi quod praeter morem gravatum sit, doloris sensu liberum esse. Atque redeunte rursus sopore et paraphrosyne, ex qua, vehementius increscente vi morbi, difficilius tantum imperfectiusque resus citari potuit aeger, ipsum crebro vidi capitis regionem illam digitis tangere, quasi quid, quod aegre ferat, demere vellet. Aliquanto magis etiam calebat sinciput reliquo corpore, etsi huius quoque calor externus internusque per omnem morbi decursum naturalem solitumque sensiliter superaret, adeoque perduraret, ut neque in ipso agone diminutum ipsum, neque plus quam quadraginta post mortem horis elapsis in cadaveris aperti abdomine interno penitus extinctum sentirem. Initio cutis etiam madebat, et tertia morbi nocte sudor universalis modicus erumpebat, cum aliquo levamine, quo tamen rursus ex indusii haud satis cauta mutatione evanescente nullus amplius rediit. Caeterum alvus et urina segnius quidem parciusque iusto, at non ita difficulter nec male processere; prioris tamen clysmatibus ciendi aliquoties fuit necessitas. Nec sitis erat immodica, etsi solito maior; nec ciborum appetitus prorsus defecit, idque primis praesertim diebus, [20.] quamvis serius non nisi e statu soporoso excitatus aliquid nutrimenti tenuioris aeger sumserit. Sic etiam tabaci fumo sugendo, cui multum adsuetus erat b. Pater, adhuc in acumine morbi, fere iam inscius delectatus est. Lingua squalida initio, serius siccior, et tremula, nec tamen arida nec nigricans facta est. Oculi turbidi, quasi pulverulenti; caeterum adspectu naturales. Inde a quinto circiter die saepius faciliqque ex potu singultus accessit, per temporis minutum perdurans. Facies sensim, at non tantum, in lineamentorum tractu longior evasit.

Therapiae, quam morbus talis postularet, rationem methodumque hanc esse duxi, ut initio, quum affectionis natura, cerebrique ea inprimis, subinflammatoria magis (haud licet perfecte pureque phlogistica) esset, et inflammationem typhodeam ex metastasi vel propagatione irritationis catarrhalis e longo totius membranae Schneiderianae ad cerebrum anterius usque referret, temperatam et pro indole affectionis locique proxime affecti modificatam curationem antiphlogistica anticatarrhalem leniterque simul diaphoreticam instituerem, posteaque, quum crescente in ipso typhodeae inflammationis progressu sensorii nervorumque debilitate, et manifestius accedente spasmodica non solum nervorum trunci, sed diaphragmatis quoque passione, nervosi systematis exquisitius incitandi et erigendi, arcendaeque a cerebro eiusque et diaphragmatis nervis vasisque gangraenae paralyticae, accederet necessitas, ad moderatum nervinorum et analepticorum usum, revulsivis cutaneis et alvinis iunctis, transirem. At elusit morbi vis, senio adiutore, quaecunque artis praesidia, spemque servandi tam cari capitis. Etenim morbo potius rapide progrediente, ex singulari vastoque nervorum vagorum consensu versus diem quintam sextamque paraphrenitidem pariter malignam accessisse deprehendi. Frustra equidem in auxilium vocare studui remedia interna et externa, quae ad morbum complicatum et malignum adeo debellandum ex dictis rationibus idonea putabam. Initio scilicet, quum catarrhalis passionis natura adhuc praemineret, cerebrumque levius tantum affectum videretur, praescripsi eodem adhuc die 26. Octobr. liquorem Mindereri cum extracto hyoscyami, cardui bened., et kermete minerali, adiecta pro potu ptisana antiphlogistica et leniter eccoprotica, regimineque modice diaphoretico. Die 28. Oct. (tertia morbi) illius medicinae loco dedi tum mixturam ex rad. senegae et rad. valerianae infuso aquoso cum liquore ammonii anisato, tum alteram ex cortic. quinquinae decocto aquoso et rad. arnicae infuso aqu. cum liquore ammonii anisato pauciore compositam, et utramque mutuis vicibus sive alternis horis e cochleari maiore propinare praecepi. Tum, inflammatoria cerebri affectione clarius sese prodente, et simul sympathicae quoque diaphragmatis et τῶν μεταφρενῶν passionis similis vestigiis ex crebriore singultu levibusque circa os spasmis apparentibus, praemissa eccoprotica mixt. ex sale ammon. cum manna, dedi d. 31. Oct. pulveres ex

camphorae gran. II. et salis volatilis sicci gr. III, cum saccharo, et decoctionem quinquinae et cascarillae cum kermete min. Sequenti die praescripsi pulveres ex hydrargyri muriati mitis granis II cum kermetis grano dimidio, cuius loco postea camphoram ad calomel addidi, et iuxta hos pulveres decoctionem Quinae cum infuso aquos. r. serpentariae camphoraque mixtam. [21.] Praeterea dedi pro theae potu flores arnicae, cum flor. chamomillae, huicque iustis temporibus aquae vel ptisanae hord. cum acido phosphorico et syrupo modice mixtae potum interponi iussi. Ultimis diebus moschum dosi duorum triumve granorum, alternando huius cum modo dictis medicinis usu, ast incassum pariter, adhibui.

Neque, quod ad externa remedia attinet, omisi venaesectiones, bis inter quatuor priores dies factas, modicas licet, pro senio tam provecto viriumque remissione, in qua utraque phlebotomia sanguis missus corio modico obductus apparuit, et quibus factis nec in pulsu nec in cerebri affectu morbique reliqui statu mutati quid reperii. Nec sinapismorum et vesicantium ad nuchas, pectus, et suras applicationem, nec clysterum repetitorum et fomentorum ex aceto calido circa pedes usum neglexi. Nihil opis tulerunt neque hae, neque aliae dictae medicinae potionesve, diligenter propinatae. Accessere potius die sexta septimave singultus graviores, longiusque durantes, deglutiendi difficultas, postremo in paralysin pharyngis abiens, spasmi faciei, colli, brachii sinistri, et sensim totius lateris sinistri insigniores, et stertor. Oculi sinistri anguli tum materiem fundebant puriformem, et similis ac tenuior limpidiorque humor subinde ex naribus guttatim stillabat. Febre et asthenia sic magis magisque ingravescente, sensoriique vita iam ad extremum usque fracta, arteriarum tamen vi ad ultimum usque halitum praeter exspectationem valida manente, tandem placide et quasi somno se dans exspiravit venerandus senex animam, hora meridiana diei 2. Novembris, noni morbi, vitae annis LXXVII et aliquot mensibus insuper cum omnium bonorum plausu completis. — Sectio cadaveris, quam me praesente Exper. Dr. *Fleischmann* fecit, confirmavit quidem ex parte conceptam morbi diagnosin, quippe quum in aperto thorace pars dextra inferior diaphragmatis una cum adiacente pulmonis dextri parte infima rubore inflammatorio luculenter tinctae et suffusae apparebant; abdominis visceribus omnibus integris reper-

tis, nec etiam in reliqua pulmonum textura, neque in corde, quod naturali erat mole et compage, nec in arteriarum truncis, iusto licet rigidioribus, nec in pharynge aut larynge laesae vitiataeve structurae vestigiis patentibus. At princeps morbi nidus propterea tamen inexploratus mansit, quod ex iustis aliis causis capitis thecam osseam aperire cerebrumque dirimere noluimus.

Mortem, dum viveret, nunquam extimescens, futurae potius vitae beatitudinem certissima fiducia adspirans, sereno quoque vultu mortuus est; atque sic vere de optimi viri die suprema dici potuit:

Βιȣ δικαιȣ γιγνεται τελος καλον.

Index Scriptorum omnium beati *Gottlieb Christophori Harless*, secundum ordinem chronologicum.

[22.] §§. De Praeconum apud Graecos officiis diatribe. Ienae 1760. 4. — §§. *Gedanken von dem Zusande der Schulen u. ihren Verbesserungen.* ebend. 1761. 8. — §§. Praecones veteribus invisi, ibid. eod. 4. — §§. De sapientia in verbis quam armis prius quaerenda, ad Terent. Eunuch. 4, 7, 19. ibid. eod. 4. — §§. In Xenophontis Cyropaediam comment. crit., ibid. eod. 4. — §§. De nominibus Graecorum libellus. ibid. 1763. 8. — §§. De fato Homeri, Gotting. 1763. 4. — §§. Diss. de Iove Homeri. Erlangae 1763. 4. — §§. *Erlanger Real-zeitung*, Jahrg. 1763. 64. maximam partem. — §§. *Erlanger gelehrte Zeitung*, 1764. 65. redegit, multaque ibi recensuit. — Easd. ephemerides litter. Erl. iterum direxit a. 1796 — 98. — §§. Vitae philologorum. Vol. I — IV. Bremae 1764 — 72. 8. — §§. *Introductio in historiam linguae latinae.* ibid. 1764. Edit. II. 1772. 8. — §§. Diss. de originatione vocabuli Nurenberg. Erlang. 1764. 4. — §§. De ἐρσεφοϱιᾳ, festo Graecorum. ibid. eod. 4. — §§. Programm. de statuis Mercurio apud Graecos ante ianuas positis. ibid. 1766. 4. — §§. De pedantismo philologico, programmata IV. Coburg. 1766. et 1767. — §§. Gedanken von den Realschulen. Bremen 1766. 8. — §§. Prüfung der Gedanken, ob es vortheilhaft sey, mehrere Universitäten zu errichten? in 4 Programmen. Cob. 1796. 4. — §§. Coburgische politische Zeitung, Jahrgänge 1765. 1768. — §§. Gesammelte Nachrichten von dem Leben und den

Stiftungen des Coburgischen Kanzlers von Scherer, genannt Zieritz. ebend. 1766. 4. — §§. Positiones miscellae, Dissertatt. IV. ibid. eod. 4. — §§. De Galantismo aesthetico et philologico, dissertatt. IV. ibid. 1767 - 68. 4. — §§. *Chrestomathia graeca poëtica*, curavit et animadverss. illustr. Addita *Aristophanis* Comoedia, Plutus, e recensione Bergleri et cum eiusd. et Dukeri notis. ibid. 1768. 8. — §§. *Cph. Cellarii* orthographia latina, observatt. illustrata. 2. Tomi. Altenbg. 1768. 8. — §§. *Demosthenis* Oratio de Corona, cum variorum et suis animadverss. edidit. ibid. 1769. 8. — §§. Lectionum *Terentianarum* Specimina critica. Cobg. 1769. 1771. 4. — §§. Disp. Lectiones Terentianae. ibid. 1769. 4. (Fortgesetzt in Programmen.) — §§. Observatt. criticae in *Terentium*, *Phaedrum*, *Velleium Patercul.* et *Demosthen.* de corona. Progr. II. ibid. eod. 4. — §§. Von dem frühzeitigen Versetzen in den Schulen u. dessen schädlichen Folgen. ebend. 1769. 4. — §§. *Sucro's* kleine teutsche Schriften, herausgeg. von *G. Chr. H.* ebend. 1769. 8. — §§. Praecognita quaedam de interpretatione *Homeri*. Erlang. 1770. 4. — §§. De artificio et ornatu epistolae Pauli ad Philemon. ibid. eod. 4. — [23.] §§. Philologumena quaedam et philosophumena de opinione veterum de animo huiusque post mortem fatis. ibid. eod. 4. — §§. *Chrestomathia latina poëtica*, animadverss. illustrata. Altenb. 1770. 8. — §§. De interpretatione *Homeri* progrr. IV. Erlang. 1770 — 71. fol. — §§. De votis pro salute principum cum primis valetudinis caussa. ibid. 1771. fol. — §§. *Perizonii* animadversiones historicae. Altenb. 1771. 8. — §§. Progr. in locum *Ciceronis* de officiis L. II. cap. 16. Erlang. 1772. — §§. De feminarum conditione et auctoritate apud gentes quasdam, progr. ibid. eod. fol. — §§. De animis piorum ad coelestem musicam redeuntibus, secundum placita quorundam veterum philosophorum. ibid. eod. fol. — §§. *Ovidii* libri Tristium et e Ponto, cum suis et alior. excerptis animadverss. ibid. eod. 8. — §§. De medicis quibusdam heroicis Progr. ibid. eod. 4. — §§. *Quinctiliani* institutiones oratoriae, e recensione Rollini, addita lectionis varietate. Altenb. 1773. 8. — §§. *Opuscula* varii argum. Halae 1773. 8 mai. — §§. *Cornel. Nepotis* Vitae excell. imperatorum, cum animadv. A. van Staveren, *Harlesii* et *Kappii*. Erlang. 1773. 8. Edit. *altera* auctior et corr. 1800. 8. mai. — §§. De oculo Programmata IX. ibid. 1773 — 76. fol. — §§. Progr. in *Mo-*

schi Idyll. II. de raptu Europae. ibid. 1774. fol. — §§. *Antholohia latina poëtica.* Altenb. 1774. 8. — §§. *Anthologia graeca poëtica.* Norimberg. 1775. 8. Edit. II. Baruthi. 1792. 8. — §§. *Aristophanis* Comoedia, Plutus, et Coluthi raptus Helenae, cum varior. suisque animadverss. Norimb. 1776. 8. — §§. *M. T. Ciceronis* dialogi tres de Oratore; animadversiones interpretum excerpsit suasque adiecit. Norimb. 1776. 8. — §§. Spicilegium I. et II. ad Bowyeri et Schulzii collectionem coniecturarum in Nov. Test. Erlang. 1776. fol. — §§. Progr. super Coluthi carmine de raptu Helenae. Sectiones III. ibid. 1776. 77. fol. — §§. Auspicia Seminarii philologici et de eius forma ac constitutione progr. ibid. 1777. fol. — §§. Anzeigen u. Beurtheilungen akadem. u. anderer kleiner Schriften. 2 Bdchen. Frankf. u. Leipzig (Nbg.) 1777. 78. 8. (in Gesellschaft anderer Gelehrten.) — §§. *Chr. Gottl. Schwarzii* Dissertationes selectae, quibus antiquitates et iuris Romani nonnulla capita explicantur, collegit, recensuit et praefatus est. Erlang. 1778. 4. — §§. Lectionum *Venusinarum* specimina XIV. ibid. 1778 — 92. fol. — §§. *Introductio in historiam linguae graecae.* Altenbg. 1778. 8. *Editio altera.* ibid. 1792 — 95. II. Tom. in 8. mai. — §§. *Sallustii* bellum Catilinarium atque Iugurthinum, ex recensione Gottl. Cortii, c. praefat. Norimb. 1778. 8. Edit. *altera* auctior et emend. 1797. 8. — §§. *Fl. Eutropii* breviarium historiae Rom. recens. Laur. Reinhardus, *editio nova* correctior et notis criticis etc. aucta. ibid. eod. 8. — §§. De Dorismo Theocriteo progr. II. Erlang. 1779. fol. — §§. *M. T. Ciceronis Epistolarum* libri IV. a. Io. Sturmio olim collecta, nunc autem longe emendatius etc. in usum scholarum editi. Additae sunt seleatae quaedam epistolae Plinianae. — §§. *Vorrede* zu Joh. Paul *Reinhard's* Einleitung zu einer allgem. Geschichte der Gelehrsamkeit, *quam b. Pater edidit.* Erlangen 1779. 4. — §§. De interpretatione loci cuiusdam difficilioris in Aristotelis Art. Poet. Commentatt. II. ibid. 1779. 1780. fol. — [24.] §§. *Theocriti* reliquiae, graece et latine. Lips. 1780. 8. mai. — §§. *Andr. Sam. Geßneri* selectae exercitationes scholasticae varii argumenti, c. praefat. Norimb. 1780. 8. — §§. De vario eoque vero et falso usu philosophiae in scholis inferioribus progrr. VI. Erlangae 1780. 81. fol. — §§. *Bionis et Moschi*, quae supersunt, cum notis Io. Heskin integris, aliorumque selectis, graece et latine. ibid. 1780. 8. — §§. *Praefatio* ad Chrestomathiam oeconomicam collectam

a *C. Ph. M. Snell.* Gissae 1780. 8. — §§. *Aristotelis* de poetica liber, graece et latine. Lips. 1780. 8. mai. — §§. *Anthologia graeca prosaica.* Norimb. 1781. 8. — §§. *C. Valerii Flacci* Argonauticon libri VIII. c. nott. Petri Burmanni I. integris et selectis Lud. Carrionis aliorumque. Ex recensione et cum animadverss. Altenbg. 1781. 8. — §§. *Introductio in notitiam litteraturae Romanae,* inprimis scriptorum latinorum. Pars I. et II. Nor. 1781. 8. mai. et iterum Lips. 1794. 8. mai. — §§. Progr. de veterum ad deam Fortunam votis. Erl. 1782. fol. — §§. Kritische Nachrichten von kleinern theologischen, philosophischen, historischen u. philologischen Schriften. Bd. I. Stück 1. u. 2. Nürnb. 1782. St. 3. u. 4. Hof. 1783. Bd. II. St. 1. u. 2. 1784. St. 3. 1785. 8. (in Gesellschaft anderer Gelehrten.) — §§. De *Thaletis* doctrina de principio rerum inprimis de Deo, ad illustr. Ciceron. de nat. Deor. libr. I. cap. X. programmata III. ibid. 1783—84. fol. — §§. *Christ. Gottl. Schwarz* exercitationes academicae; collegit, recensuit et praefatus est. C. tabb. aen. Norimb. 1783. 4. — §§. Progr. super binis locis Ciceronis, de nat. deor. I. 34. et orat. Verr. I. 13. Erl. 1784. fol. — *M. T. Ciceronis* Orationes *Verrinae* ex recensione et cum animadverss. Acced. Q. Asconii Commentationes. P. I. et II. ibid. 1784. 8. — §§. Progr. de quibusdam pietatis exemplis, qua matres et aviae publice privatimque adfectae sunt. ibid. eod. fol. — §§. *Iuliani* Imperatoris Caesares. Ex recens. et cum adnotatt. suis. ibid. 1785. 8. — §§. *Himerii Soph.* oratio, qua laudes urbis Constantinopoleos et Iuliani Aug. celebrantur. E recens. et cum comment. *Gottl. Wernsdorfii.* ibid. eod. 8. — §§. *Thom. Tyrwhitt* diss. de Babrio fabularum Aesopiarum scriptore. Edit. II. cum praefat. ibid. 1785. 8. — §§. In *Eudociae* violarium observationum specimen; progr. ibid. eod. fol. — §§. Fortgesetzte kritische Nachrichten, Bd. I. St. 1. u. 2. Halle 1785. Bd. II. St. 1. u. 2. 1786. 8. — De commutatione felici infelicium casuum et publicarum calamitatum progr. I — IV. ibid. 1785 — 86. fol. — §§. De *Aristophanis* comoedia, *Nubes* inscripta Progrr. IV. ibid. 1787 et 88. fol. — §§. *S. Aurel. Victoris* historia Roman. Ex recens. Io. Fr. Gruner. cum animadverss. ibid. eod. 8. — §§. *Thom. Tyrwhitti* coniecturae in *Strabonem.* Curavit et praefatus est. ibid. 1788. — §§. *Aristophanis Nubes,* graece et latine, una cum scholiis graecis. Edidit et animadverss. illustravit. Lips. 1788. 8. mai. — §§. De

Empedocle, num ille merito possit magis accusari, programmata III. Erlang. 1788 — 90. fol. — §§. *Brevior notitia litteraturae Roman.* Lips. 1789. 8. — §§. *Io. Alb. Fabricii Bibliotheca Graeca*, sive notitia scriptorum graecorum, quorumcunque monumenta integra aut fragmenta edita exstant etc. Editio IV., varior. curis emendatior atque auctior, continuata, [25.] magnam partem in novum ordinem digesta, et numerosissimis commentariis et additam. instructa a. b. *Patre.* Vol. I. Hamb. 1790. Vol. II. 1791. Vol. III. 1793. Vol. IV. 1795. Vol. V. 1796. Vol. VI. 1798. Vol. VII. 1801. Vol. VIII. 1802. Vol. IX. 1804. Vol. X. 1807. Vol. XI. 1808. Vol. XII. 1809. 4. mai. — §§. Progr. comparatio perturbationis Galliarum provinciarum cum Atticis quondam. ibid. eod. fol. — §§. De caussis quibusdam perturbationum in imperiis, progr. ad natal. regis Frid. Wilhelmi II. ibid. eod. fol. — §§. *Chr. Gottl. Schwarz* opuscula quaedam academica varii argumenti; collegit atque praefatus est. Cum tabb. aeri incisis. Nor. 1793. 4. — §§. De ortu et fatis Universitatis litterarum Friderico-Alexandrinae, commentationes I — XIV. Erl. 1793 — 1800. fol. — §§. Geo. Heinr. Martini akademische Vorlesungen über die Litterärarchäologie, nach Anleitung des Ernestischen Lehrbuchs, durchgesehen u. mit Anmerkungen begleitet (sine nominis sui additione). Altenb. 1796. gr. 8. — §§. *Supplementa ad breviorem notitiam* litteraturae Romanae, inprimis scriptorum latinorum. Pars *prior.* Lips. 1799. Pars *posterior.* 1801. 8. — §§. *Ricard. Dawes* miscellanea critica. Iterum edidit, curavit et appendicem adnotationis adiecit *Thom. Burgess.* Tertium edidit et praefatus est. Lips. 1800. 8. mai. — §§. De memorabilibus quibusdam bibliothecae academicae Erlangensis. Commentatt. I — XII. Erl. 1800 — 1813. fol. — §§. *Notitia brevior litteraturae Roman.*, inprimis scriptorum latinor., in usum scholarum conscripta. Lips. 1803. 8. — §§. *Supplementa ad introductionem* in historiam linguae *graecae.* Tom. I. Ienae 1804. Tom. II. 1806. 8. mai. — §§. Progr. de recentissimis fatis universitatis litterarum Friderico-Alexandrinae comm. I. Erl. 1805. fol. — §§. *Cornel. Nepotis* vitae excellentium imperatorum. Cum animadverss. Io. Andr. Bosii. Varias lectiones, notas et praefationem addidit Io. Frid. Fischer. Editio nova multo auctior et emendatior. Lips. 1806. 8. mai. — §§. *Brevior notitia litteraturae graecae* inprimis scriptorum graecorum ordini temporis accommodata, in usum studiosae iuventu-

tia. Lips. 1812. 8. — §§. *Demosthenis* oratio pro corona. Editio nova, multo auctior et emendatior. Lips. 1814. 8. mai. — §§. *M. T. Ciceronis* de Oratore dialogi tres. Iterum edidit cum auctioribus suis animadverss., multoque emendatius b. *Pater*. Lips. 1816. 8. mai. (Opus posthumum.)

Scripsit porro virorum clarorum, tum olim in Universitate nostrate ipsius Collegarum, tum Principum regnantium, *Memorias vitasque* sequentes: Memoria I. G. *Kraftii*, Erlang. 1772. fol. — Mem. I. Ph. *Statii Mülleri*, Erlang. 1776. fol. — Leben des verst. Prof. *Statius Müller*, das. 1776. 4. — Mem. I. M. *Seidel*, ib. eod. fol. — Mem. I. R. *Kießlingii*, Erlang. 1778. fol. — Mem. I. P. *Reinhardi*, Erlang. 1779. 4. — Mem. Io. I. *Schierschmidii*, ib. 1779. 4. — Mem. C. W. *Büirette ab Oehlefeld*, ib. 1782. fol. — Oratio in memoriam *Eiusdem* habita. — Mem. S. G. *Succovii*, ib. 1786. 4. — Prolusio ad exsequias *Friderici* II. Boruss. Regis. Erl. 1786. fol. — Mem. A. S. *Schott*. ib. 1787. 4. — Mem. I. E. *Pfeifferi*, ib. 1787. 4. — Progr. ad exsequ. *Frider. Carolinae Marggraviae* Brand. Erl. 1791. fol. — Mem. H. Fr. *Delii*, ib. 1791. 4. — [26.] Mem. I. Chr. *Rudolph*, ib. 1792. 4. — Mem. I. F. *Isenflamm*. Erlang. 1793. 4. — Mem. I. Ph. I. *Rudolph*, ib. 1797. 4. — Progr. ad exsequ. Regis *Frid. Wilhelmi* II., de vita et meritis eiusdem. ibid. 1798. fol. — Progr. ad laudat. funebr. *Alexandri*, *Marggrav.* Brand., de vita ac meritis huius principis. Erl. 1806. fol. — Mem. G. Fr. *Seileri*, ib. 1807. fol. — Mem. I. W. *Rau*, ib. 1807. 4. — Mem. I. B. *Geigeri*, ib. 1809. 4. — Mem. I. Chr. D. *Schreber*, ib. 1811. 4. —

Praeterea *Epistolas* adiecit ad calcem plurium *Dissertationum philologicarum*, ex ipsius consilio scriptarum, et sub *ipsius praesidio* a Sociis quondam Seminarii philologici pro obtinendo Magistri LL. AA. gradu publice deinceps defensarum: ita Dissertationibus V. V. Cl. Cl. I. G. *Papst*, (b. Patris postea Collegae amicissimi, nunc Decani Zirndorfensis et Theol. Doctoris summe venerandi), *Maurer*, *Besenbeck*, *Stieber*, (nunc Professoris Onoldini meritissimi), I. Chr. *Kapp*, Chr. Fr. *Ammon* (qui Vir Summe Venerabilis, litterarum humaniorum linguarumque vett. cognitione haud minus ac theologicae doctrinae copia insignis, Dissertationem suam, de *Ammonio Grammat.*, huius auctoris editioni, ab ipso paulo post publici iuris factae praemiserat), *Wucherer*, *Prinzing*, et al.

Denique b. *Parens* non solum scripsit numerosas *Orationes latinas*, ab ipso e rostris academicis in celebranda Academiae solemnia, principum natalitia, exsequias, etc. recitatas; nec non *poemata* quaedam gratulatoria; sicut etiam ex muneris ratione omnia *decreta et promulganda academica*, quotquot nomine senatus academici *latino sermone* e valvis publicis declaranda erant, inde ab a. 1770 — 1816. ab ipso exarata sunt: sed *multorum quoque librorum epitomes et censuras* exhibuit in ephemerid. litter. Erlangensib., et in aliis quibusdam.

Praeter magnam orationum modo memoratarum partem *reliquit* b. Parens multitudinem *annotationum* et *collectaneorum litterar.*, ad varios auctores vett. graecos latinosque, inprimis ad *Qu. Curtium* (cuius editionem diu solliciteque praeparaverat) facientium, nec non *supplementa*, ad Fabricii Bibl. Gr., uti quoque ad Introductiones suas in Hist. Litt. Gr. et L. Rom. et ad utramque Notitiam suam breviorem etc. denuo edendas diligenter collecta. Ex quibus b. Patris *reliquiis litterariis*, manu sua scriptis anecdotisque, forsan proxime sequentibus annis, si Deus vitam viresque et otium mihi dabit, selectiora et ad usum eruditorum insignius facientia, in unum alterumve volumen colligere et in publicum edere equidem studebo, addita, uti certe in votis est, sylloge annotationum doctarum, philologici argumenti, quae in *epistolis* complurium virorum clarorum, ad b. patrem scriptis, dispersa inveniuntur. Cui proposito, suo tempore explendo iuvandoque faveant, velim, iidem Viri clari et de studio philologico doctrinaque solidiore meritissimi, qui beatum Patrem favore, consilio, et operibus suis egregie adeo exstruxerant, et quorum haud ita pauci filium quoque heredem favoris et amicitiae, quam cum Patre contraxerant, facere non recusant.

XLVI.

Varietas lectionis codicis Biblioth. Reg. *Havn.* N° 3549 in 8vo collati cum editione *Euripidis* Porsoniana Lipsiae iterum repetita 1807 in *Hecuba*, *Oreste* et *Phoenissis*.

Codex, de quo iam supra dixi nonnulla, multis in locis lectu non facilis est, partim ob scripturae compendia, partim ob temporis iniuriam. Mendis non paucis inquinatur in ipsis

vocabulis, multo tamen pluribus in accentus metrique ratione. In choricis α Doricum saepe non habet, saepius habet quidem, sed ita, ut, in extrema praesertim syllaba, η superscriptum sit; qua de re fateor me raro monuisse. Fateor quoque, me iota subscriptum, quod codex interdum praebet, saepissime omittit, fere semper posuisse. Glossae interlineares, quae in Phoenissis raro occurrunt, omnino scriptae sunt negligentius atque atramento dilutiore, adeo ut passim vix legi possint, non paucis in locis plane nequeant. Earum tamen nonnullas apposui, quae potissimum usum aliquem criticum habere viderentur. Ceteras vero perquirere, cum nuper A. Matthiae V. Cl. multas e codicibus ediderit, vix operae foret, pretium; *) pauca enim nova continent, ut Or. 1366 τριγλύφους, παραθύρια, et saepe sunt ridiculae, ut ubi βούλεσθαι, ὁρᾶν et similia explicando satagunt. Scholia marginalia exiguo sunt numero, et, praeter pauca ad Hecubam eaque fere evanida, solum ad initium Phoenissarum pertinent. Horum quaedam, quae non sine molestia perlegi, a Matthiaeo iam aliunde prolata reperi; uno tamen loco eius editio hinc suppleri potest: vol. V. p. 17. not. l. 2-3 pro οὐδὲ πεποίηνται lege οὐδεμίαν φροντίδα πεποίηνται.

1. Ex *Hecuba*.

V. 4 *Πριάμου τε*] cod. *Πριάμου τὲ*. 7 *Θρῃκίου*] *Θρηικίου*. 8 *Χερσονησίαν*] *χερρονησίαν*. 11 *πέσοι*] *πέσῃ*. 30 *ἄκλαυστος, ἄταφος*] *ἄταφος, ἄκλαυστος*· cum superscripta nota: *πρωθύστερον τὸ σχῆμα.* 39 *ἐναλίαν*] *εἰναλίαν*. 44 *τῷδ' ἐμὴν ἐν ἤματι*] *τὴν ἐμὴν τῇδ' ἡμέρα*. 53 *ὑπὲρ*] *ὑπὸ*. 56 *δούλειον*] *δούλιον*. 58 *τῆς* abest. 60 *νῦν ὁμόδουλον*] *τὴν ὁμόδουλον νῦν*. 61 *πρόσθε*] *πρόσθεν*. 63 *αἰρετέ μου*] *αἰρετε*. 66 *διερειδομένα*] *διερειδομένη*. 69 *αἴρομαι ἔννυχος*] *αἴρομ' ἔννυχος*. 73 *ἂν*] *ἣν*. 75 *Πολυξείνης τε*] *πολυξείνης τὲ*. 79 *ἄγκυρ' ἔτ' ἐμῶν*] *ἄγκυρά τ' ἐμῶν*. 81 *πατρίου*] *πατρῴου*. 88 *ἢ*] *καὶ*.

---

*) Selectas quasdam glossas ex Hecubae initio exempli causa proponam. V. 9 *δορὶ· ἐν ἐξουσίᾳ*. 11. *πρῶτον γὰρ ἥ τε αὐτοῦ πόλις Δαρδανία, εἶτα Ἴλιον, ἔπειτα Τροία ὠνόμασται.* 15 *νέῳ· ἁπαλῷ*. 23 *θεοδμήτῳ· θεοκίστῳ* (f. *θεοκτίστῳ*). 37 *τύμβου· σχῆμα περιβολῆς ἄνω τοῦ τάφου.* 42 *ἀδώρητος· ἀφιλοτίμητος, ἀδεξίωτος.* 57 *ἀντισηκώσας· ἀνατρέψας, ἀντιφορτίσας, ὅ ἐστιν ἰσόρροπα τοῖς καλοῖς κακὰ προσέθηκε.* 65 *σκίπωνι· ῥάβδῳ, ἀπὸ τοῦ σκηρίπτω τὸ ἐπιστηρίζω, ἢ ἀπὸ τοῦ σκεδαννύειν τὰ ἵπτοντα ἢ βλάπτοντα.* 70 *δείμασι, φάσμασι· δειμαλέοις* (cod. — *λαίοις*) *φάσμασιν.* 77 *ἔμαθον, ἐδάην· ἀκριβῶς ἐγνώρισα.* 78 *χθόνιοι· ἐπίγειοι.* 82 *νέον· δεινόν.* 85 *ἄλλαστος· ἀτάραχος.*

89 κρίνωσιν] κρίνωσ'. 94 ἦλθ'] ἦλυθ'. 103 ἀπελαυνομένα] ἀπελαυνομένη. 107 ἀραμένα] αἰρομένα. 108 κήρυξ] κῆρυξ. 110 Ἀχιλεῖ] ἀχιλλεῖ. 118 ξυνέπαισε] συνέπεσε. 147 ἱκέτις] ἱκέτης. 152 φοινισσομέναν] φοινισσομένην. 160 ὤ μοι μοι] οἴμοι οἴμοι. 164 ἢ ταύταν] ἢ ταύταν. 166 ἦ δαίμων ἔστ' ἐπαρωγός] ἢ δαιμόνων ἔστ' ἀρωγός. 171 τλάμων] τλᾶμον. 176 εἰδῇς] ἴδης. 182 ὤ μοι] οἴμοι. 183 τί με δυςφημεῖς; φρ.] τί δυςφημεῖς φρ. 184 αἲ bis] αἲ quater. Ibid. ψυχᾶς] ψυχᾶς πέρι. 190 ἀγγέλλεις] ἀγγέλεις. 191-2 κοινὰ ξυντείνει] κοινῇ συντείνει. 193 Πηλείδα] πηλείδου. 194 φθέγγει] φθέγγῃ. 198 ἀγγέλλουσ'] ἀγγέλουσ'. 200 παντλάμων] παντλᾶμον. 201 βιοτᾶς] βιοτῆς. 204 ὤρσέν τις] ὦρσέ τις. 206 γήρᾳ] γήραι. 207 ξυνδουλεύσω] συνδουλεύσω. 208 οὐρειθρέπταν] οὐρειθρέπταν. 212 σκότον] σκότῳ. 215 σὲ μέν, ὦ μᾶτερ, δύστανε βίου] καὶ σὲ μὲν μᾶτερ δυστάνου βίου. 218 μετακλάομαι] μετακλαίομαι. 219 ἐκύρησεν] ἐκύρησσε. 229 δρᾶσον] δράσεις. 230 χερῶν] χειρῶν. 231 γίγνωσκε] γίνωσκε. 236 ὤλεσέν με] ὤλωσέ με. 247 κατεῖπ' ἐμοί] κατεῖπε μοί. Versus 253 et 254 in codice leguntur ante vv. 251-52. 255 οὔκουν κακύνει] οὐκοῦν κακύνῃ. 260 οὐ φροντίζετε] οὐ γινώσκετε. 261 λέγητέ τι] λέγοιτέ τι. 268 ἥδε γ'] ἥδ'. 269 τάφῳ προσφάγματα] τάφων πρόσφαγμα. 270 ὤλεσέν νιν] ὤλεσέ νιν. 271 αἰχμάλωτον] αἰχμαλώτων. 278 γραίας — παρηΐδος] γεραιᾶς — παρειάδος. 282 μηδὲ] μὴ δέ. 287 πράξειν] πράσσειν. 293 ἃς τοπρῶτον] ἃς πρῶτον. 294 βωμῶν] βωμὸν. 296 τοῖσι δούλοις] τοῖς δούλοισιν. 297 λέγῃς] λέγῃ. 299 αὐτὸς] αὐτὸς, sed cum glossemate ἴσος. 309 τίς] οὐκ. 310 οὔκουν] οὐκοῦν. Post v. 326 quia periit folium, desunt 30 versus. 326 εἰσὶν] εἰσί. 367 κερκίσιν] κερκίσι. 372 Ἅιδῃ] ἀΐδῃ. 373 Ὀδυσσεῦ] μ' ὀδυσσεῦ 374 ὁρῶ] ἐρῶ. Sed fuit ὁρῶ, quod manus serior mutavit. 377 μήτε] μὴ δέ. 378 κατ' ἀξίαν] καταξίαν. 385 ὄνομα] τοὔνομα. 391 ἐγὼ ἔτεκον] ἐγὼ τέκον. 392 ὤλεσεν] ὤλεσε. 397 πῶμ'] πόμ'. 400 πολλή γ'] πολλὴ δ'. 402 ὅπως] ὅπως, sed c. gl. οὕτως. 408 σὺ δ', ὦ] σὺ τ' ὦ. 412 πείσει] πείσῃ. 417 δέχει] δέχῃ. 427 ἄγγελλε] ἄγγελε. 429 ἀθλία] ἀθλίας. 430 χαῖρε, Κασάνδρα] χαῖρ' ὦ κασάνδρα. 431 οὐκ ἔστιν τόδε] οὐκ ἔστι

οι

χαρά. 441 Ἀχιλλέως] ἀχιλλέος. 442 μου] μου. 444 φίλαι]

η

φίλα. 448 αὔρα, — αὔρα] αὔρα — αὔρα. 450 λίμνας] λίμνης. 451 μελέαν] τάλαιναν. 454 ἦ] ἢ c. gl. ἄρα. 456 καλλίστων] τὸν καλλίστων. 459 νάσων] νᾶσον. 466 ξὺν Δηλιάσιν τε κούραις] σὺν δηλιάσι τε κούραισιν. 471 καλλιδίφροι] καλλιδίφρου. 472 κροκέῳ] κροκαίῳ. 482-3 τυφομένα, δορί-

η

ληπτος πρὸς Ἀργείων] τυφομένα, δορίκτητος ἀργείων. 486

P. 299. *hi qui ingrediuntur ad studium.* S. *Lambin* in den Noten Tom. 1. p. 316. der Ausgabe von 1566. - C. 33. §. 149. *qui audierunt.* - §. 150. *non iniuria.* Pro Cluent. c. 40. §. 110. *neque iniuria.* Pro Planc. c. 9. §. 24. *neque iniuria.* II. de Off. c. 11. §. 38. *nec iniuria.* §. 151. *omnique arte ingenii.* - P. 300. §. 153. *inhibuerint.* Vgl. *Joh. Fr. Gronov* Observatt. IV, 26. p. 819 ff. der Leipziger Ausgabe. - C. 34. §. 154. *in quotidianis autem concitationibus.* Lambin empfiehlt *concertationibus.* - *postquam animadverti.* - *hisdem verbis.* - §. 155. *quae legeram Graece.* - P. 301. *attamen.* - §. 157. *in* fehlt vor *clamorem* u. vor *aciem;* beide Male irrig. - §. 158. *in quacunque re.* - §. 159. *libandus est ex omni genere.* Lambinus in Übereinstimmung mit der zweiten u. dritten Gudischen, *libandus est etiam.* - *spargatur.* - *si quemcunque.* - C. 35. §. 160. *his qui aderant.* - P. 302. §. 161. *in me hercule ipsum attendo.* Aus *Nonius,* (II, 20. p. 523. Gothofr.), der Venedischen Ausgabe v. 1476. empfiehlt sich, *id mehercules, inquit, ipsum attendo.* - *vim et incitationem.* - *venerim.* - *nec hoc.* - *atque vidisse.* - §. 162. *quid faceres, si in aliquam domum plenam ornamentorum venisses.* - *transsennam.* - *et suo quidquam in loco.* - §. 163. *quae ista forsan.* - P. 303. §. 164. *contigit ut ne gravere.* - C. 36. §. 165. *uti hi.* - *an tu.* - *de rationibus his quibus hominum mentes et incitantur et reprimuntur.* Vgl. Görenz bei I. de Finn. c. 3. §. 10. Opp. Philos. Tom. 3. p. 13. - *ipso nostro.* - §. 166. *Potes inquit igitur Crassus (ut alia omittam innumerabilia et*

immensa ut et ad ipsum civile ius tuum veniam) oratores putare eos, quos multas horas expectavi, cum in campum properarem. - *turpicule* (so). Cod. Gud. C. *turpitudele*, aber *d* in *t* korrigirt. - §. 167. *ego vero istos inquit oratores non esse puto.* - *dignos vix putare.* - *non defuit illis patronis eloquentia, inquit Crassus.* - P. 304. *iuris civilis scientia.* - *quod esset in actione.* - C. 37. 168. *in his paucis diebus.* - *Q. Pompei.* - *intelligebam.* - *ante petitam pecuniam esse.* Nonius (II, 476. p. 558. Gothofr.) in dem Venedischen Drucke v. J. 1476. *Non intelligebat, ut si illi inficiatores probassent iudici, ante petitam esse pecuniam, quam esset coepta deberi.* - *antea non venisset.* - §. 170. *et multis aliis rebus.* Sodann fehlt auch hier *et* vor *ornatum*, so wie *tum* vor *praecipue.* Die richtige Lesart findet sich in der *ersten* Gudischen Handschrift, wiewol durch einen Irrthum entstellt, der bei gleichlautenden Sylben oder Wörtern gewöhnlich vorkommt. *Lambin* hat, wie immer, das Bessere. - P. 305. *fratri.* Die *Ernestische* Note ist, wie so manche andere, aus dem Texte der *Lambinischen* Ausgabe v. 1566 zu berichtigen. *illi arte.* - C. 38. §. 172. *si hac scientia iuris.* - §. 173. *ususcapionum.* - P. 306. *fluminum.* - *civis an peregrinus servus an liber quispiam sic* (so). - §. 174. *quinqueremis aut etiam maioris.* - *tum mihi.* - *et cum obsignes.* - *in ausino ponto.* - §. 175. *quod tandem mos est.* - *heredem fecisset.* - *venisset.* - P. 307. C. 39. §. 176. *quid quaque de re.* Vgl. *Luisin.* Parerg. III, 13. in Thes. Crit. Gruter. Tom. III. p. 486. - *dicerent redisse.* - §. 177. *item* fehlt. - *certum esse.* - *cui* für *qui.* S. Terent. Scaur. p. 2261. Putsch. u. *Conr. Schneider's* Elementarlehre der Lat. Spr. Bd. 1. S. 321. ff. - *cui Romam exulare ius non esset.* - *applicuisset.* - §. 178. *Marcus marius gaditanus.* - *deberet.* - §. 179. *Fusius enim.* S. bei II de Off. c. 14. §. 50. p. 476. Heusing. - *conspici possit.* - *via* vor *quamvis.* Gefsner führet im Thes. L. L. Tom. III. p. 566. *ita quamvis* an. - §. 180. *clarissima marci Curii causa m.* - *Componii.* - *homo omnium ditissimus.* - P. 308. *antequam in tutelam suam veniret.* S. *Jac. Fr. Heusinger* zu III de Off. c. 19. §. 75. p. 710. - *esse non posse.* - *ego licet defenderem eum hac tamen* - *mente fuisse.* - *in tutelam non iret.* Das heifst, wie in der zweiten u. dritten Gudischen Handschrift wirklich steht, *veniret.* - C. 40. §. 181. *si. C. mancinium.* - *eum* fehlt nach u. wegen *cum.* S. oben zu §. 170. *dedisset.* - *rupilius*, der Vorname fehlt. - *quia memoriae sic esset proditum.* Brut. C. 1. - §. 3. *memoriae*

proditum est. Das. C. 10. §. 39. *memoriae proditum est.* C. 84. §. 289. *ita memoriae proditum esse.* IV. Accus. §. 103. *quin etiam hoc memoriae proditum est.* Pro Manil. c. 14. §. 41. *falso memoriae proditum videbatur.* I Philipp. c. 5. §. 11. *memoriae proditum est.* II de N. DD. c. 2 §. 8. *memoriae proditum est.* I de Divinat. c. 26. §. 55. *memoriae proditum est.* An allen diesen Stellen, so viel ich weifs, keine Variante. Lael. c. 11. §. 39. *memoriae proditum est.* Im Hahnischen Drucke v. 1469 *memoriae traditum est.* Also wie pro Mur. c. 28. §. 59. *nam traditum memoriae est.* III Parad. c. 2. §. 1. *Istum doctum et sapientem virum fuisse memoriae traditum est.* - *dedisset.* Das Gegentheil, ebenfalls im Hahnischen Drucke v. J. 1469, Somn. Scip. c. 7. §. 18. Vol. IV. P. 2. p. 1090. Ern. *neque sermonibus volgi dederis te.* - §. 182. *in* fehlt vor *crimine.* - *possit.* - *inferiorique ordine.* - *redisset.* - §. 183. *quaeritur is qui domum domini voluntate census sit, si non conditum lustrum, sitne liber? continuone an tribus lustris conditis liber sit?* - P. 309. §. 183. *cumque quaereretur.* - *de huius matre.* - *in* fehlt vor *concubinae.* - C. 41. §. 186. *a Cn. Fabio.* S. *Conr. Schneider's* Elementarlehre der Lat. Spr. Bd. 1. S. 226. ff. - *habet* — *ex his rebus.* - §. 187. *ut dicam.* - P. 310. C. 42. §. 187. *et numeri.* - §. 188. *aequalitatis.* Gewöhnlicher Irrthum. S. die Varianten zu I de Off. C. 25. §. 88. u. an andern Stellen. - §. 189. *id est.* - *generibus his.* - *subiciuntur* (zu §. 28.) *omnia quae sunt.* - *habent.* - *rerum earum.* - §. 190. *hisce ergo rebus.* Nicht minder gewöhnlicher Irrthum. S. *Drakenborch* bei Livius XXXVII, 53. - *dispartiat.* Gut. Vgl. *Joh. Mich. Heusinger* bei Nepos Eum. c. 2. §. 1. p. 207. u. bei Cicero I de Off. c. 26. §. 92. p. 221. - *perfectamque artem.* - §. 191. *repleri istam iuris civilis scientiam.* - P. 311. C. 43. §. 191. *discesseris nemo de his.* - §. 192. *omnia enim sunt.* Richtiger die erste u. zweite Gudische, *omnia sunt enim.* So, nach einer sicheren Verbesserung, oben C. 25. - §. 114. *inseri quidem et donari ab arte non possunt; omnia sunt enim illa dona naturae.* II de. Devinat. C. 6. §. 17. *ea enim praedicunt, quae naturae necessitas perfectura est.* Wobei *Hottinger* p. 181. „*Davisius, ea praedicunt enim, nescio unde.*“ Ganz richtig; aus Cod. Gud. 2. u. Cod. Rehdiger. Vratisl. vgl. *Görenz* bei II de Finn. c. 21. §. 68. opp. Philos. Vol. III. p. 225. - *atque foro.* S. zu §. 36. - *litteris ac voluminibus magnis continetur.* - *tata.* - *commutatis verbis.* - *hisdem.* - §. 193. *nam si quem*

haec aliena studia delectant. - *omni* fehlt vor *iure.* vgl. (*Dan. Wyttenbach.*) Bibl. Crit. Amstelod. Vol. I. P. I. p. 14. - *hosce habet fontis.* - *in iure civili.* - §. 194. *maximam.* - *iustus ac honestus.* - *vinclis, ignominiis.* Über jene Form, als die vorzüglichere s. *Heusinger* zu I de Off. c. 35. §. 129. p. 301. f. - *cohercere.* - C. 44. §. 195. *ubertate utilitatis.* - P. 312. §. 197. *ceteris hominibus.* S. *Jac. Fr. Heusinger* bei I de Off. c. 22. §. 76. p. 184 f. - *his ergo de causis.* - *his qui.* - C. 45. §. 198. *his qui ei.* - *non ut apud Graecos.* - *hi qui apud illos grammatici vocantur.* Edit. Ven. a. 1485. *pragmatici*; was die beiden Gudischen B. C. bestätigen. - *amplissimus atque clarissimus vir,* - P. 313. §. 198. *repetissent.* Lambin u. zwei Gudische Handschriften *reperissent.* - *de* fehlt vor *iure.* - §. 199. *iam inde ab adolescentia.* - *a solitudine.* Die Lesart *ista ab solitudine* vertheidigt *Joh. Aug. Görenz* zu I Acadd. c. 2. §. 8. opp. Philos. Vol. II. p. 15. - *phytius.* - *consilium expectant suarum summarum rerum incerti.* - *compotes consilii.* - C. 46. §. 201. *et* fehlt vor *iccirco* auch in dem *Venedischen* Drucke v. 1485. - P. 314. §. 201. *ratio et scientia tamquam aliqua materies his oratoribus.* - §. 202. *qui primus.* - *ut et ipsum, quod est hominis proprium, non factum per nos sed divinitus ad nos perlatum videretur.* - *iudiciorum* fehlt. - *labentem languentemque.* - *in* fehlt vor *improbos.* S. zu §. 170. - *quecunque — postulant.* Vgl. *Jac. Fr. Heusinger* zu I de Off. c. 30. §. 106. p. 248. - §. 203. *ab his.* - *haurietis.* - *dixissem* (für dux essem) *quod et infinitum est.* Ernesti: „*videtur esse legendum e s s e t.*" Sehr irrig. Vgl. *Ruhnken.* bei Velleius II, 42. p. 98. Clud. - C. 47. §. 204. *cohortationem suam.* - *percipiendaeque veritatis.* - *his.* - P. 315. §. 206. *eciam quod tu intelligas senciemus.* - C. 48. §. 207. *equidem* fehlt. - §. 208. *audatius.* - *sed* fehlt vor *in rem usu.* - *quaesiveritis.* - §. 209. *tum Crassus inquit, Perge modo.* - P. 316. §. 209. *de quo agitur intelligent.* - §. 210. *quidam* fehlt vor *belli.* - *Epaminundam hanibalem.* Vened. 1485. - *Epimenidem.* - §. 211. *sin autem quaeremus.* Diesen Irrthum verbessert schon der Venedische Druck von 1485 in *quaereremus.* Woher wiederum *Ernesti's* Anmerkung zu dieser Stelle (Nr. 61.) nach ihrem eigentlichen Werthe berichtigt werden muſs; besonders der Zusatz: „*talia s i n e l i b r i s corrigenda.*" S. die Praef. Vol. Rhet. p. XII. oben. - *morandam.* - *diffinirem* (so immer). *rem hoc modo.* Das Gegentheil von §. 170. - *augeretur teneret hisque uteretur.* - *tum — tum.* - §. 212. *et* fehlt vor *consuetudinis.* Der Venedische Druck

v. 1485. *consuetudinisque*, was sich vielleicht noch mehr empfiehlt. - P. 317. §. 212. *et ad agendum*. Vgl. pro Mur. c. 9. §. 19. *et* fehlt vor *ex eo* u. nach *esset*. S. §. 170. - *m. manilium*. - c. 49. §. 212. *possum*. - *quod non amplius a quoque*. - *ipsi*. - *appellatur*. - §. 213. *qui et verbis*. Auch aus dem Vened. Drucke v. J. 1485, den beiden Gudischen Handschriften (in der *ersten* fehlt dieser Theil des Buches) u. der *Lambinischen* Recension v. 1566. III Catil. c. 6. §. 10. *Introductus Statilius cognovit signum et manum suam*. Zu verbessern aus der Gudischen Handschrift, dem Venedischen Drucke v. 1470., was auch Lambinus aufgenommen, *cognovit et signum et manum suam*. Pro Deiot. c. 14. §. 39. p. 1443. *familiaritatem consuetudo attulit, summam vero necessitudinem magna eius officina in me et in exercitum meum effecerunt*. Richtiger im Vened. Drucke v. 1470. *et in me et in exercitum meum*. II Philipp. c. 15. §. 38. p. 1480. *Sed et ego quid ille, et contra ille quid ego sentirem et spectarem videbat*. Lambin. Ausg. v. 1566. *quid ego et sentirem et spectarem*, III. Tuscc. c. 3. §. 6. p. 359. *quamquam de universa philosophia quantopere expetenda esset et colenda satis dictum est in Hortensio*. Die Gudische Handschrift, *quanto opere* (s. *Heusinger* bei II de Off. c. 14. §. 48. p. 471.) *et expetenda esset et colenda*; von Lambin u. Wolf gewürdiget. Das. c. 17. §. 37. p. 372. *quae si extrinsecus religata pendeat et non oriatur a se et rursus ad se revertatur*. Die Gudische Handschrift, *et non exoriatur a se*. Schr. mit Wolf, *et non et* (diefs ist öfter in *ex* verderbt oder damit verwechselt) *oriatur a se et rursus ad se revertatur*. I de N. DD. c. 20. §. 52. p. 490. *terras et maria contemplans*. Aus der *Glogauer* Handschrift bei Heindorf, *et terras* (vorauf ging *conservet*) *et maria*. Cat. Mai. c. 9. §. 29. p. 963. *Mihi vero Cn. et P. Scipiones et avi tui duo L. Africanus et P. Africanus comitatu nobilium iuvenum fortunati videbantur*. Die Gudische Handschrift Nr. 2. u. der Hahnische Druck v. 1469. u. ein Köllnischer v. 1506. *mihi vero et Cn. et P. Scipiones et avi tui duo*. Lael. c. 9. §. 30. p. 982. *Sed quamquam utilitates multae et magnae consecutae sunt, non sunt tamen ab earum spe causae diligendi profectae*. Die Gudische Handschrift Nr. 2 *et multae et magnae*. - *voce et oratione*. - §. 214. *per visum mirum mihi est*. - *apud se*. Der Venedische Druck v. 1485. *apud sese*. - *oratoriam propriam*. Der Venedische Druck, *oratorum* propriam. - §. 215. *aut eloquens*. - *aliena scientia dicendi copiam est consecutus*. Vgl. Bibl. Crit. Amstelod. Vol. 1. p. 15. ff. - P. 318. §. 215. *oratio-*

nem suam et rei publicae dignitatem exornabant. Novius (IV, 173. p. 654. Gothofr.) in dem Venedischen Drucke vom J. 1476, *et rationem suam et rei publicae dignitatem exornabant.* Aber auch ohne Auktorität müfste die Stelle dahin verbessert werden (nach §. 213.): *et orationem suam et rei publicae dignitatem exornabant.* Die Verwechselung, von *ratio* u. *oratio* ist gewöhnlich. *Heindorf* bei III de N. DD. c. 2. §. 5. p. 283. - C. 50. §. 216. *a natura rerum.* Wie Orat. c. 4. §. 16. p. 595. *Quid dicam de natura rerum, cuius cognitio magnam oratori* (so ist auf den Grund der Lesart des Venedischen Druckes v. 1485. zu verbessern.) *suppeditat copiam?* I de Divinat. c. 51. §. 115. p. 655. *omnia quae in natura rerum sunt.* Aber die *Breslauische* Handschrift, *in rerum natura.* Des. II. c. 14. §. 33. p. 676. *meum lucrum natura rerum continetur.* Lael. c. 7. §. 23. p. 980. *quod si exemeris* (der Hahn. Druck. v. 1469. *subtraxeris*) *ex natura benivolentiae coniunctionem, nec domus ulla nec urbs stare poterit.* Die Gudische Handschrift Nr. 2. u. ein Deventrischer Druck v. 1489. auch hier *rerum natura.* Beides sehr gleichgültig. - *ut singulis.* Bei Ernesti durch einen Druckfehler, *aut.* - §. 216. *etsi sit eloquentissimus.* Die richtige Lesart hat Lambinus, *si eloquentissimus.* Cat. Mai. c. 14. §. 48. p. 959. *Primum parvulis fruitur rebus, ut diximus, deinde iis, quibus senectus si non abunde potitur non omnino caret.* Auch hier irren die Handschriften u. ältesten Drucke, wenn nicht übereinstimmend, doch auf eine ähnliche Weise. Der Hahn. Druck v. 1469. *etsi non abunde.* Codd. Gud. 2. et Rehdiger. Vratisl. *etiamsi non abunde.* Ein Venedischer Druck v. 1484, ein Deventrischer v. 1489, u. ein Köllner v. 1505, u. ohne Zweifel auch andere, *si etiam non abunde.* Vgl. die Heusingerische Note zu I de off. c. 11. §. 35. p. 90. - §. 217. *is perficiet.* Ernesti: „*nihil certius correctione nostra.*" Die Ehre gebühret Lambin. - *et quos phisicos Graeci vocant, idem poetae.* - *ad hoc.* - *profiteantur.* - §. 218. *omnis artes.* - *non debet esse.* - *multa audisse.* - *ac hospistem.* Dagegen ein Venedischer Druck des Nonius (welcher diese Stelle II, 860. p. 586. Gothofr. citirt), v. J. 1476. *et hospitem.* Dafs die Partikel *ac* bei Cicero vor Wörtern stehe, die mit einem Vokal (oder mit *h*) anfangen, läfst sich gar sehr bezweifeln. S. *Heusinger* bei Cicero I de Off. c. 16. §. 46. p. 121. II de Orat. c. 51. §. 208. p. 389. *atque iisdem his ex locis et odium in alios* (richtiger die Gudische Handschrift, *et in alios odium*) *struere discemus, et a nobis ac nostris de-*

movere. Der Hahnische Druck irrt in *et a nobis ac a nostris.* Es müfste heifsen, *et a nobis et a nostris.* Pro Cluent. c. 45. §. 127. p. 644. *non — omnes, qui Oppianicum condemnarunt, in culpa sunt ac suspicione ponendi.* Bei Weiske ohne weitere Bemerkung, *in culpa sunt ac in suspicione ponendi.* Pro Milon. c. 12. §. 33. p. 1358. *praeclarum videlicet munus atque instrumentum Tribunatus.* So lieset auch die Lambinische Ausgabe v. 1566. (s. die Note von Ernesti, Nr. 74.). Weiske dagegen kehrt irrigerweise zu dem Grävischen Texte zurück u. schreibt, ebenfalls ohne weitere Bemerkung, *munus ac instrumentum.* An zwei andern Stellen, I de N. DD. c. 1. §. 2. p. 472. u. I de Divinat. c. 51. §. 115. p. 654., irrt Davisius, indem er dort *ac ab omni* u. mit ihm an der letzteren auch Hottinger, indem sie beide ac omni aufnehmen. Vgl. *Fr. Aug. Wolf's* Litter. Analecten Band 1. S. 288. - C. 51. §. 219. *quod ita dixisti.* Bei Ernesti könnte *ista,* wie so manches andere, ein blofser Druckfehler seyn, wenn es sich nicht auch in den handschriftlichen Urkunden fände. - *restringere.* - P. 319. §. 219. *satis* ohne *est.* Lambin. Ausg. v. 1566. - *est satis.* - §. 220. *qui cum eos in iudicium* (s. zu §. 145.) - *concitent mentibus.* - *et veritatem vitae.* - *debere esse* fehlt. - §. 221. *molesta et fingendo.* - *item ea quae.* - *aut Graeculum.* - *sapientiam animi mirentur* (ammirentur?) *sed esse stultos.* Doch lese ich in dem Venedischen Drucke v. 1485. *sapientiam animi admirentur.* - §. 222. *peragat.* - P. 320. C. 52. §. 225. *ut diceres illa.* - *nos* fehlt vor *ex faucibus.* Vgl. V. Paradox. c. 3. §. 3. ff., wo im Hahnischen Drucke v. J. 1469. bedeutende Abweichungen. - *causas agebas.* - §. 226. *vinclis.* S. zu §. 194. - *addidistis.* - P. 321. c. 53. §. 227. *non parum commode.* Der Venedische Dr., *non tantum parum commode.* Die Gudischen Handschriften haben weder *modo* noch *tantum,* was allerdings Beachtung verdient. Alsdann müfste, da *non — sed etiam* für *non modo — sed etiam* ohne Beispiel ist, *etiam* getilgt werden, wodurch der Satz aber so zu stehen käme, wie V Tusc. c. 6. §. 15. p. 431. *denique, quod non singulis hominibus* (die Breslauische Handschrift setzt *solum* hinzu) *sed potentibus populis saepe contigit.* Vgl. Görenz zu III de Legg. c. 7. §. 16. opp. Philos. Vol. 1. p. 236. - *idem Q. Servium Galbam quem hominem probe et meminisse se aiebat.* Wie hier aus *idemque* (die dritte Gudische hat *idemque Q.*) *idem Q.,* so ist umgekehrt III de Orat. c. 18. §. 68. aus *et Q. Metellum* in der einen Gudischen

atque Metellum geworden, u. I de Off. c. 24. §. 84. aus *quanto Q. Maximus melius?* in der ersten Gudischen bei Heusinger (p. 202) *quantoque* (in der ersten Rehdigerischen, hinter Lactantius, genauer u. der Quelle des Verderbnisses näher, *quantoq.*) *Maximus melius?* im Hahnischen Drucke v. 1469. aber u. einer dritten Breslauischen Handschrift in der Bibliothek bei St. Bernhardin, gar, *quanto quidem m. fabius melius?* Vgl. *Ernesti* bei Manil. c. 20. §. 61. p. 692. Note 72. - *ipse* fehlt. - §. 228. *in procinctu.* Die dritte Gudische *in promptu.* Beides, Glosse u. die richtige Lesart, findet sich im Venedischen Drucke v. 1485. vereiniget, *in promptu sive in procinctu.* - *hisque eum.* - *et* fehlt vor *huic.* - §. 229. *non modo supplex iudicibus esse voluit.* Vgl. *Vechner's.* Hellenolex. Lib. I. P. 2. c. 5. §. 3. p. 143. ff. *oratio veritatis.* S. zu c. 49. §. 215. - P. 323. C. 54. §. 232. *quasi pena ea existimatio.* - *se meruisse.* - *et ut ei.* Bei Ernesti ohne Zweifel ein Irrthum. - *qui honor* (so auch in der dritten Gudischen) *apud Graecos maximus haberetur.* - §. 233. *innocentissimum hominem.* - C. 55. §. 234. *cum indotatam esse atque immeritam et incomptam videres.* Der Venedische Druck des Nonius (VI, 11. p. 737. Gothofr.) v. J. 1476. gibt die Stelle so: *cum indotatam videris* et incommutatam (in den Handschriften u. einigen ältesten Drucken des Cicero, *atque incomitatam*) *et incemptam, verborum etiam dote locupletasti.* - P. 324. §. 235. *et hodie praesunt.* Vened. Dr. v. 1485. *ei studio et semper praefuerunt et hodie praesunt.* Vgl. die Ernestische Note zu dieser Stelle. *Etiam* fehlt auch in der zweiten u. dritten Gudischen. - §. 236. *et esse eum oratorem.* - *iuris civilis.* - *et huiuscemodi.* Vened. Dr. v. 1485. - *eiusdemmodi.* - *ita et tibi.* - C. 56. §. 237. *nam etsi parvi.* - P. 325. §. 237. *erectum cieri.* Vened. Dr. v. 1485. *herciscundae cieri.* - §. 238. *et in T. Lucilii. Mancini controversia.* - §. 239. *assentaretur.* - §. 240. *tum ille Crassus fidenter.* Vened. Druck v. 1485. *tum illi Crassus fidenter homo peritissimmus confirmare.* - *quamquam fuerit.* - *protulisset attamen.* - P. 326. C. 57. §. 241. *agnoscendo.* - *in controversiis.* - §. 242. *non esse difficile.* - §. 243. *quod excogitasset.* - *sequerentur — nihil posset.* - *ac venustate.* - §. 244. *omnis eius oratio.* - *ac in hoc genere.* - P. 327. C. 58. §. 246. *ut hanc artem efficere posset.* - *Mamillianas.* In der Lambinischen Ausg. v. 1566. *Manlianas.* Vgl. Pighi Ann. Tom. 2. p. 445. - P. 328. §. 247. *nostrum maiorum invenia.* - §. 248. *in his causis.* - *possim.* - *cuius generis.* - §. 249. *quo-*

modo fiant ea. - *Magonis carthaginensis sint.* - *non idem.* - §. 250. *cum Scaevola.* - P. 329. C. 59. §. 250. *at eius industriam.* - §. 251. *gestu et venustate.* Vgl. Voss. de Arte Gramm. VIII, 8. - *dicendi.* Im Venedischen Dr. v. J. 1485. *discendi.* Vgl. *Heusinger* zu I de off. c. 1. §. 1. p, 6. *et annos quamplures* (der Vened. Druck v. 1485. *quamplurìs*) *sedendo declamitant.* - *anteaquam.* - *hoc nos si facere volumus ante condemnentur hi quorum causas receperimus* (so). Im Venedischen Drucke v. J. 1485. *ante condemnabuntur ii quorum causas recipiemus.* - P. 330. §. 252. *spatium nobis datur.* - *alicunde.* - §. 253. *erudire iure civili.* - C. 60. §. 255. *multo* fehlt. - *levius* (leuius). *Heusinger* bei I de Off. c. 24. §. 83. p. 198. - *et illa summa vis.* - *audivimus.* Irrig. Vgl. *Jac. Fr. Heusinger* zu I de Off. c. 6. §. 19. p. 49 ff. - P. 331. - §. 255. *serius galga.* So. Dann fehlt *aut.* - §. 256. *longe mutabor.* - *mihi habere videntur.* - *prope iam nimis.* - §. 257. *et* fehlt vor *meditatae.* - *vere* fehlt - *orationis tuae.* Gut. - C. 61. §. 259. *si paulum irracuerit.* Priscianus. - X. p. 904. Putsch. - *in his.* - P. 332. §. 260. *urgeatur imiteturque.* - *superasset.* - *ut nemo planius esse loquutus putaretur.* - §. 262. *es omnino consequutus.*

Coblenz. Dr. *Klein.*

XLIX.

Dan. Wyttenbachii Oratio de Philosophia, auctore Cicerone, laudatarum artium omnium procreatrice et quasi parente.*)

Habita a. d. xxv. Octobris. ann. MDCCLXXIX. cum in illustri Athenaeo Amstelodamensi Philosophiae Professionem auspicaretur.

Si quis umquam eorum, qui hunc in locum dicendi caussa conscenderunt, animo fuit anxio et sollicito, is profecto ego sum: eumque me esse, diffiteri haud quaquam possum. Quod utrum ex consuetudine oratorum, qui timoris simulatione favorem sibi et audientiam facere solent, an ex re veroque dicam, Vestrum unusquisque intelligere facile potest, cum ex vocis meae sono, tum ex rei, quae agitur, momento ac difficultate. Nam cum ab omnibus iis, qui in hominum frequentia dicere adgrediuntur, exspectatur, ut aliquid adferant, quod dignum sit audientium opinione ac spe: tum praesertim ab iis, qui se disciplinarum magistros profiten-

*) *Dan. Wyttenbachii* opuscula varii argumenti, etc. T. I. p. 137-158.

tur, iure quodam postulatur, ut de sua quisque disciplina diserte copioseque dicat. Atque haec una cogitatio cum me tantopere commoveat, quid mihi animi esse putetis, cum ad eam aliae, eaeque haud minores, accedant sollicitudines? Equidem ingenue Vobis consilii mei rationem aperiam. Quum primus mihi nuntius allatus esset, de munere hoc ab Amplissimis Curatoribus et Consulibus in me delato, vehementer, ut par erat, animo laetatus sum. Postea, ut ille motus laetitiae paulatim resedit, ita paulatim animum meum tacito quodam timore sollicitari sensi. Ipse me tum reprehendere, et mecum, quasi cum alio, colloqui coepi. Quid inquam, egisti? Quo processisti? Nimirum occupabis eum locum, quem, ante multos quidem annos, proxime tamen, Tiberius Hemsterhusius tenuit. Eique tu viro succedes, quem summa ingenii doctrinaeque virtus immortalitati consecravit? Quid porro? post talem tantumque virum tu quoque Philosophiam explicabis, illam omnium artium disciplinarumque principem et reginam; cuius tanta est magnitudo, ut quamquam discendo docendoque multum in ea studii temporisque consumseris, eius eam intelligentiam assecutus sis, quae ad timorem concipiendum satis valeat, ad fiduciam parum? Ex his tot tantisque curarum fluctibus, Auditores Humanissimi, quod nunquam speraveram, emersi me tamen. Et quae res animum allevarent atque erigerent meum, duae in primis fuerunt: altera, constantia diligentiaque in persequendis laboribus: altera, recte factorum conscientia. Nam cum ab ineunte aetate incredibili scientiae incensus essem amore, idemque intelligerem non ita liberalem se mihi praestitisse naturam, ut, quod quidam possunt, aut posse se putant, solo ingenio scientiam assequi possem; statui, quo minus ingenio valerem, eo magis labore, cura, vigiliis, assiduitate, niti atque contendere. Itaque scientiae quidem aliquid assecutus sum: quod, quantum alii existiment, nescio, mihi certe exiguum videtur. Quod vero maximum est, ex laborum conscientia fructum solatii cepi eum, ut certa me sustentaret spes, fore ut, si ex eo studio nil remitterem, magis magisque in dies votorum meorum particeps fierem. Haec igitur spes conscientiaque cum efficiat, ut tantum mihi onus imponi patiar, et ut mens mea tota unice sit occupata in eius muneris gravitate commentanda; date, quaeso, mihi hanc veniam, Patriae Patres, et reliqui Auditores Humanissimi, ut morem receptum, quo ii, qui docendi

munus auspicantur, de aliquo ex sua disciplina capite docte et subtiliter disputant, hunc igitur morem relinquam, et hac quidem hora Philosophiae vim populariter aperiam ex hoc uno dicto Ciceronis, quo eam vocat Laudatarum artium omnium quandam procreatricem et quasi parentem. Cedat igitur consuetudo pietati: cedat subtilitas officio. Alio tempore doctrinam, si quae in nobis est, expromamus. Nunc pietatem sequamur. Nunc una mentem officii cogitatio tenet. Nunc una eius professionis magnitudo et sanctitas pectus meum complectitur totum. Haec tam late patet, ut non huius horae angustiis, non unius diei brevitate, non totius anni cursu, vix universae vitae diuturnitate explicari possit.

Totum hoc, Auditores Humanissimi, quod sapientiam ac doctrinam vocamus, ut omnes reliquae res, duabus continetur quasi partibus, altera, materia; altera, forma. Nam, ut hoc utar, si magna copia cedri, marmoris, eboris, auri, uno confusa iaceat acervo, nullus eius sit usus, nullus honor. Quum vero artificis ratio accesserit, quae modo distributioneque fabricetur aedificium, commodum ad habitationem et iucundum adspectu, tum vero artis opus ac perfectio intelligitur. Ita quoque ad comparandam doctrinam, primum, veluti materia, congerenda est rerum cognoscendarum copia et varietas; deinde, quod de huius mundi machina egregie dixit poeta,

„*Spiritus intus alit, totamque infusa per artus*
„*Mens agitat molem. et magno se corpore miscet*“

sic ad hanc rerum cognoscendarum congeriem mens atque ratio accedat necesse est, quae ei formam quasi motumque adiungat. Haec mens, quasi spiritus, postquam se magno corpori miscuit, illud continuo movet, ad vitam excitat, foecundat, et, ad quamcunque partem eius se applicuerit, ex ea praeclarum scientiae fructum gignit. Sed haec ipsa mens, tam efficax, tamque potens, quaenam est? quo nomine appellatur? Philosophia est, Auditores Humanissimi! Philosophia! Non ista, cuius vim ac rationem vulgo compendii alicuius angustiis metiuntur. Verum ea, quae rerum divinarum humanarumque omnium caussas complectitur: quae, cum una sibi eademque constanter maneat, tamen ex materiae, in qua versatur, varietate varia nomina accepit. Nam, cum ad divinae naturae contemplationem se convertit, Theologia vocatur: in animi

rationibus explicandis, Psychologia, in corporum viribus ac mensuris exigendis, Physica et Mathesis, in disserendi ratione, Dialectica nominatur: eadem, in iusti, aequi, officiorum, legumque vi ac natura explicanda, Ethica et Iurisprudentia discitur: cum animantium structuram, et fabricam, eorumqne et conservandorum et curandorum rationem quaerit, Medicinae nomine significatur: cum rerum gestarum seriem, hominum, gentium, populorum, fata, vicissitudines, et conversiones, cum locorum regionumque situm ac naturam explicat, Historia et Geographia appellatur: eadem denique Oratoria et Poësis est, cum hominum mentes vel pulcri venustique specie ad virtutem allicit et commovet, vel turpitudinis et pravitatis deformitate a vitiis avertit atque deterret.

Sed ignoscite, quaeso, Auditores Humanissimi, verborum meorum tenuitate. Non possum Philosophiae maiestatem quantam animo sentio, tantam oratione significare. Non cadit hoc vel in meam infantiam, vel in huius horae angustias. Quare subveniatis meae imbecillitati, et vobis ipsi Philosophiae imaginem informetis maiorem, excelsiorem, augustioremque, quem aut mea, aut cuiusquam oratione fingi adumbrarique possit.

Verum haec Philosophiae vis duplicem omnino fructum fert hominum mentibus: quorum alter est in rerum scientia, ingenio, et intelligentiae virtute; alter in rerum bonarum honestarumque studio, animi magnitudine, et voluntatis virtute. Et de priori quidem si verbum addam, vestris, Auditores Humanissimi, ingeniis iniuriam facere videar. Est enim haec, et fuit ab omni aevo, una et consentiens intelligentium vox, sine Philosophia neminem quemquam in ulla disciplina et arte aut proficere aut sapere posse. Posterius illud nunc a Vobis intelligi volo: Philosophiam esse procreatricem virtutis, honestatis, et verae pulcritudinis, et artem quamque ita maxime esse laudandam, et quaeque maxime Philosophiae normam ac praecepta sequatur.

Atqui Philosophia, cum caussas omnium rerum complectatur, et, tamquam universae cognitionis ratio et mens, alta veluti coelestique arce habitet, nil procreat nisi praeclarum, nisi egregium, nisi divinum. Igitur nimirum confecta res est: neque de hac ipsa parte nostrae orationis, verbum amplius faciendum: Philosophiae laus a singulis et universis agnoscitur, et uno ore celebratur? Imo contra se res habet. Non desunt,

qui eam odio et reprehensione exagitent, eiusque studium religioni et bonis moribus damnum adferre clament. Qui quidem reprehensores si, ut sunt imperiti et inepti, ita pro imperitis et ineptis haberentur, non erat profecto quod eorum reprehensiones moraremur. Nunc vero sunt clamosi, temerarii, impudentes, suisque clamoribus vulgus hominum auferunt. Adeo misera est humani ingenii conditio, ut laudem et vituperium non ex re atque vero, sed ex opinione et rumoribus, aestimemus! Adeo cogitandi laborem fugimus, ut quod in promptu et ante oculos est non videamus! Philosophiam quis vituperare audet, illam sapientiae ac virtutis magistram, illam vitiorum errorumque expultricem? Quam qui vituperet, nescio quid ille in rerum natura laudandum esse putet. Neque vero haec aliunde calamitas existit, quam ex ipsa hominum socordia. Etenim Philosophia, quum rerum caussas exquirat, non potest placere iis, qui opinionem magis quam veritatem sequuntur, qui ipsi sibi placent, ignorantiamque suam arrogantiae quasi velo obtegunt, quique suos sibi errores eripi aegre ferunt, ne parum sapuisse videantur. Hoc veritatis studium Socrati exitium attulit: hoc ei contraxit odia sophistarum, aliorumque, quibus inutile erat reliquos cives nimium sapere: qui, cum rationibus efficere nil possent, eum in plebis invidiam vocarunt, et, quod apud eam plurimum valet, innovatae religionis crimine eum arcessiverunt. Est hoc hodieque Philosophiae fatum, ut suos habeat inimicos, suos sophistas, ut ei parata sint imperitae plebis odia et criminationes.

Videamus aliam huius calamitatis caussam. Ecce! in vicina Gallia Philosophorum nomine et ipsi se iactant, et ab aliis insigniuntur, illi, qui religionem et virtutem tollunt, quique certissima sanctissimaque bonarum disciplinarum fundamenta labefactare conantur. Nos, ut sumus proclives ad aliorum, praesertim Gallorum, vitia imitanda, paulatim in eundem errorem inducti sumus; neque animadvertimus, cum loquendi temeritate gravissimum falsae ratiocinationis vitium coniunctum esse. Itaque videmus, quosdam vel ad nomen Philosophiae exhorrescere, neque levius quoddam malum eam esse arbitrari, quam disputatricem periculosam et audacem, quae rerum divinarum humanarumque doctrinam convellat. Quid vero, o boni! Medio aevo, in illis ignorantiae superstitionisque tenebris, si Theologi dicebantur non ii, qui mentes hominum salutifera do-

ctrina imbuerent, sed qui in eorum corpora ferro ignique saevirent; ideo totam Theologiam abiiciendam putabimus? Aut si, qui Iurisconsultos se ferunt, ius atque leges non explicant, sed calumniando pervertunt, ideone Iurisprudentiam omnem explodemus? Medicam porro artem, quia, qua sollertia salutiferum remedium, eadem mortiferum venenum miscere potest, tamquam pestem et perniciem ex hominum genere tollemus? Igitur erga reliquas disciplinas hac utimur aequitate, ut ne ipsis hominum errorem tribuamus: erga Philosophiam non utemur? Imo vero magis etiam erga eam hac utamur aequitate, quo minus ipsa in hominum perniciem converti potest. Quid enim, quaeso, tandem illud est quod Philosophia nobis pollicetur? Nimirum, ut naturae cognitionem nobis aperiat: ut nos ex vanarum opinionum servitute in libertatem vindicet: ut nos a rerum humanarum illecebris ac ludibriis ad divinarum rerum studium convertat: ut nos contra varios vitae casus muniat, ad animi magnitudinem evehat, omnemque felicitatem in virtute ponere doceat: denique ut nos, quantum per humanam imbecillitatem fieri potest, ipsum naturae auctorem Deum imitari assuefaciat, eique nos similes reddat. Ab hac via officii sui Philosophia discedere numquam potest. Neque ulla umquam vis efficiat, ut is, qui rerum divinarum humanarumque caussas earumque mirificam consensionem continuationemque perspexerit, eadem cognitione in aliorum hominum incommodum perniciemque abutatur. Neque germanus est Philosophiae alumnus, qui, cum eius studium prae se fert, aliud quidquam praeter veritatem virtutemque spectat: adulterinus ille est, histrio alienae personae, et pulcherrimi nominis raptor. Rerum quidem corporearum naturam constare sibi videmus: pondera suo nutu deorsum, non sursum, ferri: dies noctesque perpetuo sibi deinceps ordine succedere. Res vero intelligibiles et morales, quibus Philosophia continetur, quae propius cum divina coniunctae sunt natura, non legibus aeternis et immutabilibus regi putemus? Non igitur ex Philosophia existere quidquam potest nisi bonum et honestum: citius, profecto, conversis huius mundi elementis, et terra mari misceatur, et mare coelo!

Age vero, iam illud ostendam alterum, nullam esse laudabilem neque in laudatarum numero ponendam artem, nisi quae a Philosophia proficiscatur. Hoc eiusmodi erit, non ut per omnes artes divager, sed exempli caussa eas proponam, quae in communi hominum

usu versantur; quo magis de reliquis existimare ipsi possitis. Quod dum facio, peto a Vobis, Auditores Humanissimi, ut, qua me adhuc audivistis benivolentia, eadem me porro audire ne recusetis.

Et primum quidem prodeat ea, quae suum cuique definit, et communis societatis vincula continet, Iurisprudentia. Facite quem leges omnes atque exceptiones in numerato habere, sed eundem in formulis haerere, syllabas aucupari; atque ius omne in verbis et litigandi ratione ponere; nonne necesse sit, eum legis sententiam, modo ignorantia, modo voluntate, pervertere, humi repere, et ne suspicari quidem, quae sit vera iuris natura et auctoritas? Facite vero eundem adduci in Philosophiae sacraria; continuo, veluti sublimis propiorque factus divinae naturae, ex qua ius omne atque officium oritur, hanc primum contemplatur: deinde ab ea, tamquam ex alto, mentem convertit ad humanam naturam, neque eam foro amplius litibusque metitur, sed universam complectitur, eiusque vim ac dignitatem perspicere incipit. Tum vero luxo ritur: diffugiunt errores, opiniones, fraudes calumniae: erigitur animus, leges officiaque ab aeterno divinoque ducit exemplo, et ad humanitatem communemque omnium felicitatem accommodat. Ex hac disciplina legislatores extiterunt, Lycurgi, Solones, Numae, Pythagorae, quorum leges et steterunt diutissime, et certissimam salutem civibus praestiterunt: ex hac iuris interpretes, Platones, Aristoteles, Cicerones, Servii, Grotii denique et Montesquii: quorum, quamdiu non ab ipsa humanitate defecerit humanum genus, tamdiu nomina laudesque florebunt.

Videamus porro de Eloquentia: cuius hoc est officium, ut homines cum doceat, quid verum falsumque sit, tum ad res utiles honestasque convertat, et a turpibus noxiisque avertat. Haec, si vim et vehementiam velit ostendere in levi minutoque argumento, non Eloquentia, sed puerilis et nugatoria loquacitas sit. Aut si, neglecta virtutis honestatisque commendatione, solam voluptatem oblectationemque spectet, non sit germana Philosophiae filia, sed spuria eius imitatrix, et libidinum satelles. In tota Eloquentia plurimum valet simplex veritas et naturae ratio, minimum ars et simulatio. Non potest ex humili cogitatione sublime dictum existere: non potest angusta abiectaque mens veram et magnificam sententiam parere. Ex pectore profluat, necesse est, Eloquentiae flumen: pectus ante omnia naturae cognitione replendum: pectus, per hanc

ipsam cognitionem, virtutis honestatisque amore inflammandum, et verae pulcritudinis sensu imbuendum est. Quid igitur caussae fuisse dicamus, quod ab omni aevo tres soli perfectam Eloquentiae laudem consecuti sint, ex Graecis Pericles et Demosthenes, ex Romanis Cicero? Nimirum hi et soli et toti prodierant ex disciplina Philosophiae, quae sola veram dicendi vim procreat et alit. Nam fuerunt eorum aetatibus multi, et innumerabiles quidem, alii oratores, qui, quamquam studio et arte valerent, tamen in illius laudis societatem venire non possent. Magna fuit ars, magnum ingenium, in Aeschine ac Sulpicio: habebat a natura uterque vocem sonoram et splendidam, actionem quoque oratoriam, gestum et motum totius corporis, qualis in nemine umquam fuerat oratorum. Sed illa Philosophiae iis deerat vis, quae rerum divinarum humanarumque cognitione animum ad veram altitudinem extollit.

Cum Eloquentia magnam, vel potius maximam, coniunctionem habet Historia: cuius scribendae cum aliae sunt leges, tum una omnium maxima, veritatis lex. Multum enim interest humanitatis, reges, et qui rerum publicarum gubernacula tenent, scire, sua facta non in obscuro latere, sed vere ad posteritatis memoriam proditum iri. Quare qui, verbi caussa, tyranni res memoriae mandare adgressus, si quid ab eo haud male factum sit, illud ornet: scelera vero eius et flagitia vel silentio praetereat, vel aliquo honestatis colore excuset, isne potius verus Historiae scriptor, quam sordidus fabulae auctor, habeatur? Ex isto genere fuit Philistus: qui, quum corpore iam, ut reliqui Syracusani, servus esset Dionysii, animum quoque suum eidem in servitutem addixit. Nam et in multis rebus tyranno operam praestitit, et historiam eius conscripsit, qua omnem ab eo crudelitatis superbiaeque labem abstergeret, contra laudem ei humanitatis clementiaeque adderet. Et tamen Thucydidem imitabatur Philistus? Nimirum verbis et oratione, quandoquidem sensibus et consilio similis ei fieri non poterat. Quid igitur inter utrumque interfuit? Hoc, profecto, ut Thucydides esset rerum gestarum enarrator verus, gravis, prudens, magnificus, libertatis studiosus: Philistus veritatis obscurator, fabularum opifex, vafer, argutus, haud inelegans quidem ille, sed idem animi vilis, fortunaeque captator, tyrannorum adulator. Igitur, quum natura et ingenio Thucydidis magnitudinem assequi non posset, arte et praestigiis nitebatur, ac Thucydi-

deis verbis dictionibusque se quasi vestiebat. Quae quidem verissima est caussa, cur eum Cicero pusillum Thucydidem vocaverit. Atque hoc exemplo, Vos, Iuvenes Commilitonesque suavissimi, discatis quid sit Antiquos imitari; neque Vobis pulcri beatique videamini, quum orationem Vestram dictionibus coloribusque, verbi caussa, Ciceronianis ornaveritis. Nam si Philistus Thucydidem, Graecus Graecum, aequalis fere aequalem, scribendi virtute aequare non potuit; quomodo nos, tot millium annorum intervallo, alia gente, alia lingua nati, heroicas illas Antiquorum in dicendo scribendoque laudes consequamur? In montis summitatem veloci gradu enititur vigenti robustoque corpore vir: hunc si fracti enervatique corporis homo imitari et assequi studeat, in ipso conatu deficiat, et risum praebeat spectantibus. Ita parva humilisque mens eam orationis sublimitatem, ad quam heroicum adsurgit ingenium, ne intelligat quidem, nedum consequatur. Nos, quamdiu Eloquentiam in verbis positam putabimus, quamdiu cum verbis Veterum non eandem atque illi vim adiunxerimus, quamdiu nos ipsi non ipsis Veterum disciplinis ad hanc orationis sensuumque magnitudinem conformaverimus; tamdiu vana erit opera nostra, inanis diligentia. Aperiundus est Philosophiae fons, ex quo unice Veteres dicendi vim hauserunt: ex eodem et nos mentes nostras cum verae pulcritudinis scientia repleamus, tum ad rerum excelsarum rationem studiumque acuamus.

Sed arctius etiam, iudice Aristotele, cum Philosophia vinculum est Poëseos quam ipsius Historiae. Haec quippe in factis et rebus singularibus versatur: illa in universalibus, easque revocat ad corporeas imagines, et sensibus quasi subiicit. Quo magis elaborandum est Poëtae, ut dignum se Philosophiae praestet alumnum, cum ratione et ingenio, tum animo, fine atque consilio. Pictoris egregii laudem haud equidem tribuam Chaerephani, qui lasciviae libidinumque imaginibus delectare me velit: Panaeum potius celebremus, qui Marathoniam nobis pugnam ostendat, oculos vultusque incensos Miltiadis pugnantis, et Callimachi, Cynagirique, pro patria occumbentium. Nulla ex omnibus rebus tantam habet ad animum vim, quantam Poësis. Tu igitur, quicunque hac tam egregia arte vales, ea, quaeso, utere ad virtutis Philosophiaeque rationem. Noli eam expromere in argumento aut levi, aut noxio. Noli voluptates commendare. Noli exornare libidines, quae

animi robur liquefaciunt atque enervant. Nimium habent per se illecebrarum voluptates. Nimium ad eas sua natura proclivis est hominum animus. Si quis ad aegrotum accedens salivam ei moveat commemorandis laudandisque cibis iis, quorum usum ei medicus interdixerit, nonne ut homicidam pestemque eum abigamus? Atque haec, profecto, caussa fuit, cur Philosophi Poëtas a bene constituta civitate excluderent. Quare tu, si dignum quid vis efficere Poëtae nomine, depinge mihi virtutis pulcritudinem, vitiique turpitudinem; applica te ad meliores animi partes, easque ale et auge, prudentiam, temperantiam, fortitudinem, iustitiam. Incita unumquemque ad munus suum diligenter obeundum, patriam iuvandam, et aliis bene faciundum. Fac ut divites opes suas cum aliis communicent: ut eas erogent in usus hominum, quorum virtuti et industriae nulla subsidia concessit fortuna: ut afflictos recreent et erigant. Fac ut pauperes et calamitosi miseriam forti animo ferant, et omnem felicitatem in virtute ponant. Fac ut quisque in secunda fortuna modeste, in adversa fortiter, se gerat. Sensus denique civium animis subiice magnificos, quibus ad praeclare facta et divinitatis imitationem extollantur; ut spiritum etiam sanguinemque pro patria effundere non dubitent. Haec est illa Philosophiae alumna Poësis. In hac magnificentiam et spiritum ostendit Pindarus, grandiloquentiam ac sonum Aeschylus, gravitatem et sublimitatem Sophocles, affectum elegantiamque Euripides; omnes denique omnium virtutes complexus est Homerus.

Atque Vos iam intelligere arbitror, Auditores Humanissimi, illud quod ostendendum mihi sumseram, vere appellatam esse a Cicerone Philosophiam, laudatarum artium procreatricem atque parentem. Quamquam neque de omnibus artibus dixi: neque de paucis, quae commemoratae sunt omnia exposui: quod quidem infinitum sit, non modo percensere oratione, sed percurrere cogitatione.

Quo magis timere incipio, Patriae Patres, quomodo muneri, quod in me contulistis, ferundo par sim. Octavus hic annus est cum in Remonstrantium Schola Philosophiae disciplinam suscepi: acciderat que ea mihi provincia cum honorifica, propter eius Scholae famam, tum iucunda, propter ipsam docendi voluptatem, qua humanissimus quisque maxime ducitur. Nunc Vos, Patriae Patres, quum post Hemsterhusii, summi viri, decessum, longo intervallo eandem disciplinam in Vestrum

Athenaeum revocaveritis, eique me praefeceritis variis undique sollicitor curis; sive Vestram spectem auctoritatem, sive disciplinae gravitatem, sive meam tenuitatem. Magnam et semper habuit, et hodieque habet, Senatus Amstelodamensis virtutis sapientiaeque famam: neque eam Foederati Belgii finibus inclusam, aut Europae terminis circumscriptam, sed per totum terrarum orbem longe lateque diffusam. Quare, Patriae Patres, si quamcunque aliam mihi demandassetis provinciam, debebat ea mihi gravis sanctaque esse Vestri iudicii auctoritate. Nunc mihi disciplinam tradidistis Philosophiae, quae est veritatis virtutisque magistra, in cuius sanctitate et magnitudine commentanda hanc ipsam horam consumsimus. Equidem cum non possim officii mei religionem, ut animo percipio, ita oratione Vobis explicare, mentem meam his paucis verbis complectar: Ita mihi, ad hoc munus obeundum vires largiatur Deus Optimus Maximus, ut eum enixe oro, velit Vos, Patriae Patres, in huius civitatis et communis Patriae salutem diutissime servare incolumes!

Vobis vero, Clarissimi Viri, quos nunc primum Collegas saluto, quibus verbis animi mei sensus significem? Dudum est quod Vestra me doctrina Vestraque virtus ad Vos colendos convertit, et Vos me vicissim, vel favore et benivolentia, vel amicitia et familiaritate, complexi estis. Ad quem numerum Te quoque nuperrime accessisse, Walravi, Vir Clarissime, gaudeo vehementerque laetor, cum propter praestantem doctrinam tuam, tum propter insignem animi tui moderationem. Enimvero, Coniunctissimi Viri, ad has tantas necessitudines hic dies novum adfert vinculum, novum officium, sanctum illud neque umquam violandum: quod quidem ego colam amore, obsequio, observantiaque Vestrum: Vos, precor, idem erga me faciatis, monendo, favendo, communicando; ut et animorum nostrorum coniunctione Scholae huius emolumento animorum coniunctio contineatur. Et quandoquidem hoc magis re ac factis quam verbis et oratione ostendendum est, hoc unum dicam, me in omni erga Vos officio, sive collegii, sive amicitiae, omnem semper operam daturum, ut Philosophiae praeceptis satisfaciam.

Neque vero fas mihi duco ex hoc loco antea discedere, quam Vobiscum peculiariter egero, Iuvenes et Commilitones carissimi. Carissimos iure vos appello. Nam cum omnes amo, in quibus doctrinae amorem inesse video, tum magis etiam eos, qui ab ineunte aetate

ad hanc se laudem dant, quorumque studia meae quoque fidei curaeque commendata sunt. Ecquid igitur mea oratio apud Vos valuit ad studium Philosophiae, parentis et procreatricis laudatarum artium? Valuit, profecto! si quidem tales estis, quales Vos esse, et Patriae et Vestrum ipsorum maxime interest. Vestrum caussa Maiores Vestri hanc Scholam constituerunt: Vestrum caussa Patriae Patres hos viros, claros in omni disciplinarum genere doctores, in eam evocarunt: Vestrum caussa Philosophiae disciplinam in ea instaurarunt. Quare cum omnia Vobis praesto sint ad doctrinam adiumenta, facite, per Deum immortalem! ne Vos ipsi defuisse videamini. Magna Vobis Maiores Vestri reliquerunt gloriae pignora, quae prodere neque tueri posse, turpissimum Vobis ducite. Cogitate quotidie Vos esse Batavos, id est, ex ea gente, quae singulari semper prae ceteris gentibus laude floruit fidei, gravitatis, constantiae: quae gens, ut servitutis iugum excussit, ita simul cum libertate studium doctrinarum litterarumque induxit, earumque domicilium quasi in sinu suo collocavit. Vestri tum Maiores quantum bellica virtute tantum ingeniis et doctrinis florebant, et vicini prae iis populi fere barbari videbantur. Nunc iidem populi hanc nobis doctrinarum laudem, ne gravius quid dicam, dubiam reddunt: nosque eorum non tam virtutes quam vitia et levitatem consectamur. Quare agite, o Iuvenes, convertite Vos ad Maiorum exempla! neque Vos popularis vanitas auferat: neque Vos summa omnia consecutos putetis, quum, post decursa disciplinarum stadia, titulum et inane nomen honoris domum reportaveritis. Numquam, profecto, Maiores Vestri hanc Rempublicam ad tantum fastigium evexissent, si speciem et opinionem potius quam veritatem et virtutem secuti fuissent. Hoc, Vos Iuvenes, quotidie cogitate, cum omnes Batavi, tum in primis Amstelodamenses, quo magis haec civitas praecipuum Belgii Foederati columen est ac praesidium. Cuius quidem rei caussa Deum Optimum Maximum conceptis imploro verbis: „Tu igitur, Deus, Optime, Maxime, quandoquidem vestigia gubernationis tuae adoro, quod ex libera me patria in liberam patriam traduxisti, quodque disciplinam mihi tradidisti Philosophiae, quae et alumna est libertatis, et altrix virtutis, faxis, hoc munus ex Tua geram voluptate! Quod si a primo studiorum meorum ingressu felicitatem semper in doctrina et virtute posui: quod si eodem animo hoc munus a

Patriae Patribus suscepi: quod si denique per hanc ipsam orationem et menti meae sanctitas et verbis veritas constitit; precor, duis prosperum meis consiliis exitum! Faxis, per Philosophiae praecepta ex mentibus Iuvenum procrescat doctrina, quae firmis nixa radicibus fructus ferat praeclaros ingenii omniumque virtutum! Faxis, ex hac disciplina prodeant viri, qui patriam intelligentia, consilio, industria, animo, manu etiam, si opus sit, iuvent ac defendant! Annue his precibus numen Tuum, Deus stator et conservator huius Reipublicae"! DIXI.

L.

Zu dem Aufsatze (Miscell. Vol. I. Part. I. p. 86 sq.): *Johannes Müller*, hochdeutscher Prediger zu Leyden, Erfinder der *Stereotypen.*

Im Allgem. Litter. Anzeiger (Nr. 47. 1801. S. 447 — 448.) befindet sich die in jenem Aufsatze berührte Nachricht unter der Überschrift: Beweis, daſs die stereotypischen Drucke ursprünglich eine Erfindung der Holländer sind, als Auszug aus der Nieuw. alg. Konst- en Lett. B. 1798. Nr. 232.:

„Schon seit mehr als hundert Jahren besaſs man in Holland die Kunst, mit stehenden Lettern Drucke von bleibender Dauer zu verfertigen, welche in jeder Hinsicht die Vorzüge besaſsen, die man Didot's stereotypischen Lettern zuschreibt. Indessen läſst sich leicht begreifen, daſs jenen Lettern der schöne Schnitt mangelt, zumal, wenn man bedenkt, welche Fortschritte die Typographie seitdem gemacht hat. Die Buchhändler Samuel u. J. Leuchtmans, in Leiden, besitzen noch die Formen einer Holländischen Bibel in Quart, welche auf diese künstliche Art bereitet worden. Schon sind viele tausend Abdrücke davon abgezogen u. in eines Jeden Händen, u. dennoch sind die Lettern gut erhalten.

Der Erfinder dieser nützlichen Kunst war J. van der Mey, Vater des bekannten Malers dieses Namens. Etwa zu Ende des vorigen Jahrhunderts wohnte er zu Leiden. Mit Hülfe des Predigers bei der damals

dort blühenden Teutschen Gemeine, ... [Johannes] Müller, welcher besonders für eine genaue Korrektur sorgte, verfertigte u. goſs er die erwähnte Bibel in Quart in unbeweglichen Formen. Die nämliche Bibel druckte er noch einmal in Folio, mit vollständigen Randzeichnungen, wovon die Formen noch bei dem Buchhändler Elwe, in Amsterdam, angetroffen werden; ferner eine Englische Bibel, so wie das neue Testament u. das Syrische Wörterbuch von Schaaf, wovon die Formen schon eingeschmolzen sind, u. endlich ein kleines Griech. Test. in 18.

So viel man weiſs, hat van der Mey weiter nichts geliefert, u. ist die Kunst, unbewegliche Formen zu bereiten, mit ihm verloren gegangen, oder seitdem davon wenigstens kein Gebrauch gemacht. Die Ursache davon läſst sich leicht ausfindig machen; denn, wenn gleich dieses Verfahren an sich selbst ohne allen Zweifel sehr vortheilhaft ist, so ist es dennoch immer weit kostbarer, als die nun gebräuchliche Manier zum Drucken; den Fall ausgenommen, wenn man sie beim Drucke solcher Werke anwendet, welche unentbehrlich u. von einem dauernden Werthe sind. Die Zahl derselben ist indessen sicher geringe, um so mehr, da man in den Annalen der Holländischen Buchdruckerkunst kein Beispiel kennt, daſs man auf einen Absatz von 150,000 Expl., wie die Gebrüder Guyot, einige Rechnung machen könnte."

LI.

C. A. Lobeckii de *Tritopatribus* dissertatio I.

P. I. (Regimont. MDCCCXXI. pp. 8.)

Perdifficilem Orphicarum reliquiarum locum plenumque dissensionis tractaturus a rebus certis et expeditis, neque tamen adhuc, quod scire possum, scripto explicatis, dicendi initium sumam.

Plato igitur in principio decimi de Legibus libri tria sacrorum genera constituit, primum *τὰ δημόσια*, quae notum est pro universo populo sumtu publico fieri; alterum *τὰ κατὰ μέρη κοινὰ φυλετῶν ἤ τινων ἄλλων τοιούτων κεκοινωνηκότων*, quo nomine gentilicia, pagana et id genus alia comprehendi constat; tertio loco com-

memorat ἱερὰ ἴδια καὶ τάφους. Idemque apertius in quarto libro p. 717. A. μετὰ θεοὺς δὲ τούσδε καὶ τοῖς δαίμοσιν ὅ γ' ἔμφρων ὀργιάζοιτ' ἄν· ἥρωσι δὲ μετὰ τούτους· ἐπακολουθεῖ δ' αὐτοῖς ἱδρύματα ἴδια πατρῴων θεῶν κατὰ νόμον ὀργιαζόμενα. γονέων δὲ μετὰ ταῦτα τιμαὶ ζώντων. Sed hoc nomen latius patet pluresque species complectitur. Nam et hi dii patrii appellantur, quos omnes, qui iisdem imperiis et potestatibus parent, tanquam communis patriae praesides tutoresque a patribus acceptos venerantur. Servius ad Georg. I. 494. *patrii dii sunt, qui praesunt singulis civitatibus, ut Minerva Athenis, Iuno Carthagini.* Sed Graeci hos vocabulo proprio θεοὺς γενάρχας s. ἀρχηγέτας appellant, eosque in tres classes dividunt; una deos superos complectitur; quo ex numero Athenienses Apollinem ciebant πατρῷον, Eleusinii, Eumolpi populares, Neptunum Paus. I. 38. Isagorae gentiles Iovem Carium; et cuiuscunque demum sacris Atheniensium aliquis vel ex solemni familiae ministerio vel dedicationis lege adstrictus esset, hunc sibi πατρῷον ducebat, ut Mercurium Andocides, alium alii. Altera classis gentium nobilium auctores continet, heroicis honoribus consecratos; tertia genios parentum, omniumque retro maiorum, qui morte obita ad deorum religionem et sanctimoniam demigrasse atque perpetuam sui generis tutelam sortiti credebantur. Hos igitur et publice et privatim colere, precari venerarique solebant, publice diebus festis et solemnibus, Anthesteriis, Eleusiniis, aliis, privatim sua quemque posteritas parentalibus anniversariis *) et si quas alias ferias proprias quaeque familia ex usu domesticae religionis haberet. Et hos quidem nullo proprio nomine sed parentum Manes δαίμονας πατρῴους καὶ μητρῴους nuncupabant, ceteros universe προγόνων δαίμονας. Nec invidebo testimoniis. De postremo genere Dionysius Hal. XI. 696. C. προγόνων δαίμονας, οἷς μετὰ θεοὺς δευτέρας τιμὰς καὶ χάριτας ἀποδίδομεν. quod utrumque genus in rerum sanctissimarum

*) Τὰς κατ' ἐνιαυτὸν τῶν ἤδη τέλος ἐχόντων ἐπιμελείας Plato Legg. IV. 717. D. quod tempus ordinarium fuisse confirmant Grammaticorum de V. Γενέσια notationes, et monumenta sepulcrorum. Ceterum unumquemque pro arbitrio statuisse, ostendit ille in Luscii Thesauro adolescens qui *servum mittit ad patris monumentum, ut id aperiret, illaturus epulas, quas pater post annum decimum sibi caverat inferri.* Schol. Terent. Eunuch. Prol. v. 12.

commemoratione consociari solet. Aeschyl. Pers. 402. θεῶν τε πατρῴων ἕδη — θήκας τε προγόνων. Lycurg. c. Leocr. p. 141. τὸν μὴ βοηθήσαντα τοῖς πατρῴοις ἱεροῖς, ἐγκαταλιπόντα δὲ τὰς τῶν προγόνων θήκας. Et haec deorum Manium sacra Plato etiam deinceps posteris tradi et ad omnis consequentis temporis memoriam cum summa diligentia servari iubet Legg. V. 140. A.,*) nihil ille novi sciscens, sed popularem consuetudinem rationemque confirmans, quae legitimos familiarum ritus perpetua natorum successione custodiri volebat. Quod respiciens Euripides illa scripsit.

Γυνὴ γὰρ ἐξελθοῦσα πατρῴων δόμων
οὐ τῶν τεκόντων ἐστὶν ἀλλὰ τοῦ λέχους.
τὸ δ' ἄρσεν ἕστηκ' ἐν δόμοις ἀεὶ γένος
θεῶν πατρῴων καὶ τάφων τιμάορον.

Dan. Fragm. VII. non obscure ille significans filias nuptum datas e sacris parentum exiisse. Cui non obstat quod Terentii Hecyra, mariti domum relinquere cupiens

Simulat se ad matrem accersi ad rem divinam, abit.

v. 110. nam hoc loco mulierum sacra privata (publica intelligi nequeunt) significari videntur, moribus magis quam legibus recepta. Neque aliorsum pertinent, quae in enarrando fabulae Menandreae argumento Donatus tradit ad Eun. l. c. „Noverca parietem qui medius inter domum mariti ac vicini fuerat, ita perfodit, ut in ipso transitu sacrum locum esse simularet. Quumque transitum intenderet sertis et fronde felici, rem divinam saepe faciens evocabat ad se virginem.“ Sed de hoc genere satis.

De parentum numinibus Lucianus de Mort. Peregr. c. 36. p. 298. T. VIII. καὶ εἶπεν ἐς τὴν μεσημβρίαν ἀποβλέπων (καὶ γὰρ τοῦτο πρὸς τὴν τραγῳδίαν ἦν, ἡ μεσημβρία) Δαίμονες μητρῷοι καὶ πατρῷοι δέξασθέ με εὐμενεῖς. Xenoph. Hell. II. Δ. 21. πρὸς θεῶν πατρῴων καὶ μητρῴων καὶ ξυγγενείας καὶ κηδεστείας καὶ ἑταιρίας. Cicero in Verr. I. 3. *Agunt eum praecipitem Poenae civium Romanorum, quos partim securi percussit, partim in vinculis necavit.*

---

*) Oratorum Graecorum testimonia aliquot collegit *Bunsen de iure heredit. Atheniens.* p. 81. cursim hunc locum attingens, *et ut iusta funebria*, legibus praescripta, et haec seu anniversaria seu decennalia *parentaliorum* solemnia, singulorum curae commissa, neque publica religione sancita, non satis distinguere videatur.

Rapiant eum ad supplicium Dii Patrii, quod ille inventus est; qui e complexu parentum abreptos filios ad necem duceret. Cornelia in Epistola quadam, quae est ad Gracchos filios ap. Corn. Nep. Fr. XII. *ubi mortua ero parentabis mihi et invocabis deos parentum.* *) Et quia consensu gentium parentibus tam vivis quam defunctis summa reverentia debetur, hanc quoque notionem veluti persona induerunt et Divorum Patriorum et Parentum nomine consecrarunt, non alia ratione quam qua summa officiorum, quae consanguineis debentur, θεῶν ὁμογνίων nomine consecrata est. Ex quo illud est Catulli LXIII. 405. *divos scelerare parentes.* Sed Graeci parentum religionem Iovi Paterno proprie inscripserunt, ut iura maritalia *Coniugali*, honorem amicis debitum *Amicali*, hospitum fas *Hospitali*. Cuius tam pervagatae observationis miror neque Ponsonum neque Heindorfium meminisse, qui omnibus viribus nituntur, ut nomen Iovis *Πατρῴου* Atheniensium finibus exterminent. Ille ad Med. 1314. „aliae, inquit, gentes *Δία πατρῷον* colebant; quod quum sit aptissimum deorum atque hominum parenti epitheton, iure mireris, pios Athenienses plurimis Iovem aliis titulis ornasse, hoc abstinuisse. Hanc ergo omissionem corrigere cupientes Tragici *Δία πατρῷον* saepe ingessere, ut Aeschylus et Sophocles, ab Albertio citati ad Hesychium v. *Πατρῷον*. Nam Scholiasten Aristophanis Iovem hoc nomine ab Atheniensibus cultum esse falso tradere, liquet ex Platonis in Euthydemo verbis. Idem tamen Plato alibi *Διὸς πατρῴου* mentionem facit, sed in legibus nimirum fictis, quas reipublicae suae fictae praescriberet.“ Si paullulum spatii sibi ad considerandum sumsisset vir egregius, facile intellexisset, Platonem, quum Atheniensibus omnibusque Ionibus non Iovem sed Apollinem *πατρῷον* esse affirmaret, nihil aliud significasse quam hoc, quod in vulgus constat, Athenienses, non ut Spartiates verbi causa Iovem, sed Apollinem nominis sui auctorem nuncupasse. Ergo ubicunque de ingenuitate deque toto stirpis ac gentilitatis iure quaestio habetur, tum Apollinis patrii nomen in testimonium citari videmus.**). At

*) Sic scribendum videtur pro *Deum parentem*; sequitur enim eodem numero *eorum deorum paces expetere*; nec aliter Graeci pluraliter dicunt v. c. τοὺς *Ἀλεξάνδρου* δαίμονας Ioseph. Antiqq. XIII. 16. 677.

**) Rem satis notam illustravit Brunckius ad Av. 1527.

que eadem ratione Tragici his, quibus ortus a Iove erat, Iovem patrium inscribunt, Aeschylus Tantali gentilibus, Sophocles Herculi, Euripides Oresti. Sed si quis Atheniensium in sua causa Iovem *Πατρῷον* citat, is paternae necessitudinis religionem fasque sanguinis obtestatur, ut ille Strepsiades filii auxilium implorans: *Ναὶ ναὶ καταιδέσθητι πατρῷον Δία·* qui versus si ex Tragoedia, ut Porsono placet, translatus est, ab Hercule Hyllum obtestante vel Priamo Achilli supplicante vel ab alio patre in simili casu constituto pronunciatus videtur. Eodemque modo Plato Legg. IX. 881. *ὃς ἂν τολμήσῃ πατέρα ἢ μητέρα ἢ τούτων πατέρας ἢ μητέρας τύπτειν — ἀμυνέτω πᾶς τὸν ἀνόσιον ἐπονομάζων· ὁ δὲ μὴ ἀμύνων, ἀρᾷ ἐνεχέσθω Διὸς ὁμογνίου καὶ πατρῴου κατὰ νόμον.* Itaque quod Porsonus, eumque secutus Heindorfius (ad Euthyd. p. 403.) contendit, Iovis *πατρῴου* nomen, Athenis insolens, a Tragicis omissionis corrigendae causa, a Comico ad risum captandum, a Platone nescio quas ob causas introductum esse, id per se a fide alienum, testimoniis, quae citantur, plane contrarium est. Nam Tragici, ad quem quisque generis sui originem referret, hunc eius vocant deum *πατρῷον*; Plato contra et Aristophanes Iovis *πατρῴου* appellatione officiorum parentibus debitorum religionem declarant. Platneri autem ratio, qui Iovem patrium antiquis quidem Atheniensibus ignotum inauditumque fuisse, postea autem nescio unde arcessitum immigrasse scribit (Beiträge zur Kenntniſs des attischen Rechts p. 100.) specie ipsa improbabilis, a testibus destituta, et tantummodo in eum finem inventa est, ut Platonis auctoritas cum Scholiastae illius sententia conciliaretur; quorum neuter ab altero dissentit.

Verum hoc loco, quum de diis patriis loquor, illos intelligi volo, quos Plato tertio loco nominat, animos maiorum immortales, suae quemque domi aris, focis et sepulcris familiaribus pie conditos et sacratos. Et horum patriorum, sive, ut pluribus verbis dicam, familiarium et domesticorum deorum sacra unicum fuisse omnium, qui iisdem maioribus orti essent, vinculum ista ratione probatur. Quum hoc propemodum consanguinitatis summam contineat, *eadem habere patrum monumenta*, *iisdem uti sacris* (Cic. Off. 1. 17.) et appareat, ea sacra quae aliquos inter se devinciant, his cum aliis communia esse non posse, confiteamur necesse est, tot fuisse diversa sacrorum genera, quot essent familiarum. Unde sequitur, ea sacra, quorum so-

cietate omnes eiusdem stirpis homines continerentur, nulla alia fuisse, quam deorum parentum, qui consanguineis inter se communes, singulis familiis diversi erant. Ac maiorum quidem gentium auctores suo quisque nomine, fama et sacratis monimentis testato, partim ab universa civitate, pars pagatim oppidatimque in deorum superum heroumque indigetum numero colebantur; sed illae familiae, quae nullius dei heroisque agnatione tenerentur, suis quaeque maioribus hoc communi nomine, tum promiscue per vicos et compita tum proprie circa monumenta domestica parentabant; eaque fuit potissima pars eorum solemnium, quas Festus *singulorum hominum ferias* appellat.

P. II. (MDCCCXXI. pp. 8.)

Explicatis, quae hactenus percursa sunt, ad Tritopatres transgrediar, quos et ipsos in numero deorum patriorum recipiendos arbitror. Suidas: *Δήμων φησὶν ἀνέμους εἶναι τοὺς Τριτοπάτορας, Φιλοχόρος δὲ τοὺς Τριτοπάτορας* *) *πάντων γεγονέναι πρώτους· τὴν μὲν γὰρ Γῆν, καὶ τὸν Ἥλιόν φησιν ὃν καὶ Ἀπόλλωνα καλεῖ, γονεῖς αὐτῶν ἠπίσταντο τότε οἱ ἄνθρωποι* **) *τοὺς δὲ ἐκ τούτων, τρίτους πατέρας. Φανόδημος δὲ ὅτι μόνοι οἱ Ἀθηναῖοι θύουσι καὶ εὔχονται αὐτοῖς ὑπὲρ γενέσεως παίδων, ὅταν μέλλωσιν γαμεῖν· ἐν δὲ τῷ Ὀρφέως Φυσικῷ* ***) *ὀνομάζεσθαι τοὺς Τριτοπάτορας* †) *Ἀμαλκείδην καὶ Πρωτοκλέα καὶ Πρωτοκλέοντα* ††) *θυρωροὺς καὶ Φύλακας ὄντας τῶν ἀνέμων. Ὁ δὲ τὸ Ἐξηγητικὸν ποιήσας Οὐρανοῦ καὶ Γῆς φησιν αὐτοὺς εἶναι παῖδας, ὀνόματα δὲ αὐτοῖς Κόττον, Βριάρεων καὶ Γύγην*, quae in brevem summam contraxit Hesychius: *Τριτοπάτορας ἀνέμους ἐξ Οὐρανοῦ*

---

*) Phot. Etymol. M. et Phavor. *Τριτοπάτρεις*.

**) Etym. *τὴν μὲν Σελήνην καὶ τὸν Ἥλιον τότε καλεῖν γονεῖς. τοὺς δὲ ἐκ τούτων τρίτους π.* Photius: *τὴν γῆν κ. τ. Η. ὃν καὶ Ἀπόλλωνα τότε καλεῖν γονεῖς αὐτων ἐπίσταντο οἱ τότε ἄνθρωποι.*

***) Etym. et Phav. *τοῖς Ὀρφ. Φυσικοῖς*, Photius h. loco *ἐν τῷ Ὀρφέως φυσικῷ·* inferiore loco *ἐν τοῖς — Ὀρφικοῖς*.

†) Phavor. *τοὺς τρίτους πατέρας*.

††) Etym. et Phav. *Πρωτοκλείαν καὶ Πρωτοκρέοντα·* Photius *Πρωτοκλέα καὶ Πρωτοκρέοντα.* Tzetzes ad Lycoph. 738. *Ἀμακλείδην* (ut Photii codex) *Πρωτοκλῆ καὶ Πρωτοκρέοντα.*

καὶ Γῆς γενομένους καὶ τῆς γενέσεως ἀρχηγούς· οἱ δὲ τοὺς Προπάτερας (sic). Photius: *Τριτοπάτωρ, τριτοπάτρεις* (cod. *τριτοπάτρες*) *οἱ μὲν ἀνέμους. Φιλόχορος δὲ τοὺς πρώτους ἐκ Γῆς καὶ Οὐρανοῦ, ἄρξαντας δὲ γενέσεως. Ἐν δὲ τοῖς Ὀρφικοῖς ἀνέμων παῖδας.* *)

Ex his testimoniis, quae quasi solum quoddam et fundamentum omni reliquo sermoni subiecta sunt, perspicue intelligitur, Athenis quondam pro felici liberorum prole Tritopatribus vota nuncupari in more fuisse; sed sacro ipso temporis vetustate aut sublato penitus aut obscurato, nominis in veteribus monimentis traditi vim et significationem antiquariorum coniecturis in varias tractam esse partes; quarum quae sit ad veritatem propensior, nos, qui libero animo priscorum hominum sensus et voluntates interpretamur, incorruptius sine dubio quam illi reconditarum rerum et inopinabilium venatores iudicare possumus. Ipsum per se vocabulum si ex vi sua consideremus nihil aliud significat, quam proavos. Pollux III. 17. *ὁ δὲ πάππος ἢ τήθης πατὴρ, πρόπαππος, τάχα δὲ τοῦτον εἴποις Τριτοπάτορα ὡς Ἀριστοτέλης,* quod inobservatum Lexicographis. Sed in maiorum numero proavos quasi quendam principatum obtinuisse, tum ex hoc apparet, quod pater, avus et proavus proprie *γονεῖς* dicuntur et iidem apud Romanos *parentes*, tum quod ingenui cives, quamlibet veteris et numerosae prosapiae, tamen non plures quam tres indigenas maiores ciere solebant, satis habentes si *ἐκ τριγονίας Ἀθηναῖοι* probarentur. **) Ex quo perspicuum esse debet, Tritopatrum nomine, utpote ceteris augustiore, omnes contineri superiores. Quum vero in prima huius disputationis parte demonstratum sit, Athenienses suos quemque maiores, immortalitatem consecutos, pie sancteque coluisse, Tritopatrum religio quo referenda sit, obscurum esse non potest. Sed et illud arbitror clarum fore, cur in matrimonium ituri horum deorum numen placare fas habuerint. Ac primum quidem con-

*) *Δεσπότας* legendum videtur; nisi verba ea, quae apud Suidam inter *Πρωτοκλέοντα* et *παῖδας* leguntur, intercidisse putamus.

**) Hesychius, nescio quos respiciens: *Ενδοιγέναι, οἱ ἀπὸ ἕπτα πατέρων καὶ μητέρων εἰστῶν κατάγοντες.* Aliquanto prst, qui non duplo maiorem imaginum numerum prae se ferrent, ne ad eam quidem rem apti habiti sunt, ut Canonici fierent.

iectura probabile est, tum omnium domesticorum negotiorum tum maxime propagandae conservandaeque prolis curam ad nullos magis quam ad hos familiares et domesticos Lares pertinere creditam esse, praesentissimos illos generis sui tutores. Deinde etiam expressis multorum testimoniis cognitum habemus, non Graeciae solum sed etiam veterum inter Hebraeos sapientum totiusque antiquitatis iudicio, parentum et propitiam et aversam voluntatem ad omnes posterorum fortunas maximum habere in utramque partem momentum. Plato Legg. XI. 931. B. *ἀραῖος γὰρ*, inquit, *γονεὺς ἐκγόνοις ὡς οὐδεὶς ἕτερος ἄλλοις — μηδὲ τις ἀτιμαζομένῳ μὲν πατρὶ πρὸς παίδων, καὶ μητρὶ θεὸν ἐπήκοον ἐν εὐχαῖς ἡγείσθω γίγνεσθαι, τιμωμένῳ δὲ καὶ διὰ ταῦτα ἐν εὐχαῖς εἰς ἀγαθὰ τοῖς παισὶ παρακαλοῦντος, οὐκ ἄρα τὰ τοιαῦτα ἀκούειν.*

Quo ex genere testimoniorum multa unicuique vel ex puerili lectione prompta esse debent. Sed unum, idque cum nostra causa coniunctissimum, nunc demum in clariore luce collocabitur. Etenim, quae Eumenides in Aeschyli fabula de se praedicant, quum omnium rerum, quibus familiarum salus continetur, penes se esse arbitrium et suo munere ac beneficio tum foetus agrorum tum partus hominum augeri sospitarique asseverant, haec, inquam tam magnifica professio non alia ratione nititur, quam quae modo explicata est, pietatem et obsequium in parentes omnis domesticae prosperitatis maximum esse fundamentum, eorumque in progeniem benevolentiam posteris patrimonia fortunare, agros fecundare, liberumque proventus augere; illis vero, qui debitum parentibus honorem violassent, tum in reliquo vitae cursu nihil satis ex voto fluere, tum, id quod in maximis censebant malis, spem prolis esse nullam. Eaque sententia et cum argumento totius fabulae coniunctissima et in ipsa Furiarum religione fundata est, quibus idem poeta sacra fieri dicit *πρὸ παίδων καὶ γαμηλίου τέλους* v. 833. et Herodotus IV. 159. *τοῖσι δὲ ἐν τῇ φυλῇ ταύτῃ ου γὰρ ὑπέμειναν τὰ τέκνα, ἱδρύσαντο ἐκ θεοπροπίου Ἐριννύων τῶν Λαΐου καὶ Οἰδιπόδεω ἱρόν.* Iam si his Homeri locum apposuero:

Πατὴρ δ' ἐμός αὐτίκ' ὀϊσθεὶς
πολλὰ κατηρᾶτο στυγερὰς δ' ἐπεκέκλετ' Ἐριννῦς
μή ποτε γούνασιν οἷσιν ἐφέσσασθαι φίλον υἱόν
ἐξ ἐμέθεν γεγαῶτα, θεοὶ δ' ἐτέλειον ἐπαράς.

atque cum illis verbis, quae ut ad probandum gravissima ita a nobis scriptura distincta sunt, legis regiae,

quae dicitur, formulam comparavero: *si parentem puer verberit, ast ille plorassit parentes* (cf. D'Arnaud Coniect. I. c. 6.) *puer divis parentum sacer esto*, nonne satis hoc erit ad concludendum, utrique vocabulo *Erinnyum* et *divorum parentum* unam eandemque notionem subiectam esse, *sanctitatis parentum*? Sed quae sit huius societatis ratio, hoc quoque argumento perspicitur, quod Erinnyum nomine etiam iurisiurandi religio continetur. Id enim non aliunde repetendum videtur, quam quod periurio et parricidio hoc inter se commune a ceteris peccatis diversum erat, ut horum scelerum nulla nec venia esset nec expiatio, neque auctores solum, sed eorum etiam posteri, si qui essent, alius alio gravius, usque ad totius generis exstirpationem affligi crederentur. Ac de parricidio quidem inter omnes constat, quam id inexpiabili religione sancitum fuerit; de periurio idem tum saepe alias pronunciatum est, tum gravissimis verbis in eo oraculo, quod Glauco editum Herodotus refert VI. 86.

Ἀλλ' Ὅρκου πάϊς ἐστὶν ἀνώνυμος, οὐδ' ἔπι χεῖρες
οὐδὲ πόδες, κραιπνὸς δὲ μετέρχεται, εἰςόκε πᾶσαν
συμμάρψας ὀλέσῃ γενὴν καὶ οἶκον ἅπαντα
ἀνδρὸς δ' εὐόρκου γενεὴ μετόπισθεν ἀμείνων.

Quod gravissimum est argumentum Erinnyes duobus maximis iuribus, sine quibus nec domus ulla nec civitas stare potest, praepositas fuisse, ea vi et auctoritate, ut non solum dignum cuique factorum mercedem persolverent, sed etiam in posteros maiorum et praemia et poenas derivarent.

Quum igitur appareat, ad liberorum procreationem nihil maius, nihil salutarius habitum esse, quam propensam parentum omniumque superiorum voluntatem, quumque demonstratum sit, Tritopatrum nomine maiorum animos morte sopitos nuncupari, quidnam est amplius, quod quis requirat, quamobrem ii, qui liberis operam daturi essent, Tritopatrum pacem ac veniam expetierint? Quod a Phanodemo notitiae proditum his verbis: *θύουσι καὶ εὔχονται αὐτοῖς ὑπὲρ γενέσεως παίδων ὅταν μέλλωσι γαμεῖν.* Iam vero illud quid sibi vult, quod in Orphei Physicis iidem ventorum custodes perhibentur? Ex Gronovii quidem interpretatione vereor ut id satis perspicue intelligi possit; quae his verbis perscripta est: „Aristoteles Probl. XXVI. c. 17. *οἱ ἐκ τῆς* „*θαλάσσης νότοι ἀγαθοὶ φυτοῖς καὶ τῆς Ἀττικῆς τῷ Θριασίῳ* „*πεδίῳ.* Hinc vel Demonis adnotatio statuentis ventos

„esse Tritopatoras vel auctoris qui Physicum Orphei „composuerat credentis eos esse θυρωροὺς καὶ φύλακας „τῶν ἀνέμων, hinc βορεασμοὶ Atheniensium ἵνα ἄνοσοι „πνέωσιν· hinc Neoclis filius Athenienses iubebat θύειν „τοῖς πνεύμασιν Aelian. H. A. VII. 27. hinc notae fue„runt Proclo in Tim. II. αἱ τῶν εὐδιεινῶν ἀνέμων εὐχαὶ „παρ' Ἀθηναίοις· denique et aram ventorum agnoscit „circa Sicyonem Pausanias." Addend. ad Meurs. Opp. T. I. 226. His omnibus, quae in obsoletis antiquariorum libellis *de cultu ventorum* inscriptis longe uberius tradita sunt, nihil amplius efficitur, quam ut ventos tum Athenis tum apud alias civitates divino honore impertitos fuisse intelligamus. Sed res altius repetenda videtur et ab ipsis Orphicae doctrinae incunabulis. Orphei placitum erat animas humanas aeris haustu sorberi. Aristot. de An. I. 5. p. 485, B. Casaub. τοῦτο δὲ πέπονθε καὶ ὁ ἐν τοῖς Ὀρφικοῖς καλουμένοις ἔπεσι λόγος. φησὶ γὰρ τὴν ψυχὴν ἐκ τοῦ ὅλου εἰσιέναι, ἀναπνεόντων, φερομένην ὑπὸ τῶν ἀνέμων. Quod paucis declarat Simplicius ad h. librum p. 19. b. ἔοικε δὲ Ὀρφεὺς τὴν μὲν τῶν σωμάτων πρὸς ζωὴν ἐπιτηδειότητα ἀναπνοὴν καλεῖν, τὰς δὲ ὁλικὰς κινητικὰς αἰτίας ἀνέμους. et Iamblichus ap. Stob. Ecl. Ph. , 52. p. 868. Τινὲς τὴν ψυχὴν ὑπὸ (leg. ἀπὸ) τοῦ ἀναψύχεσθαι ὑπὸ τοῦ ψυχροῦ ὠνομάσθαι ἀποφαίνονται καὶ τὸν ἀναπνεομένον ἀέρα ψυχὴν νομίζουσιν, ὥσπερ Ἀριστοτέλης παρὰ Ὀρφέως ἐν τοῖς φυσικοῖς ἔπεσι λέγεσθαι, τὴν ψυχὴν ὡς εἰσιέναι ἐκ τοῦ ὅλου ἀναπνεόντων ἡμῶν (hoc non legisse apud Aristotelem sed interpretandi causa apposuisse videtur) φερομένην ὑπὸ τῶν ἀνέμων. Verum id alii sic, alii se[c]us interpretati sunt; de quorum varietate alius erit [di]cendi locus. Eandem etymologiam secutus Chrysippus ap. Plutarch. de Stoic. Repugn. c. XLI. p. 391. T. III. τὸ βρέφος ἐν τῇ γαστρὶ φύσει τρέφεσθαι καθάπερ φυτόν. [ἐ]ὰν δὲ τεχθῇ, ψυχόμενον ὑπὸ τοῦ ἀέρος γίγνεσθαι ζῶον. [ὅθ]εν οὐκ ἀπὸ τρόπου τὴν ψυχὴν ὠνομάσθαι παρὰ τὴν ψύξιν. [Qu]ibus alia attexuntur Stoicorum de mutua elementorum inter se et in animi naturam transmutatione placita, quae et cum superioribus coniuncta et ab auctore [lib]rorum Hermeticorum Stob. ecl. Ph. 1. 52. 952. ad [Or]pheum translata sunt: τὸν ἑαυτῶν πρόγονον οὐρανὸν [...]ῶσαι στενάζομεν ἔστιν ὅτε καὶ οὐ βλέψομεν (ἔνθεν Ὀρφεὺς

τῷ λαμπρῷ βλέπομεν, τοῖς δ' ὄμμασιν οὐδὲν ὁρῶμεν)

[...]ίαι γὰρ κατεκρίθημεν καὶ τὸ βλέπειν ἡμῖν οὐκ ἄντικρυς [...]ρίσθη, ὅτι χωρὶς τοῦ φωτὸς ἡμῖν τὸ ὁρᾶν οὐκ ἐδόθη — [...] δὲ καὶ τῶν συγγενῶν φυσώντων ἐν ἀέρι πνευμάτων ἀκούον-

σαι πληρόνως οἴσομεν, ὅτι μὴ συμπνέομεν αὐτοῖς. Animarum haec est lamentatio coelo emigrare iussarum; quae si Orphicos versus recitant, nimis profecto docte faciunt. Sed hoc argumento neglecto Heerenius incassum laborat, quum sententiam huius versus ab hoc loco alienam esse iudicat, qui apertam habet dogmatis Pythagorici significationem, similia non nisi a similibus comprehendi. Verum hac quaestione in aliud tempus dilata, tantummodo postrema Isidis verba notari volo, quibus spirabilis animi natura declaratur, convenienter illi Orphei decreto, quod artificiosa philosophorum interpretatione varie exornatum est, sed ipsum per se nihil aliud significat, quam hoc, quod simplicissimis hominibus et ab omni philosophandi subtilitate longe remotis in mentem veniat, animum esse animam, eiusque vitam spiritu contineri. Unde etiam in prima hominum creatione Promethei figmenta ventorum afflatu animata dicuntur Etym. M. p. 470. 55. *γενομένου τοῦ ἐπὶ Δευκαλίωνος κατακλυσμοῦ πάντες διεφθάρησαν, ἀναξηρανθείσης δὲ τῆς γῆς ὁ Ζεὺς ἐκέλευσε τῷ Προμηθεῖ καὶ τῇ Ἀθηνᾷ εἴδωλα διαπλάσαι ἐκ τοῦ πηλοῦ. καὶ τοὺς ἀνέμους ἐμφυσῆσαι ἐκέλευσε καὶ ζῶντα ἀποτελέσαι· διὰ τὸ οὖν τὰς εἰκόνας ἐκεῖσε γραφῆναι, ἐκλήθη Ἰκόνιον.* Quibus quid magis consentaneum esse potest, quam hoc quod ab Orpheo traditum legimus, illam *divinae particulam aurae*, nascentibus ventorum adspiratione inhalari? Qui et omnium frugum et stirpium germina vegetant, ita etiam illud *οὐράνιον φυτόν*, ut Plato vocat, animum humanum, novellae plantae similem, vitalis aurae halitu animant, animatum fovent et nutricantur. Nec, quod Toxaris Lucian. C. XXXVIII. p. 101. T. VI. populares suos ventum, *ὡς ζωῆς αἴτιον*, venerari affirmat, Scytharum magis est quam Graecorum placitum, qui ob hanc vim mortalia semina animantem et alentem, *πνοὰς ψυχοτρόφους* Orph. H. XXXVIII. 22. et *αὔρας ζωογόνους* Pallad. Epigr. CXXIII. celebrant, quia, ut apud Geoponicum scriptum est IX. 3. 673. *ἄνεμοι οὐ τὰ φυτὰ μόνον, ἀλλὰ πάντα ζωογονοῦσιν.*

αἱ

LII.

Fr. Jacobsii notae criticae in *Aelian.* et *Plutarch.*

Aelianus in Historia Animalium I. 45. p. 29. de dryocolapte ave haec habet: *Ζῶον δὲ ὁ δρυοκολάπτης, ἐξ οὗ ἄρα*

καὶ [illegible] ἔχει μὲν γὰρ ῥάμφος ἐπίκυρτον, κολάπτει δὲ ἄρα τούτῳ τὰς δρῦς. Ad quae verba *Schneiderus* in curis secundis, quae penes me sunt, haec notavit: „Ita vulgatur. Sed κέκληται notionem suam demum accipit e sequentibus ἔχει μέν. Igitur γὰρ seclusi et distinctionem mutavi. Nam vix feret aliquis dictionem κέκληται ὁ δρυοκολάπτης ἐκ τοῦ δρυοκολάπτου." Fugit virum doctissimum vera loci depravati restituendi ratio. Vitium enim non est in verbis ἔχει μὲν γὰρ — sed in iis, quae praecedunt: ἐξ οὗ ΑΡΑ καὶ κέκληται. Scribendum autem procul dubio: ἐξ οὗ ΑΡΑ καὶ κέκληται. Cuius emendationis veritas appareat ex L. I. c. XXXVI. de pisce remora: ἡ δὲ ἐχενηΐς ἐπέχει τὰς ναῦς, καὶ ἐξ οὗ ποιεῖ καλοῦμεν αὐτήν. et magis etiam de eodem pisce II. c. XVII. λαχὼν ἐξ ὧν δρᾷ τὸ ὄνομα. Eadem fortasse medicina adhibenda loco vexato in Variis Hist. L. I. c. XV. ubi de columbis: εἶτα τῶν νεοττῶν γενομένων, ὁ ἄῤῥην ἐμπτύει αὐτοῖς, ἀπελαύνων αὐτῶν τὸν φθόνον, φασίν, ἵνα μὴ βασκανθῶσι, ΔΙ' ΑΡΑ τοῦτο. Hae si sincere scripta, probari debet *Coraii* ratio, postrema verba interpretantis per διά γε τοῦτο, i. e. διὰ τὸ ἐμπτύειν. Sed vide, an non scribendum sit: ὁ ἄῤῥην ἐμπτύει αὐτοῖς, ἀπελαύνων αὐτῶν τὸν φθόνον, φασίν· ἵνα μὴ βασκανθῶσι ΔΙ' ΑΡΑ ΓΑΡ τοῦτο. In his sedes, quam γὰρ occupat, nemini offensioni erit, qui meminerit eorum, quae scripsit *Hermann*. ad *Orpheum* p. 826 et *Schaeferus* in Meletem. p. 76.

In Historia Anim. I. c. XLVI. p. 30. de συνόδοντι pisce, eiusque captura: καὶ οἱ μὲν παρατεταγμένοι εἰς τοῦτο ἀτρεμοῦσιν. ἐκ δὲ τῆς ἀλλοτρίας ἀγέλης συνόδων ἀφίκετο, καὶ καταπίνει τὸ ἄγκιστρον, ἐρημίας λαβὼν μισθὸν τὴν ἅλωσιν. *Gronovius* pro ΕΚ δὲ corrigit ΕΙ δὲ — quo admisso proxima quoque corrigenda forent. Sed valde suspicor, *Aelianum* scripsisse, ΕΙΣ δὲ τῆς ἀλλοτρίας ἀγέλης — quod praecedentibus consentaneum, οἱ συνόδοντες οὐκ εἰσι [illegible], et sequentibus, ἐρημίας λαβὼν μισθὸν τὴν ἅλωσιν. De litteris εις et εκ facile inter se permutatis vide *Porson*. in Advers. p. 47. ed. Lips.

In historia de accipitre L. II. c. XLII. p. 67. legitur: εἰ δὲ σώματος ἅψεται, μένει ἄγευστος καὶ ποτοῦ, ἐὰν εἰς [illegible] ἐποχετεύῃ εἰς ἄνθρωπος. *Conr. Gesnerus* priora quatuor verba, quae contextum turbant, delenda censuit. Alii aliter tentarunt; nos quoque in Append. ad Porson. Adv. p. 311. Nihil difficultatis superesset, verbis sic scriptis: εἰ δὲ σώματος ἐφίεται, μένει ἄγευστος καὶ πο-

του — — De vocibus πῶμα et σῶμα inter se permutatis dixi in Not. ad Anth. Pal. p. 649.

De perdicum maribus L. III. 16. p. 85. narrat *Aelianus*: οὕτω δέ ἐστιν ἀκόλαστον τὸ τῶν περδίκων γένος ὥσθ' ὅταν αὐτοὺς ἀπολιποῦσαι, εἶτα ἐπῳάζουσιν αἱ θήλειαι, οἶδε ἐπίτηδες εἰς ὀργὴν πρὸς ἀλλήλους ἐξάπτουσι, καὶ παίουσί τε καὶ παίονται πικρότατα. In his ἐπῳάζωσιν ex Cod. Mon. emendavimus in Not. ad Anth. Pal. p. 62. Praeterea *Schneiderus* ὁ μακαρίτης in Cur. sec. aut εἰς aut πρὸς abundare monuit. Neutrum abundat, sed scribendum: οἶδε ἐπίτηδες εἰς ὀργὴν πρὸς ἀλλήλους ἐξάττουσι. L. VIII. 1. p. 254. οὗτοι δὲ ἄρα οἱ κύνες — ἔλαφον μὲν θηρᾶσαι, ἢ συῒ συμπεσεῖν ἀτιμάζουσι· χαίρουσι δὲ ἐπὶ τοὺς λέοντας ἀττοντες. *Philostrat.* Vit. Soph. II. 12. p. 593. καὶ ἐς πάρδαλιν ᾄττει. ubi vett. editt. ἅπτει. De horum vocabulorum permutatione, quae frequentissima, mox dicemus ad *Philostrati* Imagg. II. 13. p. 830.

De helluonum luxuria, qui pavones ob colorum pulcritudinem mactant, L. III. 42. p. 100. τοῦ γὰρ ὄρνιθος τὰ μὲν πτερὰ κόσμος ἐστί, τὸ δὲ σῶμα ἦν τι οὐδέν. Scribendum procul dubio, ἤ τι ἢ οὐδέν. Sic enim solet *Aelianus*, quod non inobservatum reliquit *Conr. Gesnerus* in Prolegg. p. XXV. Debebat autem hoc scriptor elegantium locutionum curiosissimus, *Herodoto* L. III. 140. p. 270. 35. ἀναβέβηκε δὲ ἤ τις ἢ οὐδείς κω. ubi vid. *Valckenarium*. Ad rem conf. *Horat.* II. Serm. II. 23. sq.

* * *

Apud *Plutarchum* initio libri περὶ σαρκοφαγίας, cuius nonnisi particulae supersunt, T. II. p. 993. B. legitur: ἐγὼ δὲ θαυμάζω καὶ τίνι πάθει καὶ ποίᾳ ψυχῇ ἢ λόγῳ ὁ πρῶτος ἄνθρωπος ἥψατο φόνου στόματι, καὶ τεθνηκότος ζώου χείλεσι προςήψατο σαρκός· καὶ νεκρῶν σωμάτων καὶ εἰδώλων προθέμενος τραπέζας, ὄψα καὶ τροφὴν καὶ προςέτι εἰπεῖν τὰ μικρὸν ἔμπροσθεν βρυχόμενα μέρη καὶ φθεγγόμενα καὶ κινούμενα καὶ βλέποντα. In his verbis duo videbantur depravata *Wyttenbachio*; primum προςήψατο, quod in προςέψαυσε censebat mutandum, fortasse propter praecedens ἥψατο; tum, quod certius, verba καὶ προςέτι εἰπεῖν, in quibus existimabat latere προήχθη ποιεῖν. De ποιεῖν non dubito quin verum sit, sed in praecedentibus syllabis lenius requiro remedium. Quum mihi in his verbis poetici sermonis vestigia deprehendisse videar, his inhaerens legendum esse suspicor:

ὄψα καὶ τροφὴν κύτους
ἔτλη ποιεῖν τὰ μικρὸν ἔμπροσθεν....

βρυχόμενα μέρη. quae de Polyphemo aliquo aut de simili monstro dicta esse potuerunt. ἄλλη ποιεῖν proxime certe abest a ἐλλείπειν, nec κύτους multum abhorret a καὶ προς. Nicander Alexiph. v. 122. περιψαύουσι δ' ἀνίαι Θώρηκος, τόθι χόνδρος ὑπὲρ κύτος ἕζετο γαστρός. Alciphr. L. III, 7. p. 292. πλείονα ἢ κατὰ τὸ κύτος τῆς γαστρὸς ἐσθίειν ἀναγκάζοντας. Orpheus ap. Clem. Alex. p. 63, 29. et 123, 7. ἰθύνων κραδίης νοερὸν κύτος. Alia de translato vocabuli κύτους usu dedi in Addit. ad Athen. p. 243. Non minus recte scripseris: ὄψα καὶ τροφὴν γαστρὸς ἔτλη ποιεῖν τὰ μικρὸν ἔμπροσθεν βρυχόμενα μέρη — soluta a scriptore poetae numeris.

Ibid. p. 995. C. ἢ τοῖς μὲν πρώτοις ἐκείνοις ἐπιχειρήσασι σαρκοφαγεῖν τὴν αἰτίαν ἂν εἴποι πᾶσαν καὶ τὴν ἀπορίαν. In his primum videtur scribendum καὶ τοῖς μὲν πρώτοις — Sed hoc leve est prae altero. Novissima enim vocabula graviter laborant. *Wyttenbachii* quidem coniectura, ἂν ἔχοι ἡ ἀνάγκη τῆς ἀπορίας, non multis, puto, probabitur. Verbum εἴποι mutandum in εἴποις, unde nata syllaba πας. Qua deleta, proxima emendationem habent expeditam. Scribendum enim, ni fallor: τὴν αἰτίαν ἂν εἴποις ἀνίκητον ἀπορίαν. *inopiam invincibilem*, quam in proximis πολλὴν appellat καὶ ἀμήχανον ἀπορίαν. Obiter moneo, in *Philostrati* Vit. Apoll. VI. 1. p. 228. lectionem verbis τῆς ἀμαρτύρου Λιβύης, in *Acciaiolii* exemplari adscriptam, ἀνικήτου, cuius interpretationem frustra circumspiciebat *Olearius*, depravatum esse ex ἀοικήτου, quod legitur in marg. Cod. Vratisl. Hunc codicem comparavit *Olearius*, sed tanta cum levitate, ut nec hanc, nec alias complures eius lectiones animadverteret.

Ibid. p. 994. C. iterum poëtae verba latere suspicor in his: ἢ νὴ Δία τὴν γῆν ταύτην καὶ τὴν ἄρουραν ἀποβλέψας ἐμπεπλησμένην ἡμέρων καρπῶν, καὶ βρίθουσαν ἀσταχύων, ἔπειτα ὑποβλέψας που τοῖς λητοις τούτοις, ΚΑΙ ΠΟΥ τινὸς αἴρας σταχὺν ἰδὼν καὶ ὀριβάτην, εἶτα ἀφεὶς ἐκεῖνα καρποῦσθαι καὶ ληΐζεσθαι, μέμψοιτο περὶ τούτων. Egregiam in his correctionem *Xylandri* αἴρας pro ὥρας *Wyttenbachii* Codd. confirmarunt. Sed in proximis corrigendis libri nos destituunt. Sterilium plantarum nomina latere apparet; sed quaenam illa sint, non tam facile dixeris. Ad sensum bonum foret: ἔπειτα ὑποβλέψας που ἐν τοῖς λητοις τούτοις ἈΚΑΡΠΟΥ τινὸς αἴρας σταχὺν Ἢ θάμνον ἢ κυνόςβατον. in quibus luculenta trimetrorum vestigia:

ἀκάρπου τινὸς
ἄγρας στάχυν γ', ἢ θάμνον ἢ κυνόςβατον.

Paulo post p. 995. E. veterum scriptorum verba, a *Plutarcho* congesta, mira ab eius epitomatore pertur bata sunt. De reliquis nunc quidem securus, unum monebo. Legitur inter alia: αὐγὴ ξηρὴ ψυχὴ σοφωτάτη, κατὰ τὸν Ἡράκλειτον ἔοικεν. Οἱ πίθοι κρουσθέντες ἠχοῦσι, γενόμενοι δὲ πλήρεις οὐχ ὑπακούουσι ταῖς πληγαῖς. Addendum esse κενοὶ non fugit *Wyttenbachium*, idque iam *Xylander* expresserat; non autem excidit illud vocabulum, sed adest totidem litteris; modo sublato ἔοικεν, quod abundat, scribas: κατὰ τὸν Ἡράκλειτον. Οἱ κενοὶ πίθοι — Quod quam facile in ἔοικεν depravari potuerit, in oculos incurrit.

Ib. p. 996. C. καὶ πέποται ὁ τῆς συνηθείας κυκεὼν, ὥςπερ ὁ τῆς Κίρκης ὠδίας ὀδύνας κυκεὼν ἀπάτας τε γόους τε. Quum unus liber sex vocabula ὁ τ. K. ὠ. ο. κ. omittat, eius tamen omissionis causa manifesta τὸ ὁμοιοτέλευτον; *Wyttenbachius*, vitiosis recisis, corrigit, συνηθείας κυκεὼν, ὥςπερ ἀπάτης καὶ γοητείας. Quod mihi longe videtur posthabendum coniecturae *Stephani*, qui hexametrum finxit: ὠδῖνας ὀδύνας κυκεὼν ἀπάτης τε γόους τε. At tu vide an fuerit: ὁ τῆς συνηθείας κυκεὼν, ὥςπερ ὁ τῆς Κίρκης ὑ ω δ ί α ς, — ὀδύνας κυκῶν, ἀπάτας τε γόους τε. ubi uno vocabulo addito hexametrum habebis integerrimum:

[πικροτάτας] κυκῶν ὀδύνας, ἀπάτας τε γόους τε.

Poculum Circes, quo bibentes in sues mutabantur, recte vocatur κυκεὼν ὑωδίας, idque ad amussim respondet praecedentibus, ὁ τῆς συνηθείας κυκεών; idque recte dicitur *miscere* (κυκᾶν) i. e. efficere et creare *dolores*, *fraudes* et *eiulationes*.

Ultima harum eclogarum p. 999. A. versatur in examinando Stoicorum dicto, quo hominibus quidquam cum brutis commune esse negabatur. Ad hanc particulam, cuius nonnisi initium superest, pertinere videntur verba, quae non suo loco leguntur p. 998. A. ὅτι πρὸς τὰ ἄλογα ζῶα δίκαιον ἡμῖν οὐδέν ἐστιν. quae verba non *Plutarchi* sunt, sed alius cuiusdam, qui ea margini pro lemmate adscripserat. Unde factum, ut in alium locum translata, textui temere insererentur. Idque nullus dubito intellexisse etiam *Meziriacum*, virum acutissimum, qui haec verba delenda censuit.

LIII.

Io. Fr. Schleusneri Observationes in varios Scriptores.

1) Obss. in *Moeridis Atticistae Lexicon Atticum.*

Pag. 121. *Δεδιακόνηκα, Ἀττικῶς· δεδιηκόνηκα, Ἑλληνικῶς.* Quia *Moeris* infra adnotavit *πεπαρῴνηκεν, Ἀττικῶς· παρῴνηκεν, Ἑλληνικῶς,* hic dedisse videtur: *Δεδιηκόνηκα, Ἀττικῶς, διηκόνηκα, Ἑλληνικῶς.* — p. 346. *Σηκός, ἔπαυλις στρυφνῷ περιεχομένη.* Malim *θριγγῷ* seu *θριγγῷ.* — p. 359. *Στερίφη, Ἀττικῶν, ἡ στεῖρα, στέρρα, Ἑλληνεικῶς.* Illud *στέρρα* est eiiciendum. Confer *Aristoph. Thesmoph.* v. 648. et *Aelian Hist. Anim.* XV. c. 9. — pag. 380. *Ὑποκορίζεσθαι, Ἀττικῶς· ἐπικορίζεσθαι Ἑλληνικῶς.* Loco *ἐπικορίζεσθαι* scribendum est *ὑποκορίζειν.* Monere voluit *Moeris,* Atticos huius verbi forma media usos esse, recentiores Graecos activa.

2) Obss. in *Timaei Sophistae Lexicon Platonicum.*

pag. 75. *Δικάζεται — — ἔνθα Ἀθίκαστος.* Melius legitur *ἔνθεν, unde.* — pag. 89. *Δρόμοι, ἡ περίπατος.* Ultimam vocem esse coniecturam eius, cui *Ruhnkenius* Lexicon describendum demandaverat, verosimile est. Quae vero coniectura vitiosa est, quoniam dicitur ὁ, neque ἡ περίπατος. Codex *St. Germani,* quem contulit *Bastius* (Vid. Ei. *Epistola Critica* ad *Boissonade* p. 56.) habet ἡ περίπατοι; verum non dubito, quin restituendum sit οἱ περίπατοι. — pag. 107. *Ἐξάμβλων, διαφθείρειν τὸ κατὰ γαστρὸς διεφθορός.* Loco *διεφθορὸς* legendum est *βρέφος.* Eadem formula est in *Plutarcho Lacon. Institut.* p. 242. C. — pag. 152. *Καραδοκεῖν, τὸ τοῦ πράγματος κεφάλαιον ἐπιζητεῖν. καὶ ἐπισκοπεῖν, ὅπῃ χωρήσῃ·* Loco *ἐπιζητεῖν* lege *ἐπιτηρεῖν,* et pro *χωρήσῃ* scribe *χωρησει.* — pag. 167. *Κράνιον, ἐν Κορίνθῳ γυμνάσιον.* Videtur respexisse *Timaeus* ad *Platonis Symposium* §. 18. quanquam interpretamentum est ab illo loco alienissimum. *Ruhnkenio* glossa haec ex alio potius scriptore petita videtur. — pag. 175. *Λίσπαι, οἱ δίχα πεπρισμένοι.* Pro *δίχα πεπρισμένοι* haud dubie reponendum est e *Suida διαπεπρισμένοι,* et ex eodem Grammatico addi debet *ἀστράγαλοι.* — pag. 200. *Οὐκ ἔτως· οὐκ ἐτησίως γεγραφώς, ὁ μάταιος.* Hic primum legendum est *οὐκ ἐτός.* Conf. *Aristoph. Plut.* v. 404, deinde cum apud eundem v. 1167 legatur quoque *Οὐκ ἐτὸς ἅπαντες — σπεύδουσι = γεγράφθαι,* suspicari possis, illud *γεγραφὼς* inde pedem intulisse in

Timaeum. — pag. 261. Τωθάζων, χλευάζων, σκώπτων, διασύρων. Quoniam sedes huius glossae in reliquis Platonis dialogis frustra quaeritur, videtur desumta esse ex *Axiocho* §. 2. ubi in exemplo suo pro ἐπιτωθάζων *Timaeum* scriptum reperisse τωθάζων satis apertum est. —

5) Obss. in *Thomae Magistri Eclogas*.

pag. 25. Ἀκέςης ἱματίε — — Ὅμηρος ἐν Βατραχομυομαχίᾳ (v. 183) Post haec verba addit Thomas τὸ δὲ ῥάπτης, κοινὸν, quod male omissum in editione Francof. veteres habent. — pag. 42. Ἀμύνομαι, ἐκ ἀμύνω δὲ. Illud δὲ omittendum est. — pag. 65 Ἀνεβίωσα ἐγὼ, ἀμεταβάτως. Certum est, legendum esse Ἀνεβιωσάμην ἐγὼ, etsi etiam *Phavorinus*, qui verba Thomae descripsit v. ἀναβιῶναι, legit ἀνεβίωσα. Nam *Moeris* quoque tradit, ἀναβιώσασθαι in lingua communi valere idem, quod in Attica dialecto ἀναβιῶναι h. e. *revixisse*. Sic enim legendum ibi puto, non ἀναβιῦν, ut *Piersonus* edidit. — pag. 89. Ἀπέκτονα κάλλιον ἢ ἀπέκτεινα· ἀπέκτανον δὲ ἀδόκιμον πάντῃ. Forte scribendum est ἀπέκταγκα δὲ ἀδόκιμον πάντῃ, quod 2 Reg. IV, 12 occurrit. — pag. 92. Ἀπὸ τῦ διακειμένυ — — λέγει καὶ τὸ ἀπὸ τῦ διατιθεμένυ. κ. τ. λ. Pro λέγει καὶ scribendum est λέγεται et pro διατιθεμένυ legendum est διατεθειμένυ. — pag. 225. Διβώη κ. τ. λ. Pro ἀλλὰ βιώη, Ἰωνικῷ ἔθει omnino cum Cod. Oxon. castigandum Δωρικῷ ἔθει. Sic enim recte non tantum *Moschopulus*, sed et eo longe vetustior Grammaticus apud *Suidam* s. v. Βιῴη. — pag. 267. Τὸ Εἰ — — πλὴν ἐπὶ τῶν ἀνθυποτάκτων. Ἀνθυποτάκτων error typographicus est pro αὐθυποτάκτων, quod legitur in editione *Parisiensi* 1532. — pag. 291. Τὸ ἑκὼν εἶναι — — γράφεται δὲ καὶ ἑκόντες ὄντες. Haec duas habent syllabas male repetitas. Scripserat *Thomas* ἑκόντες εἶναι, quod reperitur apud *Herodot.* VIII. c. 30. — pag. 402. Τὸ ἧς — — — ὅταν μέντοι πρὸς γενικὴν συντάσσεται. Lege συντάσσηται. — pag. 579. Λογίες τὲς πολυΐςορας — — λογίες δὲ τὲς διαλεκτικές. Quanquam διαλεκτικὲς defendi potest, malim tamen e *Moeride* restituere λεκτικές. — pag. 720. Καὶ πλημμελεῖν κ. τ. λ. Locus hic haud dubie corruptus est. Ultima verba: καὶ ἐπὶ πλημμυρῦντος ποταμῦ etc. pertinent ad Πλῆμας. — pag. 816. Συλλαμβάνει — — — καὶ γὰρ αἱ μονογράμματοι καταχρηςικῶς λέγονται συλλαβαί. Male *Oudendorpius* μονογράμματοι tentavit, ac legendum censuit μονόγραμμοι. Confer *Fischer.* ad *Weller.* T. I. p. 222.

4) Obss. in Lex. Bibl. Coislin. ed Montf. pag. 458. Γέγωνε, ἐφώνει· ἐνίοτε δὲ τάσσει τὴν λέξιν τοῦ μεγάλα καὶ δυναμένου μέχρι πολλοῦ ἐξακούεσθαι. Τόσσον ἦν βώσαντι γεγωνεῖν. Hoc hemistichium est ex Iliad. ν. 337 vbi tamen editur: ἀλλ' ὅπως οἱ ἦν βώσαντι γεγωνεῖν, vnde emendandum puto *Apollonium*. — pag. 466. o corruptissimo Γλως ... ταῖς γνώμαις πολλαῖς καὶ συνετοὺς ἀνθρώπους θαμαλάττοντα. Πλάτων nullus dubito, in scribendum sit: Γοητεύοντα. Ita *Plato Menone* p. ... γοητεύεις με καὶ φαρμάττεις, καὶ ἀτεχνῶς κατεπάδεις, ... loca dabit *Budaeus* in *Commentar. l. Gr.* p. 728. — ... θεόθυτα, ἃ οἱ πολλοὶ ἱερόθυτα καλοῦσιν. Κρατ. Intelligo Cratinum, cuius nomen per compendium Κρατ. ... rare solebant. Ita et pag. sequenti in v. Μηδὲν ... Κρατ. — pag. 467. Λεπτῆτις ἐλπὶς, ἐφ' ἧς ὀχέμεθα ... lege: λεπτή τις ἐλπὶς, ἐφ' ἧς ὀχέμεθα, ex *Aristoph. Equit.* 1241. — pag. 468. Ῥωποπώλης, ὁ τὸν ῥῶπον πωλῶν, ... ξηρὸς χόρτος καὶ ποικίλος. Pro χόρτος reponendum ... φόρτος. Vide *Hesychium* s. h. v. — pag. 470. Γαργαλίζει, νικεῖ, ὑποσημαίνει, προτρέπει, ἐρεθίζει. Pro νικεῖ, ... legi debet κνεῖ, ὑποσαίνει ex *Etymol.* M. et ... qui addidit verba: ἀπὸ τοῦ σώματος, ὥστε ἐμέσαι, ... Suidae Lexico. — Ibid. Γεγωνὸν, ἐξάκουστον ... Scribendum Γεγωνεῖν. — pag. 473. Ναύλοχον, ... ἐν ᾧ κ. τ. λ. Pro Νάυλοχον legendum est e *Suida* ... λοχος. — Ibid. Ξανθὴ, πυῤῥοειδῆ. Lege vel Ξανθὸν e *Suida* vel πυῤῥοειδής. — pag. 476. Σακοδερμάτης, Σοφοκλῆς ... κ. τ. λ. Legendum Ἰακοδερμίστης iudice *Alberti* in ... *auctorum, qui a Photio laudantur*, p. 367. — pag. 476. Ὑγρὸς, ὁ εὐκατάφορος, εἰς τὰς ἡδονὰς ῥευματιζόμενος. Verba εἰς τὰς ἡδονὰς pertinere videntur ad nomen εὐκατάφορος. Nam apud *Suidam* legitur. Ὑγρὸς, ὁ ... κατάφορος εἰς τὰς ἡδονὰς. καὶ ὁ ῥευματιζόμενος. *Hesychius*. Ὑγρὸς ὁ εὐκαταφερὴς εἰς ἡδονὰς. — Ibid. φαινόλης, ... ἐλλιτὸν, τομάριον, μεμαραῖνον. Legendum: εἰλητὸν ... μβράνιον μεμβραῖνον. — pag. 481. Βίος, ἐπὶ συνουσίας. Lege. οὐσίας. — pag. 481. Ἐδιακόνουν. Ἀλκαῖος ἐν Δυμιῶνι. Lege binas voces coniungendo Ἀλκαῖος Ἐνδυμίωνι. citat ... fabulam illam *Pollux* L. IX. S. 53. — Ibid. Ἡ... ... κανον. Ἄλεξω Ἐκμαλώτῳ. Legendum videtur Αἰχμαλώτῳ, etsi nondum mihi occurrit hoc Dram. — Ibid. ... Ἄλεξω Τυραντίνοις. Corrige: Ταραντίνοις. Alexidis ... nim Ταραντίνους laudant *Athenaeus* quoque et *Pollux*. — Ibid. Καθίσω, καθεδοῦμαι, ἀπολέγων διαμαρτανούσῃ. Suspicarer in ἀπολ. latere nomen Ἀπολλόδωρος, cuius dramata memorantur ἀπολείπουσα, ἀποκαρτερῶν, ἀποτυγχάνων etc.,

nisi legisset in Cod. MS. *Ruhnkenius* ἀπολέγει et corrigendum putaret: Ἔυπολις λέγει. — Ibid. Ἐλέγοσαν, ἐγράφοσαν — — *Λυκόφρων Ἀλεξάνδρα* (v. 21) *Ναυτολίαζον*. Lege *Ναῦται λίαζον*. — pag. 483. Ῥύγχας, τὸ πρόσωπον ἀραρὸς· ὁ γὰρ θεὸς, τὸ ῥύγχος εἰς ἡμᾶς τρέφει. Quid, quaeso, est πρόσωπον ἀραρὸς? Scilicet librarii hic auctoris nomen sustulerunt; reponendum enim: Ῥύγχος, τὸ πρόσωπον. Ἀραρὼς· ὁ γὰρ θεὸς τὸ ῥύγχος εἰς ἡμᾶς τρέφει. Fuit nempe *Araros* Comicus, Filius *Aristophanis*, quem saepe adducunt veteres. Versus autem hic citatus legebatur in *Adonide*, vna Comoediarum ipsius, quod nos docuit *Athen*. L. III. p. 95. E. — p. 484. Τόρηθ[illegible] θες — — *Αἰσχύλος Καιείροις*. Lege *Καβείροις*, quod Drama citant *Athenaeus* et *Plutarchus*. — Ibid. Ψυχρὸς ἄνθρωπος — — *Πλάτων Ποιη*. Lege *Πλάτων Ποιητῇ*. — Ibid. Ὠτοκάταξεν — — Ἀριςοφάνης *Βαβυλῶνι*. Lege *Βαβυλωνίοις*. — Ibid. Ὡραΐζεσθαι, *Κράτης Ὥραις*. At vero *Cratetis* Ὥρας nullibi reperisse memini, cum contra ea fabula a cunctis veteribus *Cratino* adscribatur, et ipso hoc Lexico v. Ψυχρὸς ἄνθρωπος legatur *Κρατῖνος Ὥραις*, quod igitur et hic restituendum. — pag. 490. Περὶ τῶν δίκα. Scribendum ἕνδεκα. Confer *Hesychium* et *Suidam* s. v. ἕνδεκα et ibi *Kusterum*. — pag. 495. Συνοίσειν, τὸ εἰς αὐτὸ (lege ταὐτὸ) συμφέρειν. Ταραντίνοις. Excidit, opinor, Comici nomen, et legendum Ἄλεξις Ταραντίνοις. Alibi plus semel istud citatur *Alexidis* Drama, his etiam in *Excerptis Grammaticis Montfauconi* p. 482. Κάθε, Ἄλεξις *Ταραντίνοις*. — p. 600. Ζακόρος, ὁ τῦ νεὼ ἐπιμελλόμενος — — ἵν' ἡ διάκονὸς. Lege διάκορος. — pag. 604. Ἀθηνᾶ ἱππεῖα — — — μέθιππον ἀνέλλατο (lege μεθ' ἵππυ ἀνήλατο, quod est ab ἀνάλλομαι *exsilio*, *prosilio*) — — ὡς Ἄδραςον φεύγοντα καὶ ἐπὶ κάλων ὁ ςήσαντα τὺς ἵππυς κ. τ. λ. Scribe: ὑπ' Ἀδράςυ φεύγοντος καὶ ἐπὶ Κολώνυ ςήσαντος τὺς Ἵππυς. Colonus erat Collis ita dictus Athenis, cognomine Ἵππειος seu *Equestris*, ad discrimen alterius Agoraei dicti. Vide *Meursii rel. Attic.* cap. 6. — Ibid. Ἀλοιὰ ἑορτὴ — — — ταῖς ἀπαρχαῖς (lege τὰς ἀπαρχὰς) — — καταχρήσασθαι φέροντες (scribe καθιερώσασθαι φέροντας) εἰς Ἐλευσῖνα — — ἀπὸ δὲ τῦ συναυλίζεσθαι (forte ἀπὸ τῦ συναλίζεσθαι) ἔνθεν καὶ ἄλω (ἄλως) καὶ ηλιαῖα δε (repone καὶ Ἡλιαῖα δε) ἐπεὶ πολλοὶ κ. τ. λ.

LIV.

lotae criticae in *Q. Horatii Flacci* opera manu *Ioannis Clerici* marginibus exemplaris editionis *Torrentii* adscriptae. Ed. *Salomonsen.*

[Vid. Miscell. Vol. I. P. II. p. 355.]

Satyrarum Liber I. Sat. I. v. 88. *Torrentium* hîc quitur *Bentleius*, et legit *an*, addita interrogatione post *enis*. Melior vulgata lectio. Alioqui contorta est atio.

v. 120. Emendat *Bentleius* lippum, quòd *Horatius* se lippus esset; sed quid lippitudo ad compilationem? ortè *inepti* Vide Sat. III, 139.

Sat. II. v. 38. Haec sensu carent. Pro *non*, lege *m*, ut est in versu Ennii, ad quem adludit Horatius. ide Acronem. *Bentleius* malè *moechos*.

v. 68. Rectius, *videntis*, nempe, mutonis, cui cùm erba tribuantur, oculos tribui nihil mirum. *Videnti* latum ad mala patientem frigidum est. *Bentleius* hîc hil vidit.

v. 90. *Ne*. Est collectio è superioribus, *Ne ergo ntemplere*. Absurdè argutatur hîc *Bentleius*.

v. 129. F. (*vae!*) *pallida*, ut ἀσύνδετον servetur, on *ne*. De *vae* vide I. Od. XIII. 3.

v. 131. *Bentleius* legit *doti haec depr*. Sed τὸ *haec* abundat, et friget.

Sat. III. v. *Citare* est frequentativum τῦ *ciere*, et epius clarâ voce *ciere* signif. Vide *Ciceronem* de Or. I. 59. Potuit in Musicis adhiberi. Non est mutanum in *iteraret* cum *Bentleio*.

v. 14. *Scaliger* et *Muretus*: *pura et toga*.

v. 16. Scal. *rasa*. E marg. Ep. Senecae CXX. Ed. gaei.

v. 20. F. *at*, nam *et* est absurdum.

v. 25. F. *nec*, id est, *ne quidem*. *Praevideas* est surdum et inusitatum.

v. 29. *Acutis*. Rectè, nam opponitur simplicitati, ùi qua coniuncta saepe est iracundia. Vide *Senecam*.

v. 58. Tarditatem incessûs pinguedine excusamus; d hîc *pinguis* est convicium deterius *tardo*.

v. 117. *Bentleius* vult *Divûm sacra*, radere, vulnereque aures suâ asperitate, reponendúmque è Codd. cra *Divûm*, quae lenior molliorque est lectio. O aus Britannas!

Sat. IV. v. 14. Minimo; nempe, pignore à me deposito, cui ipse magnum apponat. *Minimo emere, minimo transigere* dicunt Latini.

v. 20. Scribit *Bentleius emolliat*, ob duritiem versus. O delicias!

v. 34. Nil opus est mutari *Poëtas* in *Poëtam* propter sequentia. Supplendum enim, *nam Poëta foenum* etc. Mimesis est de uno quodam poëta dicentium.

v. 73. Ne muta *cuiquam* in *quidquam*, nam perinde est, Quis damnet dicentem: *nemini recito, nisi amicis?* Nemo, nisi putidus Grammaticus.

Sat. V. v. 92. Nolim delere hunc versum, quasi superfluum, nam non ita parci verborum Poëtae; nec quasi barbarum; nam *condere locum* tam bene dicitur quam *condere urbem*, aut *provinciam* aut *insulam* etc. Sic *Thucydides* χωϱίον κτιζόμενόν.

Sat. VI. v. 4. F. *multis*. — v. 23. F. *conspector*, id est, *conspicuos*, gloriosos; cùm constricti dicantur captivi. Vide Georg. III. 17.

v. 94. F. *exactis annis*, hoc est, exacto vitae tempore. In lectione vulgata, vix sensum invenias.

Sat. VII. v. 3. F. *lixis*, nam quod lixae et calones sciunt omnibus est notum. *Lippis* hîc nullus est locus.

v. 11, 12. *Inter* et *inter* bene Latinum. Ineptit hîc *Bentleius*. Vide Bibl. Sel. T. XXV. p. 171. et Parad. I. Ciceronis 4. unde frustra *inter* eliminare voluit *Gruterus*, contra fidem Codd. quem locum non inspectum fastidiosè reiicit Bentleius. Adde Cicer. de Amicit. c. 26.

v. 27. F. *rapta*, à frondatore fortè relicta ad ripam.

Sat. IX. v. 1. *Bentleius*: *Ibam ut*. Nihil opus.

v. 36. *Vadato*, quod omnes Libri habent, frustra mutat Bentleius in *vadatus*.

Sat. X. v. 27. *Latinè*, id est, cum summam operam dent Pedius et Corvinus ut merè Latinê loquantur, malisne verba minus Latina adhiberi? Nullus alioqui sensus, quidquid garriat *Bentleius*.

v. 32. E cod. emendat *me tali*. Vide eumdem ad v. 49.

v. 37. Alii *depingit*, meliùs; hoc est, lutulentum Rheni fontem describit. Ineptit hîc *Bentleius*, quasi a figulo desumta esset metaphora.

v. 57. L. *fractos*, hoc est, in quibus caesurae leges meliùs observentur. Nihil tamen muto.

Satyr. Lib. II. Sat. I. v. 10. Malè emendat *Bentis capit*, prius enim est efficacius, aptiusque ad vehementem adfectum significandum.

v. 31. Melius *umquam*, neque enim mentio est de ...sibus, sed de eorum eventu, qui malè ei cedebat, ...d viris honoratis detraxisset.

v. 79. L. *refingere*, hoc est *mutare*, emendare. v. Od. XXXV. 69.

v. 84. Bene est *laudatur*, nec mutandum.

v. 85. *Latraverit*. Rectè, nec mutandum. Vide od. VI, I. 8. sqq.

Sat. II. v. 2. *Quem praecepit*; hoc est, quem prior ...it, vel habuit. Qui scripserunt *quae*, hoc non animadverterant.

v. 29. Ordo est: *quamvis illa* (caro, nempe gallinae) ...*distat hac* (pavonis, scilicet), tamen patet te de...tum formis imparibus. *Distat illa* est differt ab illa, ...n *excellit*, quod cum recta Latinitate ac sententia ...etae pugnat. In utroque peccat *Bentleius*. Vide v. 63. Sat. III. v. 67. Vitiosè *Bentleius*. *Tum insanus*, Ed. Amstel.

v. 112. Nihil opus hîc legi *proiectus* cum *Bentleio*, ...m porrectus est qui cubat.

v. 172. Nil opus est legere hîc *perdere*. Vult enim ...ratius: postquam te vidi talos et nuces donare et ...dere negligentius, intellexi te satis ad rem adtentum ...n fore. Non opus est, ut in re tantilla, tam adcutè loquatur Poëta.

v. 189. Si legas *quaere*, ut *Bentleius*, nil opus est ... mutes *ac* in *at*. Sensus est; si modo fiat quod volo, ...tiar in factum hoc meum inquiri, iustum ne sit, an ...cus. Si quid mutandum esset, legerem, v. 178. *at quam*, hoc est, attamen nihil iniquum iubeo, rationemque facti reddere possim. Quae est v. 197.

v. 208. Graecè dixeris ἀλλοκότως ἰδέας ἐπιεικείας καὶ χθηρίας θορυβώδως μεμιγμένας χωρήσει.

v. 259. Rectè, ut antea *recusat*, *negat*; non optet, vult *Bentleius*.

ecto ac futuro plusquamperfecti, sicut de perfecto
ri exacti et de futuro futuri exacti facile demon-
ri posse.

His expositis aoristorum mentio iniicitur, quos do-
illud temporis momentum, quo, quod factum esse
ificent, factum sit, prorsus relinquere incertum,
d monens, non solum praeteriti temporis inveniri
stos, sed praesentis etiam futurique.

Quae quidem omnia quamvis V. Cl. maxima cum
citate explicaverit, id tamen ipsum nobis minus
avisse ingenue fatemur, quod, sicut omnes, quos
quidem inspeximus, grammatici in temporum ge-
bus investigandis actionem statim effectumque inde
dentem respexit, haecque cum illis coniunxit com-
tuitque. Inde sane factum est, ut quaedam sibi
cem contraria atque repugnantia apponeret trade-
ue. Huc pertinent e. g. ea, quae de *hortatus fui*
ruit, quam formam affirmat a perfecto *hortatus sum*
lifferre, quod, quam rem hoc ut imperfectam po-
in praesente, eandem illud in eodem tempore col-
t ut absolutam, *) quamquam paulo ante **) perfe-
n contenderat agere de re, quae peracta exstet,
diu ante, sive nunc demum coeperit peracta exsta-

Ut, quae nobis videntur, aperte fateamur, in
porum doctrina explicanda, etiamsi verbum actio-
significans in auxilium vocandum censeamus, haud
en ad ea, quae deponentia nominantur, nobis ex
tra quidem sententia confugiendum est: horum enim
iorum aeque ac passivorum perfecta, e. g. *captus*
, *admonitus sum*, non sua propria vi atque signifi-
one, sed usu tantummodo atque consuetudine per-
orum locum obtinere eorumque munere fungi vi-
tur. „Cum in his verborum formulis (hortans fui,
tans fueram, hortans fuero) inquit quidem *Dissenius*
Cl., ***) copula et praedicatum vim habeant in tem-
is significatione constituenda, ad sensum nihil in-
st, utrum vim perfecti huic addas, an illi. Quare
uis vult actum absolutum, qualis tempore perfecto

Comment. p. 15. **) ibid. p. 6.
Comment. p. 14.

exprimi solet, indicare, aut copula aut praedicato rem significare licet, ut *hortans fui* et *hortatus sum*, quamquam hoc est aptius." At vero concederemusne, *moriens fui* et *ingrediens fui* idem valere, quod *mortuus sum, ingressus sum?* *) cumque deponentium perfecta ad perfectorum passivi similitudinem formata sint, qua ratione id, quaeso, explicari potest, quod, quae in Latina lingua perfecti significationem habet loquendi formula, eadem in aliis praesens tempus designat, e. g. *admonitus sum*, et *I am admonished?*

Si ea vera sunt, quae *Dissenius* de participiorum vi atque significatione ex nostra quidem sententia eorum naturae quam maxime convenienter monuit, illa ne per se quidem, nisique usus id iubeat, ullum ad nova tempora constituenda habent momentum. „Illud, inquit nimirum V. Cl., **) pro certo ponamus, infinitivos et participia non esse relativa; quin ne temporum quidem accuratior notatio in iis reprehenditur, nec γράφων est *nunc* scribens, sed scribens simpliciter, quare dicimus *scribens sedeo, sedi, sedebo.* ***) Idem valet de participio γεγραφὼς et γράψων. Apparet hinc, quare nec imperfectum participii adsit, nec plusquamperfectum. Γράφων simpliciter notat conditionem imperfectam, γεγραφὼς perfectam, quae in praesenti tempore et in praeterito collocari potest, atque etiam in futuro. Quare cum γράφων et γεγραφὼς careant temporis praesentis notatione, quae inest in γράφω et γέγραφα, relationem quoque, quam inesse puto in illis, exuere potuerunt." Aliunde igitur eorum quidem temporum, de quibus hic sermo est, notionem participiis accedere necesse est; eamque ex verbis, quibuscum coniuncta sunt, pendere, res ipsa docet. Temporum ergo genera accuratius descripturi, nec participia, in quibus, ut in sequentibus pluribus demonstratum dabimus, nulla temporis inest notatio, nec, quam usus consuetudoque in linguas induxerunt, eorum notandorum rationem respicere, sed tempus ipsum per se nullaque alia notione adiuncta considerare, atque ita ipsius momenta in sermone designanda investigare debemus.

---

*) v. quae in sequentibus de hac re erunt monenda.

**) Comment. p. 22.

***) vid. quoque Grammat. N. Anglicana, Brunsuig. 1802. S. 307.

Cum temporis notione notio actionis effectusque pendentis arctissime cohaeret atque quam maxime uncta est: hanc igitur necesse est ab illa ut sepa-is seiungamusque. At vero cum semel adsuefacti s, notiones, quas in animo informamus, certis sub-e notis, atque has, tanquam involucra, eis addere, investigemus oportet, num verbum exstet, quod terminationis vel ipsius formae mutatione, quam ugationem vocant, diversa illa temporis momenta, nobis significanda sunt, nulla alia notione admix-exprimat. Sed non est, quod illud multum circum-amus: illa ipsa vox, quae vulgo verbum substanti-appellari, vel copulae nomine insigniri solet, quas rimus diversorum temporum notas nobis exhibet. profecto a vero prorsus aberrare, qui verbum il-copulae vicem obire affirmant, iam alio loco osten-sumus conati: haud enim copulat notiones verba-enuntiationem quae constituunt; sed quia nullam entiam sine temporis, sive expressi, sive intellecti, ssione in animo effingere possumus atque enuntiare, notionem, ubi opus est, illis addendi munere fun-r. *).

Iam vero tempus, ut *Dissenius* quoque post alios uit, nobis tanquam linea apparet, in qua media simus, et quae inde ab eo ipso puncto, in quo amur cogitantes, utrobique in infinitum procedat. e vero huius lineae pars illud punctum praecedit, raeteritum, quae sequitur, ut futurum, illud pun-t autem ipsum ut praesens tempus possumus cogi-, modo id teneamus, puncti huius loco partem ue lineae, intra cuius fines ipsum exstet, prae-s temporis imaginem exhibere, vel eius vicem su-re posse.

Tria igitur primum nobis notanda sunt tempora, sens nimirum, praeteritum s. perfectum atque fu-m, quae sane optimo iure relativa vocari possunt, eorum nullum sine duorum reliquorum altero sal-

---

Eius locum alia quoque verba subire posse cum monuimus, illis exemplis, quibus hoc comprobavimus, duo iam addere possumus ex Horatio petita, apud quem haec leguntur: „Quid refert, uri, virgis ferroque necari Auctoratus *eas*, an turpi clausus in arca — Contractum genibus tangas caput?" (Sat. II, 7, 58 sqq.) et „Vides, ut alta *stet* nive candidum Soracte:" (Od. I, 9, 1.) ubi *eas* et *stet*, illud quidem per *is*, hoc vero per *sit* explicandum est.

tem cogitari potest. Nec hoc quemquam latebit, illa tempora quam arctissime inter se esse coniuncta: tempus enim praesens quemadmodum finem praeteriti constituit, ita ipsum futuro terminatur. His autem temporibus designandis verbi substantivi quae inserviunt formae, hae sunt: *fui* — *sum* — *ero*.

At enim temporis praeteriti aeque ac futuri eiusmodi quoque in animo informare possumus notionem, ut ea a tempore praesenti prorsus separata cogitatione fingamus atque seiuncta: quarum quidem notionum eam modo, quae ad tempus praeteritum pertinet, peculiari forma designamus, ea nimirum, cui imperfecti nomen impositum est; illam contra, quae futuro tempore continetur, quo hoc in universum notatur, comprehendimus forma.*)

Verum enim vero illud quoque temporis spatium, quod tempus imperfecti forma designatum praecedit, animo comprehendi potest atque per se notari, non secus ac illud, quod inter tempus praesens futurique aliquod momentum ab eo distans intercedit, quorum alterum plusquamperfecto (fueram), alterum futuro exacto (fuero) significatur.

Quae omnia si recte exposita sunt, neque a vero aberrant, diversorum inprimis in lingua Latina notatorum temporum genera possumus statuere haec:

Plusquamp. Imperfect. Perfect. Praesens Futur. exact. Futur.

quae quidem his verbi substantivi designantur formis;

fueram eram fui sum fuero ero.

Harum formarum nonnullis alias quoque significationes esse subiectas, et in quibusdam linguis aoristos etiam inveniri, nihil ad nos adtinet: temporumque ratione ita explicata ad actiones indeque pendentes effectus, quibus significandis verba inserviunt, transire, accuratiusque de iis agere possumus.

Actionum nonnullae quidem ita comparatae sunt, ut in obiectum aliud non exserantur, nihilque igitur extra se producant, sed, ut cum Perizonio**) loquamur, ab et in uno eodemque subiecto fiant et absolvantur; quae ergo nullum requirant patientem, et proinde per-

*) His temporibus si actionis passionisve notione adiuncta utimur, aliam fere rem eodem tempore exstantem respicimus.

**) ad Sanctii Minerv. L. III, c. 2. p. 362 ed. Bauer.

ntes in agente concipi debeant: aliarum vero ratio e habet, ut in obiectum suum vel effectum ten-, in quibus igitur alterum esse, quod agat, alte, quod patiatur, prorsus necesse est. Iam vero s seu actionis subiectum triplici modo considerari t; aut enim cogites id licet paratum atque accin- ad vires suas exserendas, aut eas cum maxime ere atque in agendo esse occupatum, aut actio- iam perduxisse ad finem absolvisseque. Eadem cadit in eam, quae patitur, rem, sive in actionis tum, quod quidem aut agentis efficientiae cum ma- obnoxium, aut ea mutandum aut iam mutatum fingere possumus cogitatione. Idem quoque in um cadere, qui obiecti locum interdum obtinet, e patet.

Diversae hae agentis patientisque conditiones tri- quoque modo possunt efferri: aut enim conditio e spectata ponitur, cui rei infinitivus inservit: aut ur illa ad rem aliquam agentem patientemve, participiis fit; aut tandem temporis quoque addi- otio, quo quidem verbum finitum constituitur. At nonne a vero prorsus aberramus affirmantes, infi- participiisque tempus haud definiri, illaque eius ione carere? Nonne diversae infinitivi formae cipiaque apud Graecos e. g. aeque ac apud Latinos la proprium habent tempus, quod designent? Acri- hac re disputarunt grammatici, longeque maior numerus contra nititur contenditque, temporis nem et infinitivis et participiis esse adiunctam. ianus ipse, „Infinitivus modus, inquit,*) quoque ncta habet tempora, quomodo optativus, praesens aeteritum imperfectum, praeteritum perfectum et uamperfectum, quomodo apud Graecos. Cum dici- enim, legere, imperfectam rem significamus, quae l praesens, vel ad praeteritum imperfectum adti- Cum verbo, legisse, perfectam, quae sua est tam eriti perfecti, quam plusquamperfecti.“ Participio affirmat **) accidere sex, genus, casus, *tempus*, icationem, numerum et figuram; ac de temporibus igit, „Tempora, inquit, ***) participiis accidunt , quae et verbis infinitis, id est praesens, quod iam praeteritum imperfectum, ut osculari et oscu- praeteritum perfectum, quod est etiam praeteri-

---

p. Putsch. p. 808. **) l. c. p. 917. ***) l. c. p. 924.

tum plusquamperfectum, ut osculatum esse et fuisse, et osculatus: futurum, osculatum iri et osculaturus." Sanctio longe secus videtur. Is nimirum, „Infinitum, inquit, *) verbum est, quod personas, modos et tempora non finit, (sive quod personis, numeris et temporibus non definitur; aut quod certam et definitam personam, certum numerum et certum tempus non habet), ut *amare*, amavisse. — Consentio Romano hanc pulchram doctrinam me fateor debere, qui, *Qualitas*, inquit, *verborum aut finita est, aut infinita: finita est, quae notat certam personam, certum numerum, certum tempus, ut,* lego, scribo. *Infinita est, in qua haec universa confusa, ut,* legere: *legere enim et ego, et tu, et ille potest; item legere et unus, et plures dicuntur; item legere etiam possum hodie, et heri potui, et cras potero. Quoniam ergo haec neque personam, neque numerum, neque certum tempus definiunt, et ubique natura simplici eodem modo respondent infinita dicuntur.*" Haec Sanctius, qui singula quoque participia omnia tempora significare, sive, ut ipse loquitur, omnium temporum esse posse, pluribus conatus est demonstrare. **) Multus est in eo refellendo Perizonius, qui, „Cum *temporum* respectu, inquit, ***) verba infinita in varias discreta sint terminationes, nulla est satis iusta causa, infinitis negandi *temporum* discrimen. — Fateor equidem, aliquanto magis promiscuum videri et confusum apud auctores in infinito earum terminationum, quibus tempora distingui solent, usum. Sed ratio est, quia saepe infinitum, non tanquam verbum, sed tanquam nomen verbale usurpatur a scriptoribus, sine ullo respectu temporis cuiuscunque, maxime in locutionibus, ubi nulla potest esse ambiguitas, nec ulla temporis ratio habetur aut requiritur. Quod eodem modo se habet in participiis, quibus tamen omnes fere tribuunt temporis adsignificationem sive distinctionem in varia tempora. At vero ubi iam diversa tempora per infinitum in una periodo exprimi necesse est, illa quoque per varias infiniti terminationes, aeque ac finiti, veteres diligenter distinxere." Ita quidem Sanctii sententiam oppugnat Perizonius, cui

---

*) Sanct. Miner. T. I. p. 126. ed. Bauer.

**) L. I. c. 15. p. 140 sqq. ed. Bauer.

***) l. c. p. 127.

nes fere recentiores grammatici adstipulantur. *) Res quidem ratione, ut videtur, diiudicatu difficillima, ien, nisi omnia nos fallunt, nullo negotio expediri est, si modo ea teneamus, quae de actione effectu-

---

*) „The nature of verbs being understood, that of participles is no way difficult. Every complete verb is expressive of an *attribute*, of *time*, and of an *assertion*. Now if we take away the *assertion*, and thus destroy the *verb*, there will remain the *attribute* and the *time*, which make the essence of a participle. Thus take away the assertion from the verb γράφει, *writes*, and there remains the participle, γράφων, *writing*, which (without the *assertion*) denotes *the same attribute*, and *the same time*. After the same manner, *by withdrawing the assertion*, we discover γράψας in ἔγραψε, and γράψων in γράψει.“ *Hermes or a philosoph. Inquiry concerning universal Grammar* by *J. Harris*. Lond. 1794. L. I. C. 10. p. 184. „Es gibt noch einen andern Modus des Verbi, welcher es dem Adjective ähnlich macht. Man nennt ihn *Particip*. In demselben drückt das Verbum das Subjekt, aber dieses auf eine unbestimmte und verbundene Art, und zu gleicher Zeit seine Existenz in Bezug auf ein bestimmtes oder unbestimmtes Attribut aus. Da also dieses Particip des Verbum die Existenz ausdrückt, so kann es in dieser Rücksicht verschiedene Tempora haben.“ — *A. J. Silvestre de Sacy's Grundsätze der allgemeinen Sprachlehre, übersetzt von J. S. Vater.* 1804. p. 217. — „Den Begriff des Verbi können wir auch als eine Eigenschaft und also als ein Adjektivum, doch mit Bestimmung der dreifachen Zeit, von dem Subjecte prädiciren, welche Prädicirungsart *participium* darum von den Sprachlehrern genannt wird, weil es Theil nimmt sowohl am Adjektivo, als auch am Verbo. Mit dem Adjectiv hat es das Genus, die Declination, auch wol die Comparation gemein; — mit dem Verbo die Bestimmung der dreifachen Zeit.“ *Meiners philosoph. und allgem. Sprachlehre.* 1781. p. 217. — „Wenn die Sprachgewohnheit von Lauten, welche den Begriff eines Verbum bezeichnen, Formen gebildet hat, die bloſs Adjective sind, d. i. nicht neben dem Prädicatsbegriffe den Begriff der Assertion ausdrücken, aber neben dem Prädicatsbegriff zugleich die Wirklichkeit des Zukommens in bestimmten Zeitverhältnissen anzeigen können; so pflegt man solche Laute *Participien* zu nennen.“ *J. S. Vater's Versuch einer Allgemeinen Sprachlehre.* 1801. p. 201. vid. quoque Fernow's Italienische Sprachlehre. p. 383. Grammaire Générale et Raisonnée de Port-Royal par Arnauld et Lancelot. 1803. p. 363 sqq. Grammat. Wörterbuch von K. P. Moritz. s. v. Particip. J. E. Stutz kleinere Deutsche Sprachlehre, neu bearbeitet von Dr. H. Bauer. T. II. p. 210.

que inde pendente," sive potius de tribus illis conditionibus, quae in agente perpetienteque considerari possunt, supra apposita sunt. His enim conditionibus sine ullo temporis respectu exprimendis, infinitivi participiaque inserviunt, ut γράψειν, γράφειν, γεγραφέναι, γράφων, γράψων, γεγραφώς; *) quibus verbis si notio temporis comprehendi videtur atque contineri, id inde facillime explicari potest, quod actionis aeque ac mutationis inde pendentis, temporisque, quod ad illam exserendam atque ad hanc efficiendam requiritur, notiones ita inter se coniunctae sunt atque tam arcte cohaerent, ut vix et ne vix quidem a se invicem divelli possint atque seiungi. Hoc vero temporis spatium illaque genera temporum, quae verborum terminatione formave mutata significantur, nulla alia tenentur functione, quam quae inter haec atque diversa illius momenta, sive illas, quas supra notavimus, agentis perpetientisque conditiones intercedit. **) Illorum vero momentorum re-

---

*) In Germanica lingua non nisi duo exstant participia, alterum activae, alterum passivae significationis: in infinitivo autem conditio tantummodo eius qui agit patiturve, aut qui actionem absolvit mutationive obnoxius fuit, exprimitur. Addunt quidem grammatici doctissimi, quod appellant, futurum infinitivi e. g. *lehren werden*, *werden gelehrt werden*; id vero in lingua Germanica non invenitur.

**) Praeclare de hac re egit *Bernhardius* in libro *Anfangsgründe der Sprachwissenschaft*. Berlin 1805. inscripto; nec nisi pauca sunt, quae alia velimus expressa ratione. Maior forsan cum inde lux iis adfundetur, quae nos apposuimus, haud dubitamus, ea hic subiicere, quae Vir ille Cel. C. V. §. 43. de participiis eorumque natura disputavit, qui, „Alle begränzte Zeit, inquit, kann entweder angesehen werden, als Zeitpunct oder als Zeitraum. Geschieht das erste, so wird in der Zeit durchaus nichts unterschieden, so wenig, wie in dem mathematischen Puncte. — Damit allen Missverständnissen bei diesem wichtigen Puncte vorgebeugt werde, setzen wir folgendes als erläuternd hinzu: *α*) Es wird von uns nicht behauptet, dass der Zeitpunct absolut untheilbar sey, im Gegentheil, er wird sich bald im folgenden zu einem Zeitraum erweitern. — *β*) Wird hier durchaus abgesehen von einem darstellenden Subject, welches, indem es darstellt, von sich und seiner Anschauung aus datirt, wodurch sich erst die Zeit in die drei Arten spaltet, in vergangene, gegenwärtige und zukünftige, welche wir hier gar noch nicht kennen. *γ*) Weder unser Zeitpunct, noch unser Zeitraum mit seinen möglichen Ansichten, ist gegenwärtig, oder zukünftig, oder vergangen:

onis ad id temporis punctum, quo cogitamus, desi-
dae causa diversa verborum tempora formata sunt
e constituta.

er kann nach einer spätern Bedingung alles dreies seyn, aber hier ist es keines von allen. —"

„Neben dieser Ansicht einer verfliefsenden Zeit als Punct, als untheilbares Ganze, besteht eine Zweite als Linie, als ausgedehnt, als aus mehreren Momenten bestehend, welche aber durch die Einerleiheit der Handlung eins sind. Diese Ansicht der Zeit heifst Zeitraum. Ein solcher Zeitraum — schliefst auch mehrere Puncte in sich, welche zur Betrachtung kommen müssen. — Dieser Punkte können nur drei seyn, man mag den Zeitraum so grofs annehmen, als man will. a) Der Anfangspunct einer Handlung kommt zuerst in Betrachtung (*vel potius conditio eius, qui agendi consilium cepit*), u. er wird durch das sogenannte Participium Futuri ausgedrückt. Man lasse sich aber durch diesen Namen keinesweges irre machen, und glaube etwa, dafs der Anfangspunct einer Handlung nothwendig in die Zukunft fallen müsse, u. suche sich dieses durch folgendes Beispiel deutlich zu machen. Gesetzt es will jemand einen Weg von dreifsig, oder hundert, oder tausend Schritten gehen, so ist das ganze Gehen eine einzige Handlung, u. die ganze verfliefsende Zeit wird durch die Einerleiheit der Handlung zu Einer, zu Einem Zeitraume. Der unmittelbar vor dem Antreten des Weges liegende Zeitpunct, die Gränze: die Zeit, welche zwischen dem Niedersetzen des zum Fortschreiten aufgehobenen Fufses verfliefst, diese sind der Anfangspunkt der Handlung, u. diese drückt das Participium futuri aus. Ein solcher Mann wäre ein *Iturus*. (*Non ad ipsam actionem eiusque initium, sed ad conditionem illius, qui iturus est, vel eundi consilium cepit, hoc participium referendum esse, ex iis apparet, quae supra explicavimus.*) Freilich dehnt diesen Punct die Sprache wieder zum Zeitraum, und wenn z. B. jener um sechs Uhr auswandern wollte, so könnte er um fünf sagen: *iturus*; desgleichen um halb sechs, um sechs, ja vielleicht noch um sieben. Allein deutlich wird doch, dafs in *iturus* keine Zukunft liegt: denn den eben genannten Zeitraum kann er nach einem Jahre noch mit *iturus* bezeichnen, u. wenn er nach sechs Jahren wieder eintritt, ihn ebenfalls schon jetzt mit *iturus* darstellen. Der Endpunct einer Handlung ist das Zweite, was in Betrachtung kömmt, und er wird durch das sogenannte Participium Praeteriti, oder Perfecti angedeutet. Hier mufs man ebenfalls nicht glauben, dafs hierdurch eine Vergangenheit sollte aufgestellet werden: es ist wie mit dem Anfangspuncte. Mit dem letzten Schritte des Weges, dessen Länge ganz unbestimmt ist, tritt das Participium Perfecti ein; doch dehnt auch diesen Endpunct die Sprache zu einem Zeitraum. — Alle zwischen dem Endpuncte u. Anfangspunkte einer Handlung

Infinitivo, quem tanquam substantivam verbi formam considerare possumus, iam quidem omisso, ad participia statim accedamus, unde, nota temporis eis adiuncta, verbum finitum originem traxisse, optimo iure statuere possumus. Ex eis, quae disputavimus, sex in quacunque lingua exstare deberent participia, tria nimirum activae, tria vero passivae significationis. Haec Graeca lingua nobis quoque exhibet, e. g. φιλήσων, φιλῶν, πεφιληκώς, φιληθησόμενος, φιλεόμενος, πεφιλημένος. In Latina autem lingua quatuor tantummodo participia sunt, *scribens*, *scripturus*, *scriptus*, *scribendus*, quibus, si ad deponentia confugimus, participium, quod vocant, praeteriti activi, i. e. actionis absolutae finitaeque, e. g. *hortatus*, *ingressus*, *imitatus*, addi potest.*) Illo igitur Latina lingua caret participio, quod

---

liegenden Puncte stehen in gleicher Dignität, u. werden für einen gerechnet, oder vielmehr, jeder wird als Mittelpunkt angesehen, u. durch das Participium Praesentis ausgedrückt. Man denke also auch hier nicht an eine Gegenwart. Der, welcher einen Weg von tausend Schritten zu machen hätte, kann, wenn er es erzählt, beim Zweiten sowohl als beim 999. von sich *iens* sagen. — Die Participia also auf die Zeit bezogen, drücken die reinen Puncte einer durch die Zeit ausgedehnten Handlung, eines Zeitraumes aus, deren nur drei seyn können: Anfangspunct, Mittelpunkt, Endpunkt, welche durch das Participium Futuri, Praesentis und Praeteriti bezeichnet werden." (Haud ita, sed conditionem designant participia illa eius, qui vel agere constituit, vel cum maxime agit, vel actionem absolvit.)

*) In recentioribus linguis, in quibus duo tantummodo inveniuntur participia simplicia, illud, quod passivam significationem habet, non tam rem absolutam significare videtur, quam conditionem continuatam atque permanentem (quod in nonnullis saltem Latinorum quoque participiorum perf. pass. locum habere ex iis apparet, quae Perizonius ad Sanct. Min. T. I. p. 158 sqq. ed. Bauer. disputavit); qua de causa cum propriis formis verbi passivi ad diversa temporum momenta designanda illae linguae careant, hoc ipsum participium cum verbi substantivi praesente iunctum praesentis passivi locum obtinet e. g. *I am loved*, *je suis aimé*, *Io sono amato*; Germanica vero lingua dicitur, *ich werde geliebt*. Rem exstare absolutam finitamque si indicare volumus, tempora praeterita verbi substantivi participio illi adiicienda sunt, et Germanica lingua dicendum, *das Buch ist gebunden worden*, quod haudquaquam idem est ac *das Buch ist gebunden*. Inde vero in Anglica lingua ambiguitas saepe exoritur, cuius evitandae causa Angli verbo-

nditionem rei cum maxime perpetientis significet: cu-
s quidem in locum si e lingua Graeca participium,
od vocant, praesentis passivi substituimus, diversas,

---

rum structuram adhibuerunt, quam *Lowthius* profecto non censuisset reiiciendam, si linguae Anglicae naturam atque indolem penitus perspectam habuisset. Quod si nimirum Angli dicunt, *the book is bound, the letter is written*, tantum abest, ut his verbis significetur, librum cum maxime compingi, literas scribi, ut contra libros iam compactos literasque scriptas exstare designent. Prius igitur indicaturi Angli ad participium activae significationis confugiunt, dicuntque, *the book is binding, the letter is writing*. Neo profecto est, quod miremur, participio activi hac ratione significationem passivam esse subiectam, cum participio passivi quoque contigit, ut in formandis praeteritis recentiorum linguarum activa significatione adhiberetur, e. g. *I have lovet, ich habe geschrieben*. Quae loquendi formula qua ratione explicanda sit, Latina nos, nisi prorsus fallimur, docet lingua, in qua etiam interdum praeteritum tempus eadem exprimitur ratione, e. g. *Mihi videor habere bene cognitam voluptatem et satis firme conceptam animo atque comprehensam*, Cic. de Fin. II, 216. — *Ich habe einen Brief geschrieben*, igitur proprie significat, *literas habeo scriptas*. In lingua Anglica tamen, id quod nullus grammaticorum adhuc observavit, multum refert, quem locum illud participium occupet. Activam videlicet significationem in eiusmodi verborum structura tum modo habet, quum accusativum praecedit; at si hunc sequitur, passivam retinet significationem, e. g. In the morning, when Tom attended the reverend Mr. Twackum, *he had the same questions put* to him by that gentleman, which he had been asked the evening before. (*Fielding.*) Astyanax was the son of Hector and Andromache. When Troy was taken, this young prince *had his head cut off*, and *his body thrown* to swine. (*Swift.*)

— — Hie thee hither,
That I may pour my spirits in thine ear;
And chastise with the valour of my tongue
All that impedes thee from the golden round,
Which fate and metaphysical aid doth seem
To have thee crown'd withal. —

(Shakspeare. Macbeth.)

Ad quem locum Malonius quidem monuit, magnum intercedere discrimen inter *to have thee crowned* et *to have crowned thee*; id vero illustrare definireque omisit. Sunt, qui affirment, participium passivi in Germanica lingua proprie significationem activam habere; hi vero vehementer errant: id enim in nonnullis verbis intransitivis tantummodo locum habet, e. g. *blühen, geblühet; reifen, gereift; leben, gelebt.*

quas descripsimus, et agentis et perpetientis rei conditiones temporum in Latina lingua de signatorum notis adponentes, quam Latini in illis coniunctim significandis sequuti sunt, accurate cognoscere possumus rationem. Existit inde nimirum hoc systema:

fueram	scripturus	scribens	ingressus	scribendus	γραφόμενος	scriptus.
eram	—	—	—	—	—	—
fui	—	—	—	—	—	—
sum	—	—	—	—	—	—
fuero	—	—	—	—	—	—
ero	—	—	—	—	—	—

Harum vero formularum cum nonnullae sint, quarum locum propriae formae occupaverint, systema illud, his insertis, sic se habet:

fueram	scriptur.	(scripseram)	ingress.	scribend.	γραφόμενος	scriptus
eram	—	(scribebam)	—	—	(scribebar)	—
fui	—	(scripsi)	—	—	γραφόμενος	—
sum	—	(scribo)	—	—	(scribor)	—
fuero	—	(scripsero)	—	—	γραφόμενος	—
ero	—	(scribam)	—	—	(scribar)	—

Cum quacunque igitur diversorum temporum nota participia seu illae voces coniungi possunt, quae diversas agentis perpetientisve rei conditiones designant. Haud vero credere debemus, nova inde oriri tempora; horum enim numerus illis, quos supra descripsimus, terminis ita inclusus esse videtur, ut extra eos egredi non possit: nihilque aliud eiusmodi verborum formulis indicatur, quam tempore nota, quae participio addita est, designato agentis perpetientisve conditionem talem fuisse, qualem participium significat. *Scripturus sum* igitur idem est, quod *scribendi consilium cepi*. *) Nec hoc quemquam fugiet, proprias temporum formas in locum earum fere formularum in priore systemate appositarum successisse, quae conditionem rei cum maxime agentis perpetientisve adtingunt. At vero eiusmodi cum deessent formae, quae τοῦ γραφομένος *fueram*, *fui* et *fuero* notiones exprimerent, illo autem participio, quod vocant praesentis passivi, lingua Latina careret, illarum vice adhibebantur *scriptus eram*, *scriptus sum* et *scriptus ero*, quia hae formulae significatione proxime

*) Valeat possessor oportet, si comportatis rebus *bene cogitat uti*; — inquit Horat. Epist. I, 2, 49: huiusque loci posteriora verba interpretes explicant per μέλλει εὖ χρῆσθαι.

s accedebant, — qui usus in deponentibus quoque rit: — quarum quidem formularum de proprio si ex recentiorum linguarum similitudine sta- licet, *scriptus est* nihil aliud significat, nisi *scri-* *xstat*, et *ingressus est* non solum significat, *ali-* *ingredientem fuisse*, sed *etiamnum intus esse*, id *ingressus fuit* in incerto saltem relinquit. Quod ro id genus formulae veram perfecti subiicimus icationem, ut *imitatus sum* e. g. indicet, me iam m imitandi finem fecisse, *imitatus fui* nihil aliud nere potest, quam tempus aliquod iam esse prae- sum, ex quo id facere desierim.

uae de propria significatione formulae *ingressus* nonuimus, eiusdem generis formulis e lingua An- petitis confirmare licet. *I am retired*, *I am come*, ex grammatica quidem ratione ut perfecta verbo- *to retire, to come*, etc. considerari debent: at vero entis quoque temporis has formulas interdum fungi ex locis sequentibus apparet, in quibus perfecta nt, ab illis formulis ut praesens tempus significan- derivata: The sun *had been* some time *retired* to when Sophia arose, greatly refreshed by her (*Tom Jones.*) All presently came up stairs, nly the children, but the two ladies, laden with ets, as if they *had been come* from a fair. (*Ame-* Mr. Booth *had* not *been* long *gone*, before a lering knock was heard at the door. (ibid.) *)

Non ab re erit, quaedam hic subiicere scriptorum Latino- um loca, in quibus et activae et passivae formae id genus ccurrunt tempora: Eadem et virtus et fortuna subsequenti empore *ingressa* animum imperatoris Tiberii *fuit*, quae nitio *fuerat*. (Vellei. Paterc. II, 121.) Sulla dictator crea- us — imperio, quo priores ad vindicandam maximis peri- ulis rempublicam *usi fuerant*, immodicae crudelitatis li- entia usus est. (Id. II, 28.) Fit itaque terrestre proelium, adem Lacedaemoniorum fortuna, qua *pugnatum* adversus onona navali proelio *fuerat*. (Iustin. VI, 4.) Itaque quae *censa fuerant*, praedarum sumtu et exercitu Persarum, stituit. (Id. VI, 5.) In eo bello Lysander, quo duce thenienses *victi* a Lacedaemoniis *fuerant*, interficitur. d. VI, 4.) Da, si grave non est, quae prima iratum ven- em placaverit esca. In primis Lucanus aper: leni *fuit* stro *captus*. (Horat. Serm. II, 8, 4.) Late fusum opus , et de quo nunquam *dicta erunt* omnia. (Quint. Inst. . II, 13, 17.) Postremo eo provectus est, ut mandaverit ibusdam provincias, quos egredi urbe non *erat passurus*. acit. I, 80.) Quid horum opus fuit suscipi, si una cum llis urbem Romam *relicturi fuimus*? (Liv. V, 52.)

Participiorum haud pauca hac ratione in adiectivorum proprie sic dictorum numerum transiisse, non est, quod miremur; eaque de re cum Bauerus pluribus egerit, *) ipsam hic sufficiet innuisse.

LVIII.

Über die Adverbia heute, heint und heuer.

Von *Jacob Grimm* in Cassel.

In einem Beitrage zu den Abhandlungen des Frankfurter Gelehrten-Vereins für Deutsche Sprache, St. III. p. 292 — 296 berührte ich die Herleitung unserer Partikeln: heute, heint, heuer u. jetzt; sie hat in demselben Stück S. 391 — 394 einen Bestreiter gefunden. Hr. *Grotefend* meint nämlich, die t, nt und r in dem Schlusse dieser Wörter seyen nichts als formative, der Wurzel des demonstrativen Pronomens hinzugetretene Adverbialendungen, deren Ursprung mit den Begriffen Tag, Nacht, Jahr keine Gemeinschaft habe, heute u. heint stehen dem Goth. hita völlig gleich, mit heute müsse itzo verglichen werden, erst später habe man gesucht, die Geforme der Zeitbestimmung den Benennungen des Tages, der Nacht, des Jahres „anzuähneln", wie man auch jetzo durch jetzund mit Stunde assimiliere.

Bei dieser Ansicht, scheint es mir, sind zuvörderst die Lautverhältnisse der verschiedenen Deutschen Mundarten unerwogen geblieben; wie kann man ein althochdeutsches *hiutu* zu dem Gothischen *hita* stellen! Aus dem Goth. i wird nimmermehr ein althochd. iu, dem Goth. t entspricht ein althochd. z, dem althochd. t ein Goth. d; wenn also jene Vorstellung Grund hätte, so müſste entweder das althochd. Wort hizo oder das Goth. hiuda lauten, was ganz unerhörte Formen sind. Sodann werden die fraglichen Formen für bloſse Adverbialendungen erklärt. Das will sagen, für dunkele, nicht weiter auflösliche Bildungsendungen, denn Adverbialendungen bleiben sie auch nach meiner Behauptung, welche der Grotefendischen entgegensteht, ich unternehme nur ihre Auflösung. Alle und jede Adverbia sind nur gebogene oder komponirte Wurzeln, aus welchem Satze die für das etymologische Studium wich-

*) ad Sanct. Minerv. T. I. p. 140.

e Folgerung fliefst, dafs Adverbia zur Ergründung
Wurzeln einer Sprache wenig helfen, entweder
sen sie sich dekomponieren, und dann hält man sich
die einfache Gestalt der Wurzel, oder ihre Bildung
sich verhärtet, und dann gewähren sie ein zur Er-
nntnifs der Wurzeln untaugendes Material. Über
Trieb und das Wesen der Bildungen oder Zusam-
nsetzungen insgemein gibt uns hingegen das Adver-
m desto reicheren u. erwünschteren Aufschlufs, wir
en auf alle Fingerzeige achten, die uns hier der
ng und die Analogie der Sprachen bietet, und nicht
ht wird sich hiezu ein günstigeres Beispiel finden
en, als die Entwickelung der Begriffe heut, heint
heuer. Da es in meiner Grammatik (zweiter Ausg.
94) dazu an Raum gebrach, so lasse ich die nähere
einandersetzung folgen, nachdem ich noch zuvor
lärt habe, dafs ich auf den dritten Behelf der Gro-
ndischen Ansicht, welche die augenscheinliche Iden-
t der in Frage stehenden Bildungskonsonanzen mit
Wurzeln der hier waltenden Substantive durch
Zufall und durch *spätere* Assimilation abzuweisen
nt, nichts zu halten vermag. Gerade anfangs sind
he Adverbien schärfer bestimmt, als nachher, und
es hatte eine so vage Zeichnung, dafs gänzlich ver-
edene Begriffe, wie heute u. heint sind, aus dersel-
Quelle entsprungen seyn könnten. Bei heute, heint,
er, sobald einmal die Komposition verdunkelt war,
te der Gebrauch sicher niemals an die Wurzeln
, Nacht u. Jahr, noch weniger hat er bei jetzund
Stunde gedacht, mit welchem Worte denn auch in
That jene Partikel gar nichts zu schaffen hat.
te aber in heute wie in jetzt nicht anders, als eine
meine Zeitbestimmung enthalten, so ist schwer
usehen, warum nicht in einzelnen Dialekten wenig-
heute sowohl den Begriff der Stunde, der Nacht
Jahrs, als den des Tags hätte erfüllen sollen.

1.) Was in der einen Sprache oder Mundart zu-
nengezogen, verkürzt, entstellt erscheint, pflegt
in andern, zumal in ältern, klar u. einfach darzu-
n. Die Begriffe von heute, heint, heuer lösen sich
n die von: diesen Tag, diese Nacht, dieses Jahr.
Gothe sagte vollständig *himma-daga* (hoc die), *hina-*
(hunc diem); die beiden andern Adverbia begegnen
n ulphilanischen Fragmenten nicht, nach der Ana-
würde hizai-naht (hac nocte), hija-naht (hanc
m), himma-jêra (hoc anno), hita-jêr (hunc annum)

zulässig seyn. Der Althochdeutsche kürzt ab, einmal gebraucht er statt des Dative einen dem Gothen mangelnden andern Kasus, u. setzt nicht himu-taku, himutagu, sondern hiutakû, hiûtagû, dann zieht er dieses in *hiutû* zusammen. Den Begriff dieses Jahr habe ich in den Quellen noch nicht gefunden, trage aber kein Bedenken nach dem mittelhochdeutschen hiure u. neuhochdeutschen heuer ein althochdeutsches *hiurû* für hiujârû anzunehmen. Für diese Nacht gewährt Otfrid *hînaht* statt hinaht (hanc noctem). In mittelhochdeutschen Denkmälern sind die Formen *hiute* u. *hiure* häufig; diese Nacht wird abwechselnd durch *hînaht* und *hînte* ausgedrückt, in welchem letztern der lange Vokal vor zwei Konsonanten die vorgegangene Synkope zu erkennen gibt, wäre die Verbindung dieser Buchstaben alt u. ursprünglich, so müfste ein kurzes i (hinte) stehen. Neuhochdeutsch verwandeln sich hiute in *heute*, hiure in *heuer* (gramm. S. 697), doch fängt heuer an auszusterben u. man bedient sich lieber des vollständigen Adverbs: dieses Jahr, in diesem Jahr. Auch für *heint* (weniger gut geschrieben heunt) pflegt: diese Nacht vorgezogen zu werden. Dem Hochdeutschen heute entspricht das Niederdeutsche *hüde*, *hüden* und Niederländische *héden*, *heiden*, die beiden andern Begriffe haben in diesen Mundarten keinen, dem Hochdeutschen entsprechenden Ausdruck. Im Angelsächsischen lese ich nur ein einzig Mal *heódäg* (Cädm. paraphr. 16, 20: gif thu him heódäg viht hëarmes gespraece, wenn du ihn heute durch deine Worte beleidiget hast) f. hëódäge, häufiger scheint der Genitiv *igdäges*, *î-däges* f. hî-däges?

2.) In allen diesen Fällen sehen wir also ein Demonstrativpronomen mit den Substantiven Tag, Nacht, Jahr verbunden u. verwachsen. Dafs hiutû wirklich aus hiutagû zu erklären sey, lehret heódäg. Den Deutschen Sprachen stehen aber, um dieselben Begriffe auszudrücken, noch andere Mittel zu Gebot. So wird ohne das Demonstrativum, mit einer Präpos. und den Substantiven Angelsächsisch *tô-däge*, *tô-niht*, *tô-gaere* für heute, heint, heuer, Altnordisch *î-dag*, *â-nótt*, *î-âr*, Niederländig *van-dag* gesetzt, welches eigentlich nur: zu-Tag, zu-Nacht, zu-Jahr bedeutet, doch in der bloſsen Aufstellung zugleich demonstrirt. Mittelhochdeutsch findet sich ferner *tâ-lanc*, *naht-lanc*, *jâr-lanc* gleichbedeutig mit hiute, hînte, hiure gebraucht, deren ersteres wenigstens lange Zeit in der Niedersächsisch.

undart (dolink, dailink, dallink) gangbar geblieben. Die Zusammenziehung *tâ-lanc* aus tage-lanc ist er eine neue Bestärkung der analogen hiute aus hiure; ebenso kürzte der tägliche Gebrauch tagedinc usa, lis) in teidinc u. aus teidingen stammt das Neuchdeutsche vertheidigen (defendere in lite, vertagegen). Die gemeine Hessische Volkssprache macht s guten-Tag: guntag, gentag, 'ntag u. guten-Abend; bed. Analog dem tâlanc, jârlanc sind übrigens *sumr-lanc*, *winter-lanc* (per hanc aestatem, hiemem) gedet.

3.) Innere verdunkelte Flexion u. Zusammensetzung egt die Sprache hernach äufserlich zu reproduciren; durch gewinnen wir immer Aufschlufs über Wesen d Bedeutung der früheren inneren. So treten z. B. in den Verbalflexionen unkenntlich gewordenen onomina wieder von Aufsen hinzu. Deutlichkeit u. chdruck gebieten die doppelte Verwendung desseln Mittels; unlogisch darf sie darum nicht genannt rden. Weil wir den Sinn von heute nicht mehr ilen, so dünken uns Redensarten, wie: heute an sem Tag, an dem heutigen Tag, heutiges Tags, nicht onastisch. Schon in mittelhochdeutschen Denkmän: *unz hiute an disen tac* (Biterolf 8936) *hiutes tages hiute des tages* (Tristan 6175) *hînaht bî dirre nacht* d. pal. 361. fol. 74b) *in disem jâre hiure* (Apollonius .); ja ich finde sogar *hiutelanc* (Apollonius 3468) z für tâlanc gebraucht. Nicht anders im Mittelderländischen: *in den dage van heden* (Maerlant 1,) Wahre Pleonasmen, die zur Verstärkung des sdrucks dienen, sind hingegen Redensarten wie: ertagetegelîche, welchen man in Altdeutschen Gehten oft begegnet (Gudrun 1a, Orlenz mihi 11239. 502.)

4.) Bisher ist die Analyse der drei Adverbien lelich aus der Deutschen Sprache bewiesen worden. n bestätigen sie aber auch fremde, in ihrer Entwilung verwandte Sprachen. Das Lateinische *hodie* ist n jeher aus hoc-die erklärt worden. Niemand hat ein eine *bloſse* Adverbialbildung erblickt, aber hodie dunkelte sich gleich unserm heute u. hodierno die, e hodiernum diem wurde ganz unanstöfsig. *) Für

*) Noch unkenntlicher ward es in dem romanischen *huei*, *hoi*, *oi* (Raynouard p. 370), daher die Franz. Reproduktion: ce jour d'hui, au jour d'hui; auf ähnliche Weise im Italien., Span. etc.

heint galt nur das unzusammenfallende *hac nocte*, für heuer hingegen *horno*, dessen Deutung schwierig ist, dessen vorstehendes h aber unzweifelhaft, wie das in hodie aus dem Demonstrativum stammt. Aus hoc-anno allein entspringt horno nicht, ich glaube, *-rn* ist die Adjektivbildung, welche in diurnus, nocturnus etc. waltet, das adj. hornus setzt also eine frühere, außer Gebrauch gerathene Zusammenziehung der Wörter hoc-anno voraus, wozu es sich verhält, wie hodiernus zu hoc-die. Im Griechischen wiederum sind die Begriffe heute u. heuer mit dem Demonstrativum u. den Substantiven *ἡμέρα* u. *ἔτος* gebildet, werden auch zusammengezogen: *σήμερα*, *σήμερον* aus *τῇ ἡμέρᾳ*, *τῆτες* aus *τὸ ἔτος*; Dorische Formen *σάμερον* u. *σῆτες*, *σάτες* von gleicher Bedeutung, auch stehet *ἡ τῆτες ἡμέρα* wie unser der heutige Tag. Für heint finde ich *τῇ νυκτί*, keine Abkürzung. Die Litthauische Sprache komponirt mit ihrem Demonstrativum *szis*, welches genau dem Gothischen his (hic) antwortet, und den Substantiven diena (dies), métas (annus), die Adverbia *szendien* (= sze diena) u. *szymét*; gerade so die lettische *schodeen* u. *schogadd* aus deena (dies) u. gads (annus, Russ. god). Die Slavischen Mundarten setzen ein demonstratives s nicht vor, sondern suffigiren es, heute heißt ihnen *dnes* (Böhm., Russ.), *dzis* (Poln.), *danas* (Serb.), von: den, dzien (dies); heint: *notschus*, notschas; heuer heißt *letos*, *latos*, *ljetos* von leto, lato, ljeto eigentlich Sommer,*) dann aber Jahr allgemein, weil man den Sommer neun, den Winter drei Monate rechnete. Daneben darf auch gesagt werden: sego dnja (Russ., diesen Tag), tego letni (Poln., dieses Jahr) etc. Aus dnes u. letos entspringen die Adjektive dnessnj, letossnj, unserem heutig, heurig u. dem Lat. hodiernus, hornus vergleichbar. Ohne Zweifel beobachtet die Indische Sprache ähnliche Wege, um die adverbia temporis praesentis zu bezeichnen.

5.) Eine Betrachtung der *adv. temporis praeteriti* [a.) *voriger Tag*: gestern, Lat. heri, Griech. *χθές*, Litth. wákar, Lett. wakkar, Russ. vtscheras, Böhm. wčera; b.) *voriges Jahr*: vërn, vërt; Griech. *πέρυσι*; Litth. pérnay, Lett. pehrn; Slav. loni, lani] erfolgt bei anderer Gelegenheit.

---

*) Ist das Deutsche Lenz, Alth. lengizin, lenzo, Angels. lencta verwandt?

LIX.

De particulis ὅπως et ὅπως μή.

ad *Sophocl.* Electr. 942 sq. Herm.

νῦν δ' ἡνίκ' οὐκ ἔτ' ἔστιν εἰς σὲ δὴ βλέπω,
ὅπως τὸν αὐτόχειρα πατρῴου φόνου
ξὺν τῇδ' ἀδελφῇ μὴ κατοκνήσεις κτανεῖν
Αἴγισθον.

Brunckium sequuti scripserunt Erfurdtius, Schaefe- Hermannus, quamquam optimi libri MSS. et edd. -es in coniunctivo aoristi primi κατοκνήσῃς consen- . Quanto quidem amore ille amplexus sit Davesii lam (Misc. crit. p. 227 sq. 449. Burg.), ab omnibus recentioribus grammaticis et criticis canonis loco ptam, ex qua coniunctiones caussales ὅπως et ὅπως quum praesentis, aoristi primi passivi et aoristi ndi coniunctivo iungantur, ab usu aoristi primi ri et medii recedant, et pro iis indicativi futurum irant (cf. Matth. gramm. gr. p. 738.), illud inquam ickii studium ex eo notissimum est, quod de ra- s huius praecepti eadem fere novies, et quod ex- it, repetere et eius ipsius caussa permultos tragico- et Aristophanis locos corrigere ratum habebat Br. ad Aesch. Prom. 165. ad Soph. Ai. 556. Oed. . 1592. Eurip. Med. 325. Aristoph. Lys. 384. 1305. . 378. 1365. Conc. 295.) Habebant igitur emen- li cupidi, quo niterentur, ubi contra praestantissi- um codicum consensum coniunctivum aoristi primi aturi indicativum mutabant. Quod nuperrime Lo- ium ad Phrynich. p. 735. suo exemplo defendisse istum censuisse vehementer doleo. Attamen exsti- nus alterque, cui haud exiguus numerus locorum, criptoribus pedestris orationis inventorum, pro fu- aoristum illum exhibentium, ubi optime firmatam ionem mutare nefas videretur, dubitationem iniice- animumque agitaret, ut Davesii hac in re auctori- nimium tribui existimaret. Nominandi sunt ex eo- numero Heindorfius ad Plat. Protag. p. 476. Hel- in Actt. Monac. II, 2. p. 159. 160. et Poppo obss. hyd. p. 155. (ed. Tom. I. p. 136 sq.) et ad Xenoph. p. III, 1, 27. Hi quidem ad scriptores pedestris ionis spectarunt; verum nulla ratio adest, cur eodem modo ad poetas extendere liceat aoristi pri- ct. et med. usum canoni isti contrarium, quemad-

modum de particulis οὐ μὴ Davesii praeceptum in forum vocat Hermannus in Ephh. Lips. 1807. 111. p. 1771. et ad Sophocl. Aiac. 557. Idem igitur de illis ὅπως et ὅπως μὴ valere opinor, quod de οὐ μὴ contra Davesium contendi potest, latiorem videlicet patere usum, dummodo recte distinguatur et constituatur, utrum ὅπως sit *quomodo*, modum praebens, an *ut* finem consiliumque indicans. Inter utrumque enim non nihil interesse mihi videtur, quamquam non nescio, discrimen negari ab Hermanno ad Vig. p. 791. (ubi verissime monet, de ὅπως idem valere quod de ὅπως μὴ) et ad Soph. Aiac. 1200. Illud quidem, quo quis exprimit, qua via rem efficiat, nullam vim habet in constructionem modorum, nisi eam, quae simul definitur e totius orationis colore atque conditione, aut recta aut obliqua, perinde ac ὡς et Latinorum *ut*; potest igitur cum omnibus indicativi, coniunctivi et optativi temporibus iungi. Ideo non nisi recta progreditur usus, cum praesentis indicativo v. c. Il. δ. 37. ἔρξον, ὅπως ἐθέλεις Soph. Trach. 443. ὅπως θέλει. Xenoph. Cyrop. III, 3, 20. et al., cum perfecto Eurip. El. 1054. Matth. ὅπως τέθνηκε rel. Alterum ὅπως, quo finis rei faciendae declaratur, indicativum, coniunctivum, optativum eo modo requirit, quem certis argumentis probarunt Hermann. de emend. rat. gr. gr. p. 206 sq. ad Viger. p. 850 sq. Matth. gramm. p. 733 sq. Monk. ad Eurip. Hippol. 643. et minus caute Elmsl. ad Soph. Oed. Tyr. 1389. Ut ἵνα, ὅπως etiam, coniunctio caussalis, nunquam cum praesentis aut perfecti indicativo construitur, nisi aliam expositionem postulante totius enunciationis ratione. Tota autem utriusque usus particulae ὅπως diversitas in eo continetur, quod, ubi *modus* agendi ostenditur, ipsa actio primas totius sententiae partes obtinet, ubi vero *consilium* significatur, quo agens uteris, vis enunciationis comprehenditur in verbo orationis rectae, quae particulam istam exhibenti obliquae proxime praecedit aut cum ea arctissime coniuncta est. Ita vide, ut res exemplo lucem sibi vindicet, annon diversus in eo *cura ut valeas* sit orationis color, quum illud *cura quomodo valeas* comparaveris. Alterum invertendo hunc evolves sensum: *valetudinem servare non potes, nisi curando s. summum valetudinis servandae est cura*; alterum dispiciendo haec doceberis: *modus curae valetudinem comparat.* Utrumque si graece ita reddis σπούδαζε, ὅπως ὑγιαίνῃς, non male facies; duplex autem per se manet constructionis ratio, quum ὅπως *ut* h. l. coniunctivum postulet ob praegressum praesens σπουδάζει,

ως quomodo nullam in coniunctivum vim exerceat, qui nen recte adhibetur, ut demonstret, fieri aliquid posse ɔpeditata ratione, cur fieri possit. Cavendum modo, fraudi sit vernaculum nostrum *wie*, quod quum in ·amque enunciationem congruere videatur, iuste nil i modum actionis cognosci patitur. Sed haec nunc ɔtenus. Ex illo nota, aliter se habere cum eo, a quo cessimus, Eurip. Med. vers. 1090.

πρῶτον μὲν ὅπως θρέψουσι καλῶς,

ɔm ita recte emendarunt novissimi editores, Elms- ɔ scite monente, ὅπως esse ὅτῳ τρόπῳ, ignorante qui- a veram Brunckianae vel potius Barnesianae emen- ionis θρέψουσι (antea legebatur θρέψωσι) rationem, ιm hoc modo apte ob oculos fert Matthiaeus: „de ɔ ob sequens ὁπόθεν λείψουσι vix quisquam dubitet.“ n debebat igitur Esmsleius, Brunckii vestigia pre- ns, cuius notam ad Med. 325. citat, hunc ipsum sum cum illo confundere, quum non aeque ὅπως ibi dum indicet, sed finem. *) Quare non aptis exemplis tur Britannus egregius Aesch. Prometh. 85. et 468.

Sed omnino versui in fronte huius schedulae con- :uo certa emendatione restituendum est κατοκνήσης, madmodum aliis in locis coniunctiones caussales ς et ὅπως μὴ cum coniunctivo aoristi primi activi liique constructae tragicis vindicandae sunt, ubi tum membranae praecipiunt. Illud ipsum, quod Her- nus et Elmsleius de particulis οὐ μὴ senserunt (neu- enim sententiam suam uberius explicuit, id quod ɔosterum spero fore, **) caussae etiam erit, cur ὅπως ὅπως μὴ iustam usus latiorem extensionem recuperare num sit. Videamus vero, quae sibi voluerit Dave- ; regulam suam constituendo, ex qua non unum, sed tena exempla corrigenda esse sequitur, si vera est.

---

*) Quo in loco duplicem lectionem, μένῃς et μενεῖς bonorum codd. editionumque veterum auctoritas tuetur, quod secus eventurum fuisse opinor, si ὅπως h. l. particula caussalis esset. Sed aliud argumentum μενεῖς praeferri iubet.

**) Elmsleium video ad Bacch. 314. ita promisisse: „Dawesio aliisque, qui οὐ μὴ γράψῃ et similia soloece dici statuunt, copiose respondebo ad Sophocl. Oed. Col. 179.“ — Ceterum exempla solutae orationis v. ap. Heindorf. ad Plat. Phaedon. p. 44.; neque tangenda sunt loca, quae corrigi vult Matthiaeus gr. gr. §. 516. b. not. 1. Falsum tenet Monkius quoque ad Eurip. Hippol. 602.

Exinde autem statuit, „quod nusquam conspiciatur aoristus ille ad dictas voculas referendus, praeterquam ubi metri ratio futurum recipiat; cum contra tamen futurum indicativum sexcentis in locis exstet cum voculis illis coniunctum, quorum in nullum salvis metri legibus aoristus ille invehi possit.“ De futuri quidem legitima adhibitione nemo dubitabit; *) Davesii autem ratiocinatio ex eo, quod non usque quaque locum inter se commutare possint duae res positae, ad id ducta, ut ostendat, alterutram tantum iure recipi posse, ut quaevis eiusmodi argumentatio labat, et si subtilis vera tamen esse nequit. Ex illa locum commutandi interdum inopportunitate et impotentia sequitur potius, unicuique constructionum illarum, ad quas ipsas transeamus, inesse peculiare aliquid, alteram ab altera discernens. Nisi forte aliae intercedant caussae, quibus perspectis in suspicionem cadat illa constructio, de qua nobis non certissimum est. Igitur necesse erat Davesium percontari, annon aliqua diversitas intercedat aoristi primi usum inter et futuri indicativi, praemissis coniunctionibus ὅπως et ὅπως μή; quae profecto adest. Rem declarabo ex Aeschyli loco, quem mecum communicavit vir quidam amicissimus, Choeph. v. 262—264., qui in edd. Schützii et Butleri ita leguntur:

σιγᾶθ' ὅπως μὴ πεύσεταί τις, ὦ τέκνα,
γλώσσης χάριν δὲ πάντ' ἀπαγγείλῃ τάδε
πρὸς τοὺς κρατοῦντας.

Porson. ἀπαγγελεῖ; Aldinae et Robortellianae lectionem vulgatam verissimam censeo. Qui versus idcirco in nostram rem optime convertuntur, quia iunctim apparent futurum et aoristus primus post ὅπως μή. Nimirum triplex oritur consideratio definiendo illi discrimini, temporis, extensionis, et agendi finis. Et primum respiciendum ad tempus; futurum enim locum habet, ubi rem aliquam, cuius caussa agendum est, in posterum effectum iri aut speramus aut metuimus, nescii, quo tempore id eveniat, serius an ocyus; aoristi usus postulatur, ubi persuasio suppetit, rem illam futuro quidem, sed quod certius indicari possit, tempore peragendam esse. Altera ratio innuit actionem aut celerius

*) V. praeter Matth. gramm. gr. p. 738. Abresch. diluc. Thuc. p. 445. Toup. emend. ad Suid. Tom. I. p. 45. Morus ad Isocr. Pan. p. 59. Spohn. Jacobs. addit. anim. ad Athen. p. 246. ad Achill. Tat. p. 923.

iciendam atque uno quasi momento absolvendam; longius durantem vel saepius repetitam. Tertium mentum constituit consilium actionis, quod nobis proponere possumus, nisi cuncta exspectatione, fore propositum assequamur: et ea quidem loquendi con-, ex qua illa exspectatio aut clarius aut obscurius tenda est, verbi flexionem mutat. Ita rem se ha- puto, quum tragici aut futurum aut aoristum cum iculis iungunt, ut futurum adhibeant, ubi qui certo no consilio agit, dubius est, an ad finem optatum veniat, itaque facit, fieri tantum posse, ut finem as- atur, aoristum usurpent, ubi quis dicit, se aliquid re aut facturum esse, vel alios monet, eventum silii ita certum ponens, ut eum fere iam pro re habeat. *) Quod igitur Aeschylus chorum ita lo- item instituit, ut futurum πεύσεται aoristo ἀπαγγείλῃ mittat, eo consilio fecisse videtur, ut ille significet iri posse incerto tempore, aut multa aut pauca, sed ire se, an revera audiatur, quae illi nunc non reti- it, quibus verba facit; contra non dubius haeret, is, qui dicta audiverit, audita principibus renun- rus sit, et quidem festinanter, in quo simul oppo- r dicendi actus transcursus quasi peragendus. Ex quidem sententia verba ista latine sic exponas: *ta-* *nisi enim taceatis, facile audiat aliquis aliquando, loquuturi estis; tum vero persuasum habeo, haec il- statim principibus esse renuntiaturum.* Alia etiam npla subiungam. Ad futuri usum vide Sophocl. . 1068. 1069. χώρει σὺ μὴ πρόςλευσσε γενναῖός περ ὤν, ὅπως μὴ τὴν τύχην διαφθερεῖς, *ne nobis hanc nostram unam aliquando corrumpas;* id quamvis non certe m an eveniat. Eurip. Iph. Taur. 1020. σοὶ δὴ μέλειν τἄλλ', ὅπως ἕξει καλῶς hoc innuit: *cura, nam si cu- facile cetera bene procedent.* Elect. 839. οὐχ ὅπως πευ- [illegible] θοιναςόμεσθα, Φθιάδ' ἀντὶ Δωρικῆς οἴσει τις ἡμῖν δ'; *nonne aliquis nobis cultrum feret, qui putet, non sto illo sacrificium esse celebraturos?* Haec sufficiant. istum ut videas iure suo positum, cf. locum, qui utationis ansam praebuit, ubi Electra Chrysothemi- alloquitur: *„ad te respicio, ne cuncteris meum Ae-*

De simili aoristi usu v. Matth. ad Eurip. Med. 1053. Gramm. gr. § 506. 2., ad quem tamen non referendus est Il. δ. vs. 158., cuius in grammatica aliam explicationem addidit, priori suae et Boeckhianae (ad Pind. Pyth. IV. 56. Isthm. V, 5.) longe praeferendam.

gistham occidere s. ita, ut nunc certissime et statim occidas. Eurip. Troad. 445. στεῖχ', ὅπως τάχιστ' ἐς ᾅδου νυμφίῳ γημώμεθα, ut-nubamus (ubi iam propter τάχιστ' futurum poni nequit), id quod quidem revera facturi sumus. Plutarch. Alcib. 23. ἔλεγεν τοῦτο πράττειν, ὅπως-βασιλεύσωσιν. Thuc. II. 67. ὅπως μὴ-βλάψωσιν.*) Ita quoque res conspicitur, ubi omittuntur ὁρᾶν, ὅρα et similia, cuius exempla dederunt Valcken. ad Herod. p. 477. ad Theocr. Adon. p. 30. Kuster. ad Aristoph. Plut. 326. Bergl. ad Alciphr. epp. p. 194. Beck. ad Aristoph. Av. 131. Brunck. ad Soph. Phil. 55., qui hic quoque more suo mutavit, ubi nil mutandum, Erfurdt. ad Aiac. 557. Zeun. ad Vig. p. 435. a. 3. Herm. ib. p. 792. Schaef. ad Bos. p. 643. cll. p. 657. ad Pors. Hecub. 402. Jacobs. ad Achill. Tat. l. c. Cave vero cum eiusmodi locis talia confundas, in quibus ὅπως particula comparativa ex abundantia quadam sermonis adiicitur, ut Eurip. Hecub. 395., ad quem vs. v. not. Matth. Herm. de ell. et pleon. p. 201. ad Viger. p. 791 sq. Seidl. ad Eurip. Troad. 117.

Ab hoc usu paullulum in eo recessisse videntur Graeci, quod plerumque ὅπως ut cum futuro addunt, verbis sperandi praegressis, ὅπως μὴ ne post verba timendi cum aoristo primo construunt. Illud ostendunt v. c. Eurip. Heracl. 1051. μὴ γὰρ ἐλπίσῃς ὅπως αὖθις πατρῴας ζῶν ἔμ' ἐκβαλεῖς χθονός. Soph. Electr. 951. Ημ. καὶ τῶνδε μέντοι μηκέτ' ἐλπίσῃς ὅπως τεύξει ποτ'; hoc demonstrant Soph. Oed. Tyr. 1075. δέδοιχ' ὅπως μὴ 'κ τῆς σιωπῆς τῆσδ' ἀναῤῥήξῃ κακά, ubi me non movet, quod contra bonos libros Brunck. Schaef. Erf. Elml. scripserunt ἀναῤῥήξει, praegresso iam Heathio, cuius exemplum sequutus est Porsonus quoque (Aristophanica p. 183. Dobr.), Eurip. Heracl. 259. ὅμως δὲ καὶ νῦν μὴ τρέσῃς, ὅπως σέ τις σὺν παισὶ βωμοῦ τοῦδ' ἀποσπάσῃ βίᾳ quod in ἀποσπάσει iniuria mutavit Elmsleius. Quod quidem evenisse puta lingua

*) Quae quum hactenus scripseram, forte in manus incidit libellus, ceteroquin etiam bonae frugis, cui titulus est: „De orationum Olynthiarum ordine scr. *Rud. Rauchenstein.* Praef. est *Fr. Passow.* Acc. fascic. observatt. philol. et crit. in Demosth. Philipp. *auct.* J. H. *Bremio* (*auctore* hoc sensu serioris latinitatis est) Lps. 1821." Ex quo quum viderem Bremium in eadem palaestra versatum (p. 74. 75.), mea libenter retinere volui; quum argumenta illius inspexissem a meis diversa, haec peritioribus diiudicanda tradere ausus sum, ut me, si erraverim, meliora edoceant, enixe rogans.

gis accedente ad hominum sensum a natura insitum, ppe quum metus fortior sit affectus quam spes, res- adversas nobis celerius accidere putemus quam se- idas contingere. De quo linguae ingenio alias plura.

Verum et aoristi secundi formae passivae usum negare etur Davesius, quo commotus Eurip. Hippol. vers. ι. δέδοιχ', ὅπως μοι μὴ λίαν φανῇς σοφή corrigendum abat Monkius, qui dedit φανεῖ. At non minus veri tigia relinquunt huic opinioni addicti, quippe qui eant, ne id odio quodam illius aoristi faciant; ut m dubitari nequeat, tragicos praesertim aoristum mum formae passivae secundo eiusdem formae prae- isse (v. Pors. ad Eurip. Phoen. 916. advers. p. 221. tm. gramm. mai. Tom. I. p. 461.), minime tamen, eterquam ubi cum aliusmodi quadam vitii suspicione spicitur secundus ille, omnino est auferendus, quum prie notione sua non differat ab altero, et plerum- usus sive molliori sive duriori elocutione, prout tentia ferebat, sit constitutus. (Cf. Hermann ad Eu- Hec. 333.) Ceterum gaudent perfecta et aorista siva saepius significatione media (Matth. gramm. 93. c. et quos laudant Herm. ad Viger. p. 748. hn. ad Isocr. Paneg. p. 103.), ut etiam φανῇς illo), rejectum ab Elmsleio quoque (ad Soph. Oed. Tyr. .) et Matthiaeo.

Singularis quaedam loquendi ratio conspicitur in quod saepe ὅπως iunctum videas cum οὐκ ἔστι v. c. h. Ant. 329. Oed. Col. 1. 72. Phil. 622. El. 1471. Eu- Med. 173. Iph. Taur. 385. 666. Hippol. 605. et al. m constructionem Latini imitati sunt iis *non est* l; interest vero, quod οὐκ ἔσθ' ὅπως, quia nil con- t nisi maiorem vim enunciationi rectae additam, ssime cum coniunctivo construitur, ita *profecto non* t, futuro frequenter additum. Idem est οὐκ ἔσθ' ὡς. Daves. miss. p. 276.

Ex iis, quae iam disputavimus, elucet simul, non dem stirpis esse illud ὅπως, quod inservit modum iendo cum eo, quo consilium editur, utpote alte- ab extensione particulae πῶς, alterum producta unctione ὡς exortum.

Dab. Bonnae. *H. Harleſs.*

LX.

Observ. ad *Tacitus* scr. *T. Baden.*

An. 1, 73. „Rubrio crimini dabatur violatum periurio nomen Augusti". Lege cum Freinshemio *numen Augusti*. Ibid. 3, 66. *Silanum — corripiunt, obiectantque violatum Augusti numen, spretam Tiberii maiestatem.*

4, 2. „Vim praefecturae, modicam antea, intendit, dispersas per urbem cohortes una in castra conducendo; ut simul imperia acciperent, numeroque, et robore, et visu inter se, fiducia ipsis, in ceteros metus crederetur". Scribe *redderetur*, id est, efficeretur. Livius 3, 26. *tantam vastitatem in Sabino agro reddidit.* Utrumque verbum in Mss. confundi, ostendit Burmannus ad Val. Flaccum 2, 292.

14, 31. „rapiunt arma, commotis ad rebellationem Trinobantibus, et qui alii nondum servitio facti, resumere libertatem occultis coniurationibus pepigerant". Lege: *qui-alii nondum servitia*, hoc est, servi, *facti*. Livius 2, 10. *servitia regum superborum.*

Hist. 1, 8. „Rufus, vir facundus, et pacis artibus, bellis inexpertus". Faërnus verbis *pacis artibus* addi volebat *clarus*. Verior, Tacitique consuetudini propior Rhenani est ratio, intelligentis ex sequenti verbo *expertus*. Ita et infr. c. 29. *alii formidine augentes, quidam minora vero. augentes* scilicet, verum. Annal. 12, 54. *Cumano, cui pars provinciae habebatur: ita divisis, ut huic Galilaeorum natio, Felici Samaritae parerent. divisis* sc. partibus. ibid. c. 64. *Agrippina, quae filio dare imperium, tolerare imperitantem nequibat. dare imperium* intellige, quibat. Eadem defectionis figurâ dixit Livius 43, 17. *Eo anno, postulantibus Aquileiensium legatis, ut numerum colonorum augeret, 1500 familiae ex senatusconsulto scriptae* etc. ubi vide Doering. et ad 41, 20.

ibid. 87. „Curam navium Oscus libertus retinebat, ad observandam honestiorum fidem invitatus". hoc est, occasionem nactus ad observandam honestiorum fidem. Velleius 2. 129, 3. *Quotiens populum congiariis honoravit, senatorumque censum, cum id senatu auctore facere potuit, quam libenter explevit, ut neque luxuriam invitaret, neque honestam paupertatem pateretur dignitate destitui.*

De Orat. Dialog. c. 26. „Equidem non negaverim, Cassium Severum — posse oratorem vocari, quanquam in magna parte librorum suorum plus vis habeat, quam sanguinis". Forte: *plus bilis*, hoc est, irae, quomodo legi volebat Gronovius.

MISCELLANEA

MAXIMAM PARTEM

RITICA.

EDI CURAVERUNT

FRID. TRAUG. FRIEDEMANN

ET

J. D. GODOFR. SEEBODE.

VOL. I. PARTIC. IV.

HILDESIAE,

APUD I. D. GERSTENBERGIUM.

MDCCCXXII.

LXI.

n. Herm. Ludov. Heerenii dissertatio *) de chori Graecorum tragici natura et indole, ratione argumenti habita.

ı. In tanta veteris Graeciae Latiique monumento-n omnis generis strage, vix tamen alia fuisse puto, ıe tristem hanc sortem magis experta sint, quam ricorum graecorum carmina. Ut enim eos poëtas eam, quos antiquissima Graeciae aetas tulit, Or-eum, Linum, Olympum, Philammonem et alios, ɔrum carmina, cum litteris nondum mandarentur, ab eritu vix servari potuerunt; eorum quoque poëtarum, inde ab Ol. XXV. usque ad Pindari aetatem florue-ıt, Archilochi, Alcaei, Stesichori, Alcmanis, mul-umque aliorum, nil fere praeter nomina ad nostra ıpora pervenerunt; quibus autem fruimur Sapphus Tyrtaei reliquiis, tantum sane abest, ut damnum, ɔd passi sumus, resarciatur, ut acriori potius eorum ıe interierunt desiderio ex lectione earum teneamur. ius quoque Pindari, quae ex temporum naufragio vata sunt, non ita pro optimis atque consummatissi-ı eius carminibus haberi possunt, ut iis omnibus, ıe Horatius admiratur, dithyrambis inquam, hym-quibus Deorum laudes celebravit, threnis denique bus defunctorum memoriam servavit, temporum ıtibus submersis, aequo animo carendum nobis esse emus. In communi hac lyricorum carminum clade, ca sane, quae nobis servata sunt, eo diligentius igenda atque exponenda sunt. Pertinent vero ad ea quoque carmina, quae in fabulis tragicis Grae-um a choro cantari solent, quae, quamvis in iis re-endis, atque a sordibus quibus obsita erant, pur-

*) Dissertatio, quam Ampl. Philosophorum Ordinis auctoritate ad consequendos summos in Philosophia honores die XXIX. Maii MDCCLXXXIV. publice defendet *A. H. L. Heeren*, Bremensis. Gottingae, typis I. Ch. Dieterich, Acad. Typogr. 47 pp. 4.

gandis, diligenter versata sit criticorum cura, nondum tamen ita tractata sunt, ut ex accurata eorum inter se comparatione, natura eorum sit constituta, varia genera ratione argumenti sint distincta, singula vero genera iterum inter se ita sint comparata, ut quid cuivis eorum proprium sit, intelligi possit.

§. 2. Quamvis autem fines, in commentatione quam exhibeo observandi, totam hanc rem, ita ut debet, expositam, capere nullo modo possint, periculum tamen feci, omnibus tragicorum choris saepius perlectis atque inter se comparatis, ad certas quasdam classes, ratione sententiae ac argumenti, eos revocare, et quae a me observata sunt adiicere; quo me id saltem consecutum esse spero, ut singula haec carmina e diversis fabulis tragicis iam in unum congesta, ita lectorum oculis subiecerim, ut facili opera uno quasi adspectu ea intueri, atque an recte naturam eorum indagaverim diiudicare possint. Priusquam autem propositum ipsum aggrediar, pauca mihi de ipso ortu atque antiquissima conditione chori in fabulis tragicis praemonenda esse, video.

§. 3. Omnes, tum antiqui tum recentiores scriptores in eo consentiunt, chori origines ex antiquissimis temporibus repetendas esse. Cum scilicet homines, diebus festis congregati, hilaritatis sensus voce atque gestu proderent, ipsa natura magistra facile impellebantur, ut inconditos clamores atque discursationes ad leges rhythmi revocarent. Graeciae vero prisci incolae, Bacchi festis vel Dionysiacis imprimis frequenter convenire, atque in Dei honorem hymnos canere solebant.

§. 4. Ex antiquis his Bacchi festis, primas repetendas esse tragoediae origines, post Aristotelem omnes, qui tragoediae historiam concinnarunt, uno ore affirmant. Postquam enim a multo inde tempore chorus in eo substiterat, ut cantu et saltatione, accinente tibia, laudes Dei celebraret, inter chori cantus unus prodire coepit, qui res gestas Dei tum voce, tum gestu imitaretur. Ea vero, quae dicebat, nulla arte erant composita, sed erant *αυτοσχεδιασματα* *) teste Aristotele Poët. C. IV. Vocantur haec a Graecis Episodia: quod nomen satis testatur, a primario chori argumento et consilio aliena ea putata esse. Mox tamen illa coepere principem locum obtinere, ita ut iis ipse chorus subserviret. Episodiis inventis accessit Dialogus, ita tamen ut unus

*) Eosdem mores Delphis in Apollinis sacris obtinuisse, testatur Strabo L. IX. cf. Dion. Hal. L. VII. s. f.

tantum actor colloqueretur cum Choro. Dialogum primo a Thespide adhibitum esse ferunt, quod num verum sit, an dialogi inventum Thespidis tempora excedat, disquirere, alienum foret a consilio meo; modo hoc teneamus, usque ad Aeschyli tempora, unum tantum adhibitum esse interlocutorem. Verum ad ea tempora descendere satius est, ex quibus ipsae tragicorum graecorum fabulae supersunt. Temporum vero ordine servato primum de Aeschyli, tum de Sophoclis, tandem de Euripidis choris videbimus.

Sectio I. *Aeschylus.*

§. 5. Cum Aeschylus inter antiquos rudis et inconditae, et recentiores expolitae et consummatae tragoediae scriptores medium quasi locum occupet, unus quisque facile videt, fabulas eius ab omnibus, qui vel universae tragoediae historiam concinnare, vel chori naturam indagare student, inprimis versandas esse, brevem autem fabularum Aeschyli delineationem eo consilio praemittam, ut inde pateat, quibus locis poëta carmina chori inserere, et unde materiam in iis tractatam, petere soleat.

Persae. Exhibendum sibi sumit in hac fabula, ut in pluribus aliis, Aeschylus simplex quoddam factum ex historia petitum, Xerxis scilicet ab Atheniensibus fugati, reditum in patriam. Ipsa itaque fabulae ratio postulabat, ut res in regia Persarum ageretur; chorus autem ex Senioribus Persarum, quibus cura regni demandata erat, compositus est. Fabula haec, ut plures aliae, a παρόδῳ chori incipit, qua rerum suarum conditione exposita — v. 64. cantum incipit, ingentes celebrans Persarum copias, quae in Europam traiecerint — 147. *Episod.* I. Accedit Atossa mater Xerxis, atque choro triste somnium refert, quo praeterita nocte turbata fuerat; supervenit nuntius, cladem Persarum referens — 529. Inde lamentationes et questus chori — 596. *Episod.* II. Cum Atossa de ipsius Xerxis vita sollicita esset, inferiis atque incantationibus Darii manes ex inferis evocare aggreditur. Chorus itaque medio tui magicum carmen intercinit 632 — 677. quo finito Darius ex terra prodit, atque ad interrogata respondet — 848. Post Darii atque Atossae discessum chorus Darii laudes canit — 904. *Episod.* III. Accedit Xerxes que a choro solenni threno excipitur.

Agamemnon. Ut in fabula antecedenti reditum Xerxis, sic in nostra reditum atque caedem Agamemnonis describit poëta. Chorus qui constat ex seniori-

bus Argivorum, rerum conditione in Parodo exposita, inde a. v. 104 267 Atridarum in Troiam expeditionem faustis ominibus susceptam, atque Calchantis vaticinia celebrat. *Episod.* I. Accedens Clytaemnestra nuntium de expugnatione Troiae, signis ab Agamemnone editis acceptum, refert choro — 364. Chorus inde gaudio exsultans, in memoriam sibi revocat Helenae raptum a Paride factum et Graecorum et Troianorum inde ortas calamitates — 499. *Episod.* II. Nuntius superveniens casus Troiae atque Graecorum labores describit — 691 Chorus iterum Helenae raptum, Paridis impietatem, atque varia mala inde orta memorat — 791. *Episod.* III. Accedunt Agamemnon et Cassandra, atque ab Aegistho et Clytaemnestra excepti, atque in aedes introducti, ibi interficiuntur. Huic quoque episodio chorus carmen intercinit v. 984 — 1042, quo suspicari se innuit, mala consilia Clytaemnestram de marito agere. Tum hic chori cantus, tum vaticinia a Cassandra edita, eo consilio interiecta sunt a poëta, ut spectatorum animos ad exspectandam Agamemnonis caedem, praepararet.

Septem contra Thebas. Thebis ab Argivorum exercitu oppugnatis, chorus virginum Thebanarum calamitates quibus opprimebantur deplorans, ad Deos se convertit, eorumque opem invocat v. 78 — 183. *Episod.* I. Accedit rex Thebanorum Eteocles, colloquitur cum Choro, eumque a lamentationibus abstinere iubet — 288. Post eius vero discessum, crescente metu, chorus ad preces atque fletus recurrit — 370. *Episod.* II. Redit Eteocles, nuntioque de hostium exercitu accepto, se cum fratre singulare certamen initurum esse promittit, a quo frustra eum revocare studet chorus — 721. Chorus itaque ad fletus atque luctus rediens, timere se ait, ne dirae, quas filiis Oedipus imprecatus erat, exitum iam habeant — 793. *Episod.* III. Nuntio allato fratres mutua caede exspirasse, chorus eorum interitum deflet, sororesque caesorum accedentes, solenni lessu excipit.

Prometheus Vinctus. Chorum huius fabulae constituunt nymphae Oceanitides, cognatae atque amicae Promethei, Iovis iussu ob ignem sublatum, scopulo affixi. Tria quoque huius fabulae sunt episodia, paulo tamen aliter constituta. Chorus scilicet non initio episodii primi ϛασιμον canit, sed aerumnis Promethei commotus, medio actui threnum intercinit v. 397 — 435. Continenter autem in episodio primo Promethei cum choro atque Oceano colloquia. Chorus Promethei mi-

seriis perterritus, similes casus deprecatur 526 — 562. *Episod.* II. Accedit Io, a Iunone facie bovina inducta, cui Prometheus futuros casus vaticinatur — 892. Chorus eius exemplo edoctus docet, impares nuptias esse fugiendas — 914. *Episod.* III. Mercurius a Iunone missus, ex Prometheo vaticinia de futuro Iovis imperio, frustra extorquere studet.

Supplices. Nulla est omnium Aeschyli fabularum, quae propius ad antiquissimae tragoediae naturam accedat, cantibus chori non maximam solum fabulae partem occupantibus, sed choro quoque primas in ea partes agente. Chorus scilicet Danaidum, filios Aegypti fugiens, cum Danao patre ad Peloponnesi littora appulsus, tristi rerum suarum conditione in prologo exposita, lugubri carmine casus suos deplorat, deorumque auxilium invocat — 184. *Episod.* I. Accedit rex Argivorum, a quo virgines precibus obtinent, ut re ad populum delata ipsis auxilium promittat. Ad flectenlum regis animum chorus medio actui carmen inter:init, quo opem eius implorat, v. 422—445. Post regis lisoessum chorus invocat deos, ut navem filiorum Ae;ypti perdant, atque nomine Iûs matris generis sui ;ommemorato in eius historiam excurrit 632 — 607. *Episod.* II. Allato nuntio Argivos excipere velle Daıaidas, chorus humanitate eorum commotus, bona ciitati precatur. Mox autem, conspecta nave filiorum ıegypti, senex Danaus in urbem abit populi opem imloraturus. Chorus solus relictus, threnum canit 783 – 843. *Episod.* III. Praeco a filiis Aegypti missus, b Argivorum rege re infecta dimittitur.

Choëphorae. Prodeunt chorus et Electra, ad exiandos Agamemnonis manes iussu Clytaemnestrae in:rias ferentes. Chorus rerum conditione exposita averıtur Agamemnonis caedem a Clytaemnestra peractam. *pisod.* I. Accedit Orestes, et a sorore agnitus, cum ı init consilia de interficienda matre. Inde chorus ılertiam hominum celebrat 583 — 650. *Episod.* II. rodit Clytaemnestra, atque Orestem, ficto de eius orte nuntio decepta, hospitio excipit — 780. Chorus ıvem invocat, ut Orestis consiliis adsit — 837. *Epid.* III. Aegisthus ex agris reversus cum Clytaemnera in aedibus interficitur, acclamante choro. Orestes ıtem ex domo progressus, ut facinus commissum ex:saret, matris Furiis corripitur.

Eumenides. Cum Orestes Furiis agitatus, ad aram ›ollinis Delphici confugisset, Apollo autem ut eum

liberaret, Furiis eum obsidentibus soporem induxisset, Orestes clam se iis subripuit. Inde Eumenidum ex somno expergefactarum indignationes 143 — 179. *Episod.* I. Furiae ab Apolline ex templo eiectae Orestem persequuntur, eumque Athenis consecutae, cum ab ara Minervae avellere non auderent, carmine magico in furorem coniicere tentant 322 — 399. *Episod.* II. Minerva superveniens, causa cognita, rem a senioribus Atheniensium diiudicare iubet — 492. Chorus Furiarum, divinarum humanarumque legum eversionem instare dicit, si matricidae causa vicerit — 569. *Episod.* III. Lite itaque diiudicata, cum paria essent suffragia, Minerva Orestem quidem absolvit, Furiis autem Athenis aram atque sacra concedit, quae, Minervae hospitio accepto, urbi Atheniensium bona precantur.

§. 6. Ex brevi hac fabularum Aeschyli delineatione patet, omnes Aeschyli fabulas tria continere episodia vel actus, intervalla autem eorum chori cantus occupare. Interdum tamen chorus vel vehementiori affectu excitatus, vel oeconomia fabulae postulante, mediis actibus intercinit, ut adeo duo sint chororum genera, quorum prius constituunt ii, qui in principio et fine cuiusuis episodii intercedunt, alterum ii, qui mediis interdum actibus intercinunt. Qui ad primum genus pertinent, commode ad tres classes revocari possunt, sunt enim chori carmina vel *hymni*, vel *threni*, vel tradit in iis poëta *bona praecepta* ad vitam bene instituendam necessaria, ex iis, quae modo in scena gesta erant, petita.

§. 7. *Hymni.*

Pers. 65 — 147. 849 — 904. *Agamemn.* 104 — 267. 365 — 499. 692 — 792.

Supra iam observavi in antiquissimis choris deorum atque magnorum virorum laudes, ex rebus gestis eorum petitas, celebratas fuisse. Servavit hunc morem Aeschylus et quavis occasione oblata bella, pugnas, proelia, chorum canere facit. In Agamemnone omnes chori cantus belli Troiani initia celebrant, in Persis Persarum in Graeciam expeditionem.

Nulla forte sunt Lyricorum Graecorum carmina, in quibus lyricus sermo et spiritus poëticus altius insurgat, quam in his Aeschyli hymnis, inprimis autem in iis, quibus in Agamemnone Troianam expeditionem celebrat. Quae in iis continentur, non secundum ordinem quendam, mente antea conceptum, disposita sunt, sed libere vagatur poëtae ingenium; si forte in

em inciderit uberiori descriptione dignam, subsistit, amque vividissimis coloribus pingit, mox iterum per- git, denuo subsistit. Sic in primo Agamemnonis choro, horus primum canere se dicit Atridarum in Troiam xpeditionem. Mox memoratis faustis ominibus a Iove ditis, atque Calchantis vaticiniis, in iis subsistit, ea xplicat. Inde Iovis consilia admirans, ad eius laudes eflectit. Iterum redit ad Calchantis vaticinia Iphige- iam immolare iubentis, inde in ipsius immolationis escriptionem excurrit. Nullus quidem, quod apud uripidem observabimus, ex Aeschyli hymnis totus in lei cuiusdam honorem compositus est. saepe tamen arum laudes carminibus suis immiscere solet. Multus t inprimis in celebranda summa Iovis potestate, cu- is generis praeclara exstant exempla in Agamemn. v. 58 — 186. 372 - 376.

§. 8. *Threni.*

Prom. Vinct. v. 397 — 435. *S. c. Th.* 78 — 183. 19 — 370. 722 — 793. 823 — 862. 872 — 962. *Pers.* 0 — 695. *Choëph.* 20 — 81. 781 — 837. *Suppl.* 41 — 183. 3 — 814. *Eumenid.* 143 — 179. 322 — 400. Cum in fa- ılis tragicis tum fabulae personae, tum ipse chorus, l inde iam ab initio malis atque calamitatibus oppri- antur, vel in exitu fabulae praeter opinionem in mala cidant, nemo sane mirabitur, multos ex chori can- ius in luctu et lamentatione versari. Carmina itaque hoc genus pertinentia omnia episodiorum intervalla cupant in iis fabulis, quibus chorus inde iam ab ini- imminente calamitate premitur, ut in septem c. 1. vel iis locis inseruntur, quibus vel chorus vel bulae personae insperatis malis opprimuntur, ut in rsis.

Threni a choro cantati continent tum descriptiones ılorum quibus opprimitur, tum invocationes deorum, se ex malis irruentibus expediant. Descriptiones ca- nitatum magis ad terrorem incutiendum, quam ad sericordiam movendam compositae sunt. Describere referre solet poëta clades, urbes ab hostibus captas ue eversas, iras horrendas Deorum, homines ob cae- n commissam in furorem coniectos. Maximam au- a threnorum partem occupant preces atque supplica- nes deorum, tanto semper ardore effusae, ut ad com- vendos animos nihil efficacius esse possit. Optimum mplum exhibet primus in septem contra Thebas vir- um Thebanarum cantus, quo trepidationes atque tus puellarum poëta mire expressit.

In threnis Aeschyli inprimis memorandus est solennis ille lessus, S. c. Th. 872—962. quo, Polynice atque Eteocle mutua caede defunctis, chorus occisorum sorores excipit. Chorus in duas partes divisus alternis vicibus canit, altera pars sententiam ab altera iam inceptam, saepe intercipere solet, atque continuare. Totum carmen ex querulis fere exclamationibus et abruptis sententiis constat, atque ad antiquam illam lessuum naturam, quali Achilles apud Homerum Patrocli mortem luget, accedere videtur. Alia chori cantica cum vestium, comae, atque genarum laceratione coniuncta immoderatos illos luctus ostendunt, quibus homines, nondum philosophia exculti, sed solum naturae impetum sequentes, casus inopinatos prosequi solent. Pertinent ad hoc genus lamentationes chori in Persis, Xerxe redeunte, et Danaidum in *Supplic.* 783 — 918 praecone ab Aegisthi filiis misso, vi eos ab ara abstrahere conato. Omnino aliena haec sunt a moribus nostris, nec ea nisi ab hominibus parum adhuc excultis ferri possunt. Cantus Eumenidum, quo Apollinem, qui Orestem iis subduxerat, increpant, *Eumenid.* 143 — 179 et alter, quo diris Oresti factis eum in furorem iterum coniicere tentant, 322 — 400, ad hororem incutiendum a poëta compositi sunt, quod quidem ita consecutus est, ut ne ipsi quidem Athenienses ferre eos potuerint.

§. 9. *Philosophemata.*

Prom. 526 — 563. 893 — 914. *Choeph.* 583 — 650. *Eumenid.* 403 — 670.

Restat tertia classis chororum Aeschyli, quibus philosophicas sententias tradit. Solent haec esse praecepta, ad vitam bene instituendam data, ex ipsa autem fabula, rebusque modo in scena actis petita. Priscam vere simplicitatem redolent, nulla arte quaesita sunt, sed ex ipso fabulae argumento ita fluunt, ut nemini non obvia esse debeant. Sic Prometheo Iovis iussu scopulo affixo, chorus inde nihil agendum esse docet contra Deorum voluntatem, impietatem enim certas poenas manere. In eadem fabula, Ius laboribus edoctus, docet, impares nuptias esse fugiendas. Cum in Choëphoris Orestes atque Electra consilium de interficienda Clytaemnestra cepissent, chorus, mulierum inprimis audaciam omnia quidem ait superare, dare tamen aliquando scelerum poenas. Simili argumento est Eumenidum cantus 493 — 670, quo Minerva Orestem a Furiarum impetu tuente, ab hominibus impiis atque sceleratis poenas sumendas esse dicunt.

§. 10. Expositis iis chororum argumentis qui epi-
sodiorum intervalla occupant, pauca adhuc adiiciam
le iis, qui mediis interdum actibus intercinunt, de qui-
ius *Horat. in arte* 195, 196:

Neu quid medios intercinat actus
Quod non proposito conducat et haereat apte.

ıeschylus, non ignarus huius praecepti, nunquam can-
iça chori actibus inserit, nisi vel oeconomia fabulae
ostulaverit, vel animus chori rebus in scena gestis
:a sit excitatus, ut ipsa natura duce sensus cantu ef-
ındat. Utriusque exempla proponam. Cum in Persis
ıanes Darii magico carmine evocandi essent, Atossa
ıorum canticum hoc incipere iubet. Exstat memoran-
ım hoc carmen in *Persis* v. 632 — 677. Invocat cho-
ıs Deos inferos, ut Darium in lucem emittant, tunc
sum regem alloquitur, eumque ex sepulcro prodire
bet. Carmen in *Agamemn.* 985 — 1042 eo consilio
teriectum est a poëta, ut spectatorum animos ad cae-
:m Agamemnonis exspectandam, praeparet. Chorus
ıque ut animos exspectatione erigeret, obscure tan-
ım suspicari se innuit, Clytaemnestram mala de ma-
:o consilia agere.

Quod ad ea chori cantica attinet, quibus in mediis
tibus animi sensus ille effundit, exempla exstant in
ıppl. 424 - 447., ubi chorus regem Argivorum preci-
s ad misericordiam flectere studet, porro in eadem
ıula v. 638 — 716., ubi chorus, accepto nuntio Argi-
s eum hospitio esse excepturos, bona iis precatur.
ndem in Choeph. 935 — 971, ubi Oresti et Electrae,
gisthum et Clytaemnestram interficientibus, acclamat.

Sectio II. *Sophocles.*

§. 11. Orta primum tragoedia, unum interiiciеba-
inter duo chori cantica episodium. Aeschylus epi-
iorum numerum ad tria produxit, quorum singulo
to, scenaque ab actoribus vacua relicta, chorus car-
n intercinebat. Sophocles, multis in his mutatis,
:it quidem episodiorum numerum, ut tamen conti-
ı esset actio, scena vel nunquam vel raro ab acto-
ıs vacua relinquitur. Inde factum est, ut chori car-
ıa non semper episodia excipiant, sed iis locis inseri
ıant, quibus chori animus, rebus in scena gestis
ımotus erat. Brevi proposita fabularum Sophoclis
neatione satis haec constabunt.

§. 12. *Aiax Flagellifer.* Chorum fabulae constitu-
Salaminii, socii Aiacis ad Troiam profecti. Cum

Aiax armis Achillis Ulyssi addictis, in furorem coniectus, pecora Argivorum occidisset, Minerva autem haec Ulyssi retulisset, ipsumque Aiacem a sana adhuc mente aberrantem ex tentorio evocasset; chorus superveniens conspecto Aiace casus eius luget, atque unde haec ipsi insania venerit, miratur v. 171 — 200. Aiax ad sanam mentem reversus, capto consilio ut sibi ipsi manus iniiceret, filio quem ex Tecmessa susceperat, valedicit, chorus calamitatibus suis patriae desiderio captus, eam invocat, suas atque Aiacis calamitates deplorat 604 — 658. Aiax ambiguis sermonibus chorum fallit, chorus eum a morbo restitutum credens, laetis clamoribus exsultat 707 — 729. Cum Aiax ad exsequendum Consilium ex scena discessisset, chorus et Tecmessa mali quid suspicantes, ad eum perquirendum abeunt. Scena in locum desertum translata, prodit Aiax seque ipsum interficit. Chorus Tecmessa et Teucer eum inventum lacrimis prosequuntur, accedens autem Menelaus Teucro ne iusta Aiaci persolvat interdicens, ab eo repellitur. Chorus mala, quae in Troiae obsidione perpessus erat deplorat 1204 — 1239. Agamemnone eodem quo Menelaus consilio accedente, ab Ulysse permotus Aiaci iusta concedit.

Electra. Orestes cum Pylade et Paedagogo ad patris caedem ulciscendam Argos reversus, consilia de exsequendo proposito cum iis communicat; iis a scena digressis, prodit Electra, calamitates suas deplorans. Accitus eius lamentationibus chorus virginum Argivarum, carmine *αμοιβαιῳ* socium se ei querelarum adiungens, variis solatiis a nimio luctu eam revocare studet 120 — 234. Chrysothemis, a Clytaemnestra somniis territa ad placandos Agamemnonis manes cum inferiis missa, accedit, quas tamen Electrae precibus mota in terram effundit; chorus inde spem se concepisse ait, fore ut Clytaemnestra impietatis poenas daret 474 — 517. Clytaemnestra, a Paedagogo Orestis socio falso de Orestis morte nuntio decepta, eum in aedes recipit. Electrae, fratris interitum deploranti, Chrysothemis ab Agamemnonis sepulcro reversa nuntium affert, invenisse se tumulum inferiis ornatum, comamque in patris honorem, desectam, unde Orestem adesse suspicatur. Electra, vix fide ei habita, solam se matris et Aegisthi caedem aggressuram esse promittit. Chorus impietatem in parentes improbat, Electrae sortem luget 1064 — 1103. Orestes accedens ab Electra agnoscitur, atque statim ad Clytaemnestram interficiendam cum ea do-

m intrat. Chorus iis acclamans, venisse tempus , quo Clytaemnestra impietatis poenas daret 1400 — 3. Clytaemnestra interfecta, Aegisthus superveniens ipse occiditur.

Oedipus Tyrannus. Fabula haec inter omnes prin- s rerum, dispositione atque ordine insignis, quin- habet episodia, quae singula a chori cantu inci- nt. Chorum constituunt senes Thebani, qui totius uli partes agunt. Cum Oedipus inscius patrem La- i occidisset, atque Matrem Iocastam uxorem duxis- dii irati Thebanis pestem immiserant. Creon ab lipo Delphos missus ad Oraculum consulendum, re- responsum, Laii interfectores puniendos esse. Oe- s, se ipsum facinus commisisse ignaro, ut eos ex- 'aret abeunte, prodit Chorus, ignorans adhuc re- ısum ex Delphis allatum, Deorumque opem implo- qui soli vim morbi frangere possint. v. 151 — 223. esias vates ab Oedipo arcessitus, ipsum Oedipum aen illud commisisse, satis quidem clare innuit, ab ipo autem male exceptus dimittitur. Chorus mira- vatis effata, Oedipum tamen caedis auctorem esse, sibi in animum inducere potest 471 — 520. Oedipus lem a Creonte esse factam, Tiresiam autem ab eo uptum esse putans, ut se criminis accusaret, cum onte congressus acerbissime in eum invehitur. Cer- ine eorum a Iocasta composito, variis indiciis ab ›rolatis magis magisque patefit, hominem, quondam edipo interfectum, Laium fuisse. Chorus ex omni- iis, quae modo in scena acta erant, varia prae- a ad vitam bene instituendam elicit. Servandas leges a diis datas, fugiendam esse iniustitiam; cero nisi oraculorum ab Apolline editorum veritas itu probetur, templa eius non amplius aditurum 882 — 929. Cum nuntio ex Corintho allato pate- am esset Oedipum in Cithaerone esse inventum, rus inde colligit, fore ut mox certius explorari it Oedipi genus 1105 — 1127. Cum tandem certo staret, Oedipum esse patris interfectorem atque ma- maritum, chorus casus eius threno prosequitur › — 1246.

Antigone. Argivorum exercitu ante Thebas modo to, Eteocle autem et Polynice mutua caede defun- , Creon quidem novus Thebarum rex, Polynicem, te patriae hostem, sepeliri interdicit, Antigone n defunctorum fratrum soror, pietate mota, cum re Ismene de fratre sepeliendo consilia init. Iis a

scena discedentibus, prodit chorus senum Thebanorum atque modo obtentae victoriae gaudio elatus ἐπινίκιον canit v. 100 — 160. Creonti nuntius affertur, Polynicis corpori, custodibus deceptis, pulverem iniectum esse. Chorus inde occasionem arripit, celebrandi hominum audaciam et calliditatem, qua varias artes exercerent 339 — 381. Antigone tamen a custodibus deprehensa atque a Creonte capitis damnata, chorus inde varia petit philosophemata; nihil posse homines contra calamitates a diis immissas; perpetuam felicitatem excedere sortem humanam, irruentes autem calamitates nos non prius videre, quam revera nos attingant etc. 588 — 637. Cum iuvenis Haemon, filius Creontis, amore virginis captus, pro Antigone apud patrem intercederet, repulsam ferens se sibi ipsi manus illaturum esse, minatur. Chorus inde in proximo cantico vim amoris celebrat, omnia superantis 791 — 811. Antigone ut viva terra obrueretur, ad mortem abducta, chorus plura exempla eorum refert, qui idem passi sint, Danaes, Dryantis et filiorum Phinei 950 — 1000. Cum Tiresias Creonti, nisi Polynici funus curaret et Antigonen liberam dimitteret, mala vaticinatus esset, chorus Baccho invocato, ut urbi suae subveniat, in laudes eius excurrit 1127 — 1168. Nuntius affertur, Haemonem, interfecta Antigone, sibi ipsi manus iniecisse; quod cum audivisset mater eius Eurydice, gladio pectus traiecit.

Oedipus Coloneus. Fabulae huius, in Athenarum laudes a Sophocle annis iam provecto compositae, argumentum, ex antiqua Athenarum historia petitum est. Oedipus scilicet, a filiis ex Thebis eiectus, ipse oculis privatus, duce filia Antigone in Atticam pervenit, atque supplex ad Eumenidum aram in Colono consedit. Chorus senum Atheniensium eum conspiciens, quis sit, miratur; rem tamen compertam regi Theseo referre promittit. Accedit interea Ismene minor filia Oedipi, Creontem, oraculo monitum grave fore Thebanis si Oedipus extra patriam sepeliretur, mox adfuturum esse nuntians, ut vi eum reducat. Supervenit Theseus, seque Oedipum ab adversariorum vi defensurum esse promittit. Qui cum discessisset, chorus laudes Coloni canit, v. 700 — 750. Cum Creon, cum satellitibus accedens, ipsum quidem Oedipum ab ara abstrahere non auderet, filiam tamen Antigonen raptam comitibus deducendam tradidisset, Theseus ex urbe reversus ipsum Creontem vinctum, retinet, comites autem eius cum

thenienstum exercitu persequitur. Chorus inde, ut se pugnae interesse possit, optat, certam enim esse thenionsium, bellica virtute insignium, de hostibus ictoriam 1097 — 1145. Virginibus Thebanorum ma- ibus ereptis, affertur nuntius adesse Polynicem filium edipi, a fratre Eteocle, certamine de imperio orto, urbe eiectum; Oedipus eum accedere iubet. Chorus edipi exemplo edoctus, longam vitam non optandam se docet, atque varia senectutis incommoda refert v. 269 — 1306. Cum Oedipus signis a Iove editis vitae bi finem adesse sentiret, chorus invocat deos inferos, lutonem, Proserpinam et Cerberum, ut sine doloribus acide ipsi vitam finire liceat 1620 — 1643. Mortem us deplorant filiae.

Trachiniae. Cum Hercules ubinam terrarum esset norarotur, Deianira autem filium Hyllum ad eum quae- ndum misisset, chorus mulierum Trachiniarum De- nirae sortem miserans solem inuocat omnia collustran- m, ut sibi de Hercule nuntium afferat, et Deianirae nimum variis solatiis erigere studet. v. 94 — 143. Iox nuntio allato, vivere Herculem atque redire, iorus laetis clamoribus exsultat 208 — 228. Cum raeco Deianirae retulisset, Herculem Ioles amore ca- um teneri, illa autem tacita domum ingressa esset, iorus miratur vim amoris, eamque aliis omissis ex in- nti certamine probat, quod Hercules, ut Deianiram tineret, cum Acheloo inierat 604 — 539. Cum Deia- ra praeconem cum tunica, veneno pro philtro amo- s a Centauro olim accepto infecta, Herculi perfe- nda, dimisisset, chorus reditum Herculis exspectans, ymno eum celebrat 642 — 676. Mox autem Centauri lo patefacto, luget Herculis atque Deianirae fatum; entum iam habere oracula Herculi Dodonae data, e ut post duodecim menses dii requiem ipsi a la- ribus concedant, cadere enim hoc in mortuos 834 — 5. Tandem ipso Hercule moribundo in scenam al- o, chorus, deflens eius interitum, optat ut ab his lo- abesse sibi liceret, ferre enim se non posse eius spectum 970 — 987. Hercule mortuo Deianira sibi i manus infert.

Philoctetes. Agitur res in insula Lemno, chorus istat ex sociis Ulyssis atque Neoptolemi. Post Ne- olemi atque Ulyssis colloquium chorus, conspecto ro in quo Philoctetes habitabat, miseram eius sor- luget, qui ex nobili quidem genere ortus, iam an- a ab omnibus desertus, miseram hanc vitam agat. 169

— 190. Mox cum ipse Philoctetes in antrum reversus calamitates suas exposuisset, chorus iterum eas miseratur. Neminem praeter Ixionem tanta mala subiisse, cum non ab hominibus solum desertus fuerit, sed famem, sitim, et crudelissimos ex vulnere dolores quoque passus sit 694 — 739. Cum Philoctetes, arcu et sagittis Neoptolemo traditis ad somnum capiendum decubuisset, chorus primo inuocat somnum, ut oculos eius detineat, tunc hortatur Neoptolemum, ut consilia de fuga capiat 852 — 890.

§. 13. Comparata brevi hac fabularum Sophoclis delineatione cum Aeschyli a me data traegoediarum descriptione, quisque videt, Sophoclem in iis, quae ad choros pertinent, ab antiqua chori tragici indole in multis discessisse. Nulla est fabularum Sophoclis, in qua chorus primas partes sustineat, nulla in qua calamitates irruentes ipsum chorum attingant, sed in omnibus cum prima fabulae persona amicitiae tantum vinculo coniunctus est. Fieri inde debebat, ut in carminibus non acres illos atque vehementes affectus, quibus in Aeschyli fabulis excitatur, sed leniores animi sensus proderet. Non ipse terrore motus horrorem incutit spectatorum animis, sed amicorum potius commiseratione tactus, spectatores quoque ad misericordiam inducit. Nec mirandum est, carmina chori, quamvis non omnino a fabulae argumento aliena sint, minus tamen cum eo cohaerere, atque interdum longius petita esse, quam apud Aeschylum, qui choro, nisi primas, tamen alteras fabulae partes demandat. Tandem inde quoque fieri debebat, ut chori cantibus, ab Aeschylo iam brevioribus factis, plus adhuc a Sophocle detraheretur; Episodia contra, numero eorum aucto, ita inter se coniuncta sunt, ut scena vel nunquam vel rarissime saltem ab actoribus vacua relicta, actio fabulae semper procedat. Cum itaque in Aeschyli fabulis uno episodio finito, atque histrionibus a scena digressis, canticum chori intercineretur, Sophocles multa in his immutare et debuit et potuit. Chori cantus saepe quidem episodia excipiunt, quam saepissime tamen aliis quoque locis inserti sunt. Cum itaque apud Aeschylum duo chororum genera constituerem, alterum eorum, qui episodia excipiunt, alterum eorum, qui mediis actibus intercinunt, Sophoclis fabularum oeconomia discrimen hoc non admittit, eoque omisso, omnes Sophoclis chori, ratione argumenti habita, ad quatuor classes revocari possunt. Chorus enim vel rebus prosperis laetos animi

nsus cantibus effundit, quos *hymnos* appellare licet, el suos atque amicorum casus *threnis* deplorat, vel in- rto adhuc rerum eventu, exspectatione suspensus, *du- a de exitu rerum* pronuntiat, vel tandem ex iis, quae odo in scena gesta erant, *philosophicas sententias* petit.

§. 14. *Hymni.*

Ai. Fl. 707 — 729. *Antig.* 100 — 160, 792 — 811. 27 — 1169. *Oed. in Col.* 699 — 750. *Trachin.* 207 — 8, 642 — 675.

Cum Aeschylus in hymnis suis pugnas atque bella lebrare soleret, Sophocles more hoc relicto alia hy- aorum argumenta sibi sumsit. Exprimunt enim vel so- s laeti animi sensus, vel in deorum laudes compo- i sunt. In iis, qui ad prius genus pertinent, memo- ndum est inprimis insigne illud επινικιον, quo chorus *Antigone* v. 100 — 160. Thebis ab obsidione libera- , victoriam modo obtentam celebrat. Totum tamen rmen ita compositum est, ut omnis victoriae gloria vi tribuatur. Carmina, quibus chorus in *Aiac.* 707 —), Aiace ad sanam mentem reverso, et in *Trachiniis*, rculis reditu nuntiato, sibi gratulatur v. 207 — 228, imi inopinatis gaudiis affecti motus egregie expri- int.

Hymnis in Deorum honorem compositis adnume- ıda sunt cantica chori in *Antig.* 792 — 811. et 1127 1168. quorum alterum Amoris, alterum Bacchi lau- continet. Chorus scilicet ex senioribus Thebanorum npositus, Bacchum ut deum tutelarem urbis invocat, ia loca, quibus cultus eius obtinebat, memorat, at- ut urbi suae adsit, precatur. Solemne erat Atticis tis, ut urbis patriae laudes quavis occasione oblata ebrarent. Sophocles Oedipum in Colono eo consilio issimum composuisse videtur, ut civibus suis grati- ıretur; inprimis autem canticum chori, quo Coloni, ici pagi ex quo ipse poëta genus ducebat, laudes sequitur, exemplum eius rei exhibet. Chorus omnia, e in laudem regionis dici poterant, memorat. Con- ndum est cum hoc carmine canticum chori in *Ae- yli Eumenid.* 920 — 1023, nec non in *Euripid. Med.* — 865.

§. 15. *Threni.*

Ai. Fl. 172 — 200. 604 — 658. 1204 — 1239. *tr.* 1064 — 1103. *Oed. Tyr.* 151 — 223. *Antig.* 955 999. *Oed. in Col.* 1620 — 1643. *Trachin.* 834 — 875. — 987. *Philoct.* 169 — 190. 694 — 739.

Cum in Sophoclis fabulis inter chorum atque primas fabulae personas amicitia intercedere soleat, mirum non est, chorum casus improvisos atque calamitates in amicos irruentes threnis atque lamentationibus prosequi solere. Rei itaque ratio postulabat, ut iis locis a poëta insererentur, quibus chorus rebus modo in scena gestis acriori tristia affectus erat. Observatum quoque hoc est a poëta plurimis locis; cum tamen non ignoraret, solos fletus atque continuas lamentationes ad misericordiam excitandam parum valere, ingenii ubertate adiutus threnorum argumenta multis modis variavit. Chorus itaque mox in descriptionem calamitatum excurrit, mox solatia adhibet, mox deorum opem implorat, nunquam autem quod ad Aeschylum observavimus, querulis solum exclamationibus animi sensus effundit; nunquam genarum et comae laceratione faciem deformat. Interdum poëta, loco oblato poeticae tractationi apto, in eo subsistit; sic in Aiace, belli calamitatibus oppressus, mala ex armorum inuentione orta, longo episodio prosequitur v. 1211 — 1225. Carmina, quibus calamitates in fabulae personas irruentes describit, non ad horrorem incutiendum, ut apud Aeschylum, sed ad misericordiam movendam, compositae sunt. Egregia exempla occurrunt in *Oedipo Tyr.* 151 — 220. et in *Philoctete* 169 — 190. Aeschylus brevis est in iis, quae describit; picturae quas oculis nostris obiicit externis quasi lineis tantum circumscriptae sunt. Sophocles contra accuratiori diligentia omnia sic descripsit, ut nihil fere quod addi posset, relinqueret. Ad erigendos miserorum animos, proponere solet exempla aliorum, qui vel eadem vel graviora adhuc passi sint, quo id consecutus est poëta, ut in eorum descriptionem excurrens, novam carminibus materiam pararet. Sic Antigone Creontis iussu ad crudelissimum supplicium abducta, chorus alios memorat, qui idem mortis genus subierint. *Antig.* 956 — 999.

§. 16. *Dubitationes de rerum euentu.*

Electr. 474 — 517. *Oed. Tyr.* 470 — 520. 1105 — 1128. *Oed. in Col.* 1097 — 1145.

Cum Aeschyli fabularum non ea esset oeconomia, ut nodus initio fabulae nexus, inde sensim sensimque solutus, in fine tandem explicaretur, chorus quoque exspectatione rerum novarum nunquam erectus, animi sensus in excitatos, prodere non potuit. Sophocles contra et Euripides, qui non simplex quoddam factum, sed continuam historiam spectatorum oculis, subiiciunt, iis

saepe locis, quibus res in summo discrimine incerto adhuc exitu versatur, chori cantica inserere solent, quibus chorus de rerum eventu vel dubitat vel divinando eum assequi studet. Ex omnibus unum exemplum proponam, ex *Oed. Tyr.* 1105 — 1128. Quamvis adhuc incertum esset Oedipi genus, constabat tamen Oedipum n Cithaerone esse inventum. Qua re comperta, chorus nde mox caetera plana atque aperta esse futura colligit. Varias tunc adiicit coniecturas, Oedipum vel ex deo, el ex nympha ortum esse, autumans. Praeterea autem pluribus locis collatis certum mihi videtur, poetas tragicos choro vim quandam vaticinandi tribuisse, eumque divino numine afflatum finxisse. Petitum hoc erat ex antiqua illa opinione, qua cum alia, tum imprimis lyrica carmina deorum afflatu composita putabantur. Sic *Aeschyl. in Agamemnon.* 105.

Ετι γαρ θεοθεν καπνειει πειθω μολπαν.

Sophocles autem in *Oedip. Tyr.* 1105.

Ειπερ εγω μαντις ειμι και κατα γνωμην ιδρις.

§. 17. *Philosophemata.*

Oed. Tyr. 882 — 928. *Antig.* 338 — 389. 588 — 637. *Oed. in Col.* 1269 — 1306. *Trachin.* 504 — 539.

Cum antiqui poëtae in componendis carminibus um sibi imprimis finem proposuissent, ut hominum nimos rerum utilium cognitione imbutos, praeceptis l vitam bene instituendam instruerent, quamvis ea ex s, quae in scena oculis proponebantur, facili opera quovis spectatorum elici possent, cum tamen ea sit ominum natura, ut delectationem potius quam utilitam sequantur, tragici poetae eo non contenti ut vel rtutis vel pravitatis exempla hominibus ostendant, ori quoque canticis ea saepe tradunt, quae ad inforandos animos ex ipsa fabula peti possunt. Cum itae in Oedipo Tyranno crimina ab Oedipo quamvis naro commissa, patefacta essent, chorus inde, legibus orum observatis pietatem in eos servandam esse, dot 882 — 928. Cum in Antigone Oedipodarum famii inopinatis casibus subito exstincta esset, chorus, vis consilia, subitis saepe calamitatibus homines opimentis, infringi non posse, perpetuam autem felicitem hominum sortem excedere, colligit, v. 588 — 637. eque inobservatum praetermittere possum chori caren in *Oedip. Col.* 1269 — 1306, quo poeta, ipse iam

annis provectus cum fabulam hanc componeret, *) Oedipi senio confecti calamitatibus expositis, senectutis incommoda perstringit, longamque vitam hominibus optandam esse, docet.

Sectio III. *Euripides.*

§. 18. Expositis iis, quae de Aeschylo et Sophocle dicenda habui, pergamus ad Euripidem, cuius unius plura adhuc ingenii monumenta exstant, quam utriusque priorum. Euripides artem a Sophocle acceptam, ut fabulam continuam in plures actus divisam spectatorum oculis subiiceret, ita excoluit, ut omnem fabulae actionem in quinque actus dispesceret. Morem antiquum, ut singula episodia chori cantu finirentur, accuratius quidem Sophocle, neque tamen semper observavit. Mediis actibus raro intercinit chorus, in fine autem episodiorum interdum una ex fabulae personis, carmine lyrico decantando, chori vicem sustinet. Una ex omnibus exstat Euripidis fabula, in qua poëta choro primas partes demandavit, Supplices scilicet, in plurimis aliis chorus cum primis fabulae personis familiaritate tantum coniunctus, in nonnullis autem ab iis plane alienus est, ut in Phoenissis et Iphigenia in Aulide. Cum vero casus in ipsa fabula chorum vel raro vel nunquam attingant, Euripides chorum ita instituere solet, ut non amicorum solum calamitatibus oppressorum misericordia moveatur, sed propriis quoque malis urgeatur, quo id consecutus est poëta, ut choro, non alienos solum, sed suos quoque casus deploranti, novam cantuum materiam pararet. Inde factum est, ut chorus quam saepissime ex captivis compositus sit. Carmina itaque chori non ex fabulae solum argumento, sed ex propria quoque chori conditione petita sunt; occurrunt quoque nonnulla, quae cum a fabulae argumento omnino sint aliena, ornatus caussa tantum adiecta videntur; de quibus postea videbimus. Caeterum satis mihi patere videtur, choros ab Euripide tantum ad observandum morem antiquum atque ad exornandam fabulam adiectos esse, rebus sensim sensimque sic immutatis, ut id, sine quo olim tragoedia nulla esse posset, tandem ad solum fabulae ornatum spectaret.

§. 19. His praemissis otiosum foret, quod in Aeschylo et Sophocle feci, omnium Euripidis tragoedia-

*) Cf. Scholiast. in arg. fab. et Plutarch. An seni ger. s. respubl. T. II. p. 785. ed. Sylb.

rum delineationem adiicere. Cum enim in prioribus hoc eo tantum consilio fecerim, ut ostenderem, quibus locis, et qua occasione oblata, poëtae tragici chori cantus fabulis suis inserere soleant, adnotare hic sufficiat, quod supra iam observavi, Euripidem non quidem omnibus, sed plurimis tamen locis, sub finem actus chori carmen adiicere solere, mediis autem actibus chorum raro intercinere. Omnia autem chori carmina in Euripide, eodem modo quo in Sophocle, ad quatuor classes commode revocari possunt. Chorus enim vel inopinatis gaudiis aut admiratione perculsus, sensus animi *Hymnis* effundit, vel suos amicorumque casus *Threnis* deplorat, vel incertum adhuc rerum eventum *divinando* assequi studet, vel tandem ex rebus in scena gestis *philosophicas sententias* elicit. Nos autem eodem ordine observato, de singulis videbimus.

§. 20. *Hymni.*

Phoeniss. v. 640 — 696. *Med.* 824 — 865. *Hippol.* 525 — 564. 1268 — 1282. *Alcest.* 571 — 608. *Suppl.* 365 — 380. *Iphig. in Aul.* 164 — 302. 751 — 800. *Iph. in T.* 1234 — 1283. *Rhes.* 342 — 387. *Bacch.* 73 — 169. 370 — 433. 860 — 909. *Heraclid.* 892 — 927. *Helen.* 1317 — 1384. *Hercul. fur.* 348 — 441. 762 — 814. *Elect.* 432 — 486.

Carmina haec, quae omnia in eo tantum conveniunt, ut chorus in iis animi, vel laetitia vel admiratione commoti, sensus prodat, cum inter se tamen quam maxime differant, duabus classibus comprehendi possunt. Chorus scilicet vel rebus in scena gestis commotus, deorum et heroum laudes celebrat eorumque facta exponit, vel inopinatis gaudiis excitatus, laeti animi sensus cantu effundit. Inter carmina in deorum honorem composita, primum merito locum occupant ea, quibus chorus Baccharum, in fabula eodem nomine inscripta, Bacchi laudes canit. Nulla sunt Euripidis carmina, in quibus lyricus sermo altius insurgat, quam in hac; adeo ut dithyramborum fere vim exaequare videatur. Vis vero eorum ad movendos animos tanto maior esse debuit, cum omnibus instrumentis musicis, quibus in Orgiis uti solerent, iis accineretur. cf. v. 57. 58. Chorus, furore Bacchico accensus, primo beatos praedicat omnes sacris Bacchi initiatos, tum in ipsius dei mythologiam et honores ipsi a Iove habitos, excurrit. Mox tibiarum et tympanorum sonitu excitatus, Curetes et Corybantes, qui primi iis usi fuerant, cele-

brat. Inde rursus ad propositum rediens Bacchicas discursationes describit. Deum esse ducem, eius aspectu totam rerum naturam exhilarari. Bacchi incessum, furorem et habitum, egregie describit, et acclamationes, quibus Thyadum chorum incitat, memorat.

Verum enimvero non omnes Euripidis hymni spiritu illo poëtico fervent, sed sunt alii qui languere, atque ad pedestrem fere sermonem descendere videntur. Carmina, quibus chorus in *Hercule fur.* res ab eo gestas enumerat, 348 — 441, et in *Iphig. in Aul.* 164 — 302. castra atque exercitum Graecorum describit, satis testantur, Euripidem vim illam lyricam exaequare non potuisse, qua Aeschylus et Pindarus longioribus adhuc carminibus eodem impetu feruntur.

Exstat quoque inter Euripidis carmina hymnus in Athenarum laudem compositus, *Med.* 824 — 865. Neminem sane fugere potest, carmen hoc accuratissima diligentia, summaque cura a poëta elaboratum esse. Summa est in eo imaginum suavitas, nec quidquam, quod in urbis honorem afferri poterat, a poëta est praetermissum. Conferendum est cum Sophoclis carmine, quo laudes Coloni celebrat. *Oed. Col.* 699 — 750. et cum *Eumenidum* cantu apud *Aeschylum* 920 — 1023.

Euripides interdum, neque oeconomia fabulae postulante, neque choro rebus in scena gestis commoto, hymnos in Deos inserere solet, ab argumento fabulae omnino alienos. Duo eius exempla occurrunt alterum in *Helena* 1317 — 1384. alterum in *Iphig. in Taur.* 1234 — 1283. Prius continet Cereris, alterum Apollinis laudes, ex mythologia utriusque petitas. Hoc vero illud est, quod reprehendit Aristoteles, vocans ἐμβόλιμα ᾄδειν *Poët. cap.* XVIII. cuius Agathonem auctorem esse dicit, Euripidis amicum atque contemporaneum. Eodem autem Aristotele teste mos hic in recentiorum tragicorum fabulis sic increbruit, ut chori carmina tandem omnia a fabula ipsa omnino aliena essent.

Restat alterum hymnorum genus, quibus chorus ex magnis calamitatibus insperato emergens, laetis clamoribus exsultat. Egregium eius exemplum occurrit in *Bacchis* 860 — 909, quo chorus Bacchorum ab ipso deo ex custodia liberatus, gaudio effertur. Plura exempla vide in *Herc. fur.* 762 — 814. *Heraclid.* 892 — 927. Omnia haec carmina a poëta ita composita sunt, uti homines insperatis gaudiis affecti, natura duce, animi sensus prodere solent. Vel comparat chorus praesen-

m fortunam cum ea, qua modo nans fuerat, vel perila, ex quibus evasit atque praesentem felicitatem exonit, vel sibi ipsi gratulatur, vel alio quovis modo ietitiam effundit.

§. 21. *Threni.*

Hecub. 443 — 483. 629 — 657. 905 — 952. *Or.* 16 — 347. 805 — 841. *Phoen.* 210 — 267. 791 — 840. 026 — 1073. 1290 — 1317. *Med.* 976 — 1000. 1251 - 1270. *Hippol.* 121 — 170. 732 — 775. *Alcest.* 119 - 129. 437 — 478. *Androm.* 117 — 146. 273 — 308. 010 — 1047. *Suppl.* 71 — 86. 778 — 797. 955 — 979. *phig. in Aul.* 1036 — 1097. *Iphig. in T.* 1089 — 1152. *hes.* 224 — 263. *Troad.* 511 — 565. 794 — 859. 060 — 1117. *Bacch.* 517 — 575. 975 — 1022. *Heraid.* 354 — 381. *Hel.* 166 — 259. 1113 — 1180. 1467 - 1527. *Ion.* 452 509, 1048 — 1105. *Hercul. Fur.* 07 — 137. 874 — 909. *Electr.* 167 — 212. 699 — 746. 147 — 1162.

Threnorum haec Euripidis enumeratio abunde doet, longe plurima chori carmina ad hoc genus referena esse. Cum chorus, quod supra iam observavi, in mnibus fere fabulis, amico et benevolo animo erga os esse soleat, qui primas fabulae partes sustinent, in lurimis threnis calamitates, quibus illi obruuntur delorat; cum autem in multis ita sit a poëta constitutus, t ipse quoque malis teneatur, suos saepe labores larimis prosequitur. Sunt aliae Euripidis fabulae, in uibus cum et chorus et fabulae personae inde ab inio usque ad finem perpetuis miseriis urgeantur, omnes uoque chori cantus luctibus et querelis referti sunt, t Hecuba, Orestes, Troades, aliae autem, in quibus caımitates et mala partem tantum fabulae occupant, deoque singuli quoque threni singulis locis a choro ıteriecti sunt.

Cum caeteri tragici Graecorum, tum imprimis Eupides argumenta fabularum quam saepissime ex bello 'roiano petere solebant. Erant scilicet res Troianae on ab Homero solum, sed a multis quoque aliis epicis oëtis, imprimis vero cyclicis descriptae, ex quibus tanıam ex penu copiose instructo, tragici materiam in bulis tractandam sumere solebant. Ex octodecim, ıae ad nos pervenerunt Euripidis tragoediis, novem ınt, quarum argumenta ex rebus Troianis petita sunt. lem quoque testatur *Aristoteles Poët. C. XXII.* s. f. Fieri ıde debebat, ut in chori quoque canticis Troiae exci-

dium pro eorum qui chorum constituebant conditione, vel hymnis celebraretur; vel threnis deploraretur. Prius cum in aliis, tum in Aeschyli imprimis Agamemnone observavimus, alterum permulta Euripidis carmina docent. Gratum credo fore lectoribus, qui forte comparationem eorum instituere velint, si loca, quibus occurrunt, adiiciam. Pertinent autem ad hoc genus chori cantus in Hecuba, omnes in Troadibus porro *Androm.* 273 — 308. 1010 — 1047. *Hel.* 1113 — 1180. Nihil sane est, in quo Euripides egregiam ingenii ubertatem magis prodiderit, quam in hisce carminibus, quae omnia idem argumentum, innumeris fere modis variatum atque exornatum, exhibent. Chorus captivarum Troadum in Hecuba et Troadibus vel describit ipsam urbis expugnationem, vel detestatur Paridem atque Helenam, omnium malorum auctores, vel in memoriam sibi revocat priorem ab Hercule et Telamone factam urbis occupationem, vel deos incusat tutelares, qui urbem hostibus prodiderint, vel tandem mala in captivitate subeunda, sibi ipse vaticinatur. Omnia quidem haec carmina, in primis autem ea, quae Hecubam exornant, ita ad misericordiam movendam composita sunt, ut iam inter legendum omnium animos summo dolore afficiant, quid ubi ipsa actionis veritas accesserit?

Tandem threnis Euripidis adiiciendum quoque puto canticum illud Baccharum 975 — 1022, quo Pentheo muliebri vestitu induto, atque in montes profecto ut sacra Baccharum exploraret, diras imprecantur. Invocant itaque Furias ut impium hominem persequantur, mox ipsae furore correptae fatum ei vaticinantur, fore scilicet ut ab ipsa matre discerptus, pereat; tandem ipsum Bacchum rogant, ut sceleratum interficiat.

§. 22. *Dubitationes de rerum eventu.*

Iphig. in T. 392 — 455. *Rhes.* 692 — 727. *Heraclid.* 748 — 783.

Carmina huius generis, quorum ortum atque indolem supra iam §. 16. exponere studui, pauca tantum in Euripidis tragoediis occurrunt; quae unde ducta sint, et quae contineant, paucis indicabo. Cum in *Iphigenia in Tauris* nuntius allatus esset, advenisse ex Graecia duos hospites, chorus captivarum graecarum inde miratur, quomodo tam longum iter conficere potuerint, et eos videndi cupiditate flagrans, quinam sint dubitat. Simile est argumentum carminis chori in *Rheso* 692 — 727. quo ipso Rheso ab Ulysse et Diomede clam inter-

is, chorus militum excubias agentium miratur, qui castra Troianorum intrare ausi fuerint. In tertio m carmine *Heraclid.* 748 — 783. rege Demophonte Atheniensium copiis obviam eunte Eurysthei exeri advenienti, chorus senum Atheniensium, metu at- exspectatione suspensus, victoriam vaticinatur.

§. 23. *Philosophemata.*

Med. 410 — 445. 627 — 662. 1081 — 1115. *Hip.* 1102 — 1150. *Androm.* 465 — 494. 767 — 802. *st.* 966 — 1008. *Iphig. in Aul.* 543 — 589. *Hera.* 608 — 629. *Hercul. Fur.* 637 — 700.

Restat tandem ultimum chororum genus, quibus ipides, ipse Anaxagorae auditor, ad instruendos aurum animos, varias philosophicas sententias, tum psa fabula, tum ex propria chori conditione petitas, idit. Sunt quidem in iis aliae, quae nimis tritae ibusque cognitae sint, quam ut hic eas repetere neat, aliae autem, quae non ex vulgari omnium, sed propria poëtae philosophia desumtae esse videntur. latis canticis chori in *Hippol.* 1102 — 1150. et in *st.* 966 — 1008. patet, Euripidem non de divina so- providentia dubitasse, sed fatali quoque cuidam essitati, et ineluctabili fato, cui ipsa quoque Iovis eta pareant, res humanas subiectas esse, credidisse. dem tamen sententiam Aeschylus quoque in Prome- defendit. Memorandum quoque est carmen in *rom.* 465 — 494. quo monogamiam probandam, gamiam autem reiiciendam esse, multis exemplis et. Continentiam atque castitatem quavis occasione mendat, immoderatos amores reprehendit. Carmen *Hercul. Fur.* 637 — 700. quo senectutis incommoda stringit, deosque incusat, quod nullo inter bonos malos discrimine posito, utrisque breve vivendi ium concesserint, conferendum est cum carmine hocl. in *Oed. Col.* 1269 — 1306. quo Sophocles idem mentum tractavit.

§. 24. Haec sunt, quae de carminum chori indole e argumentis dicenda habui. Non equidem ignoro ae eo me esse ingenii acumine, ut omnia rimari ae ea doctrina, ut omnia explicare potuerim, non en operam me perdidisse arbitrabor, si modo iis quae, carminum horum natura, parum adhuc intellecta, dammodo exposita fuerit; ut vero viri docti, do- assidua veterum lectione, cui totam me dare con- i, magis magisque expolitus, maturiora offerre pos-

siam, has meorum studiorum primitias serena fronte accipiant, oro quaesoque.

* *

Theses.

I. In Graecorum mythologiam nihil profectum est, nec proficisci potuit, ab Hebraeis.

II. Etsi Homerus et Hesiodus vitam post mortem esse contendunt, impietatem tamen certas poenas, virtutem certa praemia manere, non crediderunt.

III. Choro e dramate sublato, dramatis natura prorsus immutata est.

IV. Vana est laus sapientiae Aegyptiorum.

V. Antiquissima Graecia in deorum numero res sensibus obvias habuit.

LXII.

C. A. Lobeckii de *Tritopatribus* dissertatio I.

P. III. (MDCCCXXI. pp. 16.)

[Vid. Miscell. V. I. P. I. p. 520 sq.]

Quid causae habuerint Graeci, cur ventos generis humani auctores nuncuparent, explicatum puto. Restat ut eos alia quadam ratione diis genitalibus adnumeratos fuisse demonstrem. Sed quos hoc loco genitales deos intelligi velim, Festi verbis significabo: *Genitales*) deos dixerunt, aquam, ignem, aerem, terram; ea enim sunt semina rerum; duodecim quoque signa, lunam et solem inter hos deos numerabant.* Hos alii alios tradunt; sed Epicharmus ventos quoque in hoc numero ponit. Menander in *Συγκρίσει* ap. Rutgers. Var. Lectt. IV. 359.

Ὁ μὲν Ἐπίχαρμος τοὺς θεοὺς εἶναι λέγει
ἀνέμους, ὕδωρ, γῆν, ἥλιον, πῦρ, ἀστέρας.

de quo plura dixerunt Ennii restitutores. Cum hoc dissentit Orpheus, consentiunt Aegyptii. *Ἔνιοι δὲ φασιν*

---

*) Sic et Bentleio scribendum videtur ad Horat. C. Secul. v. 16.

ους πάντων κρατοῦντας εἶναι θεούς, ὡς καὶ ἐν τοῖς Ὀρ-
ὅρκοις ἔστιν εὑρεῖν:

Ναὶ μὴν ἀθανάτων γεννήτορας αἰὲν ἐόντας,
πῦρ καὶ ὕδωρ, γαῖάν τε καὶ οὐρανὸν ἠδὲ σελήνην
ἠέλιόν τε φάνητα μέγαν καὶ νύκτα μέλαιναν.

Αἰγυπτία στήλη φησὶν Εὔανδρος εὑρίσκεσθαι γραφὴν, ωη Κρόνου καὶ βασιλίσσης Ῥέας Πρεσβύτατος παίδων ; θεοῖς ἀθανάτοις, πνεύματι καὶ οὐρανῷ, ἡλίῳ καὶ καὶ γῇ καὶ νυκτὶ καὶ ἡμέρᾳ καὶ πατρὶ τῶν ὄντων καὶ ων Theo Mathem. c. XLVII. p. 164. sq. Evan-citans Zenobius Cent. V. 78, eosdem octo deos cratores recenset, sed pro Phanete Mithram sub-t; quem nisi ipsa Orphei verba expresse exclude-facile quis induci posset, ut hoc nomen Orphicis n fuisse putaret. Adeo magna cautione utendum ne novitiorum interpolatorum commenta Orphicae inae reliquiis immisceantur, omnium sectarum vie vel sic satis turbatae. Itaque si et veterum ulli ventos inter prima rerum principia numera-et fuerunt, qui eosdem etiam humani generis au-s dicerent, utrumque autem genus deorum genita-et parentum*) nomine venit, coniectura perfacilis qua ratione Philochori verba Τριτοπάτορας τοὺ πρώ-ἐκ Γῆς καὶ Οὐρανοῦ, ἄρξαντας δὲ γενέσεως cum eorum ntia conciliari possint, qui Tritopatres ventos in-etantur; quod nimirum illos quoque genitales esse ex nomine, patres significante, tum ex sacrorum, is placarentur, causa et opportunitate intelle-est.

Namque Athenienses matrimonium inituros Trito-um pacem expetivisse, supra demonstratum ratio-cur ita facerent, reddita est, quod avitos atavos-Manes, familiae custodes, ut ad ceteras domesticas nas, ita etiam ad prosperandas nuptias magnam habere crederent. Quam rem confirmat etiam La-religio, qui sunt iidem Tritopatres. Plaut. Aulul. . 15.

Philo Quis rer. div. her. p. 520. C. Εὖ ἀπελεύσῃ πρὸς τοὺς πατέρας σου — Πατέρας οὖν καλεῖ, ὥς τινες νομί-ζουσι τὰς ἀρχετύπους ἰδέας. ὡς δὲ ἔνιοί φασιν, ἥλιον καὶ σελήνην καὶ τοὺς ἄλλους ἀστέρας — Τινὲς δὲ πατέρας ὑπετόπασαν εἰρῆσθαι τὰς τεσσάρας ἀρχάς τε καὶ δυνάμεις, ἐξ ὧν συνέστηκεν ὁ κόσμος, γῆν καὶ ὕδωρ καὶ ἀέρα καὶ πῦρ.

Nunc thusculum emi et has coronas floreas
haec imponentur in foco nostro Lari,
ut fortunatas faciat gnatae nuptias.

Atqui eorum deorum, quos prolis obtinendae causa invocabant, proprium nomen fuit οἱ γενέθλιοι· Sopater Διαιρ· Ζητημ· p. 320. ηὐχόμην γενέσθαι μοι παῖδα καὶ πολλὰ τοὺς γενεθλίους θεοὺς ἐλιπάρουν πληρῶσαί μοι τὸ σπουδαζόμενον. Aristaen. L. I. Epp. XIX. ὡς δὲ Χαρικλέους ἠράσθη, παιδοποιεῖν ἐξ ἐκείνου προσεύχετο πᾶσι τοῖς γενεθλίοις θεοῖς. Himer. Or. 1. 366. Τύχῃ καὶ Ἔρωτι καὶ Γενεθλίοις παίδων γένεσιν δοῦναι προςεύξομαι. Quos deos, si latino nomine appellare volumus, non aptius dicere possumus quam Genitales. Qui vero sint et quo proprio nomine vocentur, varie traditum; ac ne videntur quidem omnes aliud praeter hoc commune in promtu habuisse, sed tum eam divinae providentiae vim, quae foeturam, conceptum, partumque tuetur, tum etiam parentum religionem communi τῶν γενεθλίων θεῶν vocabulo significasse. Sic Aristoteles Polit. VII. 14. (16) 309. *Schneid.* mulieres gravidas quotidie ad templa commeare iubet πρὸς θεῶν ἀποθεραπείαν τῶν εἰληχότων τὴν περὶ τῆς γενέσεως τιμήν. Est apud Euripidem Erechtheus, quum recuperato filio diis supplicatum iret, haec dicens:

θέλω γὰρ οὗπερ σ' εὗρον ἄρξασθαι, τέκνον,
θῦσαι θ', ἅ σου πρὶν γενέθλι' οὐκ ἐθυσάμην.

Ion v. 635. (665) et rursus v. 1130 (1149)

θύσας δὲ γενέταις θεοῖσιν, ἣν μακρὸν χρόνον — μένω κ. τ. λ.

Plato autem minores natu, ut aetate iam provectis non secus ac parentibus reverentiam praestent, admonet θεῶν γενεθλίων χάριν Legg. IX. 879. et alio loco (Legg. V. 729.) illum, qui consanguineos officiose coluerit, τοὺς γενεθλίοις θεοὺς sibi propitios habiturum dicit εἰς παίδων αὐτοῦ σποράν. Quorum omnium an quis nominatim Tritopatres respexerit, id quod de Euripide suspicatur Musgravius ad l. c., prorsus pro certo affirmari non potest, quum deorum genitalium nomen apud alios aliud neque ita certis regionibus circumscriptum fuerit. *). Alii coelum et terram primos in matrimonium ivisse, sanctissimaeque consortionis ius exemplumque statuisse prodiderunt; et ob eam causam ab his diis

*) Simpliciter Demosth. c. Macart. p. 1053. ἐκεῖνος εὔχετο τοῖς θεοῖς υἱὸν αὐτῷ γενέσθαι.

ıeniensès quoque nuptiarum solēmnia auspicari Proıus affirmat in Tim. V. p. 295. καὶ ἔοικε διὰ ταῦτα καὶ ανῷ καὶ γῇ προςήκειν ὁ γάμος· ὃ δὴ καὶ οἱ θεσμοὶ τῶν ηναίων εἰδότες προςέταττον οὐρανῷ καὶ γῇ προτελεῖν τοὺς ους. Plerique illorum progeniem, Titanes, generandi ncipes, omniumque animantum parentes celebrarunt; ıe sententia paucis verbis exposita est in Homerico mno in Apoll. 335.

Τιτῆνές τε θεοὶ τῶν ἐξ ἄνδρες τε θεοί τε.

ɔitiosius in Orphico XXXVI.

Τιτῆνες γαίης τε καὶ οὐρανοῦ ἀγλαὰ τέκνα
ἡμετέρων πρόγονοι πατέρων
ἀρχαὶ καὶ πηγαὶ πάντων θνητῶν πολυμόχθων,
εἰναλίων πτηνῶν τε καὶ οἳ χθόνα ναιετάουσιν·
ἐξ ὑμέων γὰρ πᾶσα πέλει γενεὴ κατὰ κόσμον.

quod eosdem acerrimos deorum Saturniorum hostes noverant, fabula nata est, quam ad Hesiodum auctorefert Nicander, quidquid esset venenatarum berum ab his originem habere:

Ἀλλ᾽ ἤτοι κακοεργὰ φαλάγγια, σὺν καὶ ἀνιγροὺς
ἑρπηστὰς ἔχιάς τε καὶ ἄχθεα μυρία γαίης
Τιτήνων ἐνέπουσιν ἀφ᾽ αἵματος.

ɪriac. v. 7. cf. Fabric. ad Sext. c. Gram. 1. 12, 272. ɪx his quamlibet disparibus elementis conflatum est ıagoricum commentum, quod ex Dione Rhetore ıoscimus: λέξω δὲ ὑμῖν οὔτε πάνυ τερπνὸν ὄντα, οὔτε ἶντα λόγον· ὅτι τοῦ τῶν Τιτάνων αἵματος ἐσμὲν ἡμεῖς ντες οἱ ἄνθρωποι· ὡς οὖν ἐκείνων ἐχθρῶν ὄντων τοῖς ; καὶ πολεμησάντων, οὐδὲ ἡμεῖς φίλοι ἐσμέν, ἀλλὰ κολαθα τε ὑπ᾽ αὐτῶν καὶ ἐπὶ τιμωρίᾳ ἐν φρουρᾷ γεγόν· Or. XXX. p. 550. Pro Titanibus nonnulli subıerunt Gigantes, eiusdem adversus deos odii reos; ɪus peremtis

Perfusam multo natorum sanguine terram
emaduisse ferunt, validumque animasse cruorem
et ne nulla ferae stirpis monumenta manerent
in faciem vertisse hominum. *)

Etym. Βροτός, ὡς μὲν Εὐήμερος ἀπὸ Βρότου τινὸς Αὐτόχθονος· ὁ δὲ Ἡσίοδος ἀπὸ Βροτοῦ τοῦ Αἰθέρος καὶ Ἡμέρας. Ἄλλοι δὲ ἀπὸ βρότου τοῦ αἵματος. Gigantum videlicet. Eustathius p. 1387. 35. ὁ δὲ μῦθος παρὰ τὸν

Ovid. Met. I. 157. Neque tamen adducor, ut in illo Orphico mythologemate non illos Coeligenas intelligi putem, quos etiam Aelianus apud Suidam s. *Τιτανώδες* omnis humanae labis auctores facit — *τῆς ἀθέου γραφῆς, ἣν ὁ Γαργήττιος ὥςπερ οὖν τὰ ἐκ Τιτανικῶν σπερμάτων φύντα (κηλῖδα) τῷ βίῳ (τῶν ἀνθρώπων) προςετρίψατο.* Ac priscos illos fabulae huius inventores, in diem vixisse laetos nulloque rerum humanarum taedio captos, nihil eiusmodi sensisse perspicuum est. Sed postero, quum homines aetate et usu edocti semet ipsos circumspicere et qua conditione nati quo revoluti essent, cogitare coepissent, tum vero consideranda generis humani imbecillitate eo traducti sunt, ut omnium, quae ubique sunt, vitiorum semina animis naturaliter insita et a primo statim ortu ingenerata esse statuerent; quem ortum quum veteres illi a Titanum genere repetiissent, deorum inimicissimo, hoc poetico commento nativam naturae nostrae et ingenitam vitiositatem adumbrasse visi sunt, a deorum lege et voluntate aversam. Quo respiciens Plato *Titanum e genere statuit eos, qui ut illi coelestibus, sic hi adversentur magistratibus.**) Ex his rebus intelligi posse puto, quid sequuti fuerint auctores illi, qui Tritopatres coeli et terrae filios esse voluerint. Nam quum et nomen Tritopatrum et sacrorum, quibus colerentur, ratio aperte ad *generis auctores* referretur, in hoc autem numero tum singularum familiarum, tum gentium populorumque tum totius generis humani maiores inclusi essent, hoc, quod plurimum dignitatis habere videretur, arrepto, antiquarii Tritopatrum nomine et religione communes potius omnium animantium auctores quam certarum familiarum proprios intelligi voluerunt. Qua ipsa cogitatione ad Titanes traducti sunt, deos principes, hominum rerumque parentes. Et quoniam constabat omnium Titanum antiquissimos esse Centimanos, primo terrae partu editos et iidem Centi-

---

βρότον παράγει τὴν λέξιν, ὅ περ ἐστὶ μολυσμὸς αἵματος ἤτοι λύθρον τὸ ἐκ τῶν μυθευομένων Γιγάντων. Horum Grammaticorum neuter ignoravit *βροτός* transpositis literis pro *μορτός* dici, ut *ἐμβραμένη* pro *εἱμαρμένη*, *βράπτειν* pro *μάρπτειν*, *βρύματα* pro *μυρήματα*, *βρύκος* (*βρόκος*, *βρύγκος*) pro *μύρκος*, *murcus* *Μομβρώ* pro *Μορμώ*, unde *μόρμος* (*φόβος*) *μύρμος*, et *Βριμώ* pro *Μυρμώ*, ut *Βρίγες* pro *Βρύγες* etc.

*) Ciceronis verba sunt, quae Platonico loco apposuit Astius ad Legg. p. 193.

ani *tres* numerabantur fratres, ternarius autem nume-
is Tritopatrum nomini subiectus erat, his rebus inter
connectendis argutatores isti id consequi sibi visi
int, ut Tritopatres mortalibus naturis exemtos in de-
rum antiquissimorum numerum adscriberent.

Ad hoc accedebat aliud non leve pro eiusmodi in-
nniis argumentum, quod Centimani nonnullorum in-
rpretatione venti erant Schol. Theog. p. 247. Trito-
trum autem numine, ut diximus, ventorum vis geni-
bilis declarari credebatur. Atque hoc communi fun-
mento tum Exegetae sententia constituta est, Trito-
trum nomina, Cottum, Briareum et Gygen fuisse tra-
ntis, tum Phanodemi, qui quum forte in Orphei Phy-
cis tres ventorum ianitores Amalcidem s. Hamacli-
m, Protoclem et Protocleontem tradi meminisset, plus
quam ceteros vidisse putabat, si his nominibus Tri-
patres, Atheniensium domestica numina, significari
irmaret. Ceterum in orphico carmine nihil de Tri-
patribus scriptum fuisse, tum nomen heroico versui
par, tum ipsorum inter se antiquariorum dissensus
dicium facit, quos non legisse illud poema minime
edibile est, utpote satis literatos, lecto autem non
tuissent tanta iudiciorum varietate inter se dissen-
e, si Tritopatrum et nomen et genus istic fuisset pro-
tum. Quid, quod Philochorus, is, qui de Orpheo sin-
larem librum edidit, a Phanodemi sententia longis-
me discrepat, Tritopatres non coeli, sed Solis filios
se defendens: τοὺς Τριτοπάτορας πάντων γεγονέναι πρώ-
υς· τὴν μὲν γὰρ Γῆν καὶ τὸν Ἥλιον γονεῖς αὐτῶν ἠπίσταντο
τε οἱ ἄνθρωποι, τοὺς δὲ ἐκ τούτων τρίτους πατέρας. hac,
opinor, sententia: Terram olim, solis calore tepe-
ctam, vitalia concepisse semina primoque nixu tres
idisse sive deos sive homines, ceterorum omnium pa-
ntes et quasi quosdam protoplastos. Itaque, si Phi-
chori locus non admodum mutilatus neque alio vitio
formatus est, Tritopatres ille interpretabatur τριττοὺς
τέρας, non τρίτους· neque enim τρίτοι πατέρες *) erant,
Lexicographi affirmant, sed Solis Terraeque filii
imigenii. Cum ceteris igitur congruit in hoc, quod
ritopatrum nomine deos genitales, generis humani
ctores intelligi voluit, sed quum illi in hoc substitis-
nt, hic excogitavit aliquid festivius, quo attici populi

---

*) Haec numeri vis apparet in ἕβδομος γενέτωρ apud Hero-
dotum, in vocc. *tritavus*, δισεγγόνη et similibus.

origines ab ipsis rerum humanarum primordiis repeteret. Nam quod Athenienses Apollinem generis sui auctorem ferebant, hunc autem doctiores Solem esse interpretabantur et iidem Athenienses *Αὐτόχθονες* erant, hoc est, ipsorum interpretatione, *Γῆς ἔκγονοι*,*) hinc Philochorus argumentum duxit, Tritopatres, quos et ipsos illi tanquam maiores suos venerari insueverant, istos protoplastos esse Terrae Solisque liberos, omnium viventium Aborigines. Id enim honestius multo et eruditae scilicet antiquitatis sapientia dignius fore videbatur, quam si sub Tritopatrum nomine (id quod res erat) avos atavosque Atheniensium coli, ipsosque Athenienses ex Apollinis stupro seu natos seu cognominatos esse dixisset. *En cor Philochori, en iecur Demonis!* Neque mirari non possum, hoc atticorum Talmudistarum acumen Platnero probatum esse, qui quae scripsit in Symbolis ad Ius Attic. p. 88. „Der Apollon *πατρῷος* war „ursprünglich ein Lichtwesen, also ein Sinnbild einer „religiösen Anschauung, in welcher sich zugleich der „Attische Nationalstolz aussprach. — Bedeutungsvoll „nennen sie sich Abkömmlinge dieses Gottes, mithin „Kinder des Lichts, der Menschlichkeit u. des Wohl„lauts. — Späterhin wurde er jedoch durch die Volks„religion mit den Mythen der vaterländischen Helden„geschichte in Verbindung gesetzt" ea tum vera erunt, si in contrarium conversa fuerint, hanc fabulosam rationem ineruditis Cecropidarum ingeniis probatam, illam subtilem et philosopham in antiquariorum umbraculis excoctam esse.

Philochori sententiam ita explicuimus ut Etymologi scripturam, *τὴν μὲν γὰρ Σελήνην* pro *τὴν* — *Γῆν* substituentis, a mente eius alienam esse pateat, profectam fortasse ab interpolatore, qui Lunam quoque inter deos genitales haberi meminisset. Lenzius quidem ad Philoch. Fragm. p. 12. Lunam illam ab Etymologo suppositam Minervam esse interpretatur, Apollinis, ut dicitur, matrem; Ciceronem enim N. D. III. 22. ex Vulcano primo et Minerva Apollinem natum dicere eum, *cuius in tutela Athenas antiqui historici voluerunt;* illi videlicet, qui universam mythologiae interpretatio-

---

*) Eadem ratione Thebanos ob Spartorum ortum terrestrem et Aeginetas, Myrmidonum posteros, *αὐτόχθονας* dici putabant v. Suidae locum s. h. v. correctum a Tayloro ad Demosth. p. 538. T. I. Reisk.

nem ad Palaephatismum revocarunt,*) quique hoc ipsum, le quo loquimur, commentum ex duabus longe dissitis 'abulis, una de Vulcani cum Minerva congressu, altera le Ionis natalibus exiliter frigideque consarcinarunt, pro Erichthonio Apollinem substituentes. Philochorum ion alienum fuisse ab hac pragmaticorum ratione, ex ionnullis eius reliquiis manifestum est; sed in illa 'ritopatrum quaestione nihil eiusmodi subesse, res psa docet. Nec quidquam cum hoc commune habere otest nomen Minervae Γενετιάδος a Niceta Serrariensi ommemoratum in Creuzeri Melet. p. 22. Qua in farigine diviniorum epithetorum quum nulla nisi usitassima et vulgo celebrata deorum cognomina recenseanir, quis sibi persuadeat illam de Apollinis partu faılam ab antiquariorum scholis tam longe dimanasse, ab eo et peculiare inderetur Minervae nomen et mmuni usu frequentaretur? Quid ille monachus ripserit (nam Γενετιάς s. Γενητιάς graecum omnino non t) is, qui integrum inspexerit codicem, facilius eruet; niecturam sequentibus Ἀγελητάδος s. Ἀγεληΐδος truncato pite in Γενετιάδος vertisse videtur.

De veterum doctorum sententiis hactenus; qui antumvis tam a se ipsis quam a veritate dissident, nen quia omnes in hoc sibi constant et consentiunt, cum Tritopatrum nomine vim deorum genitalium, ogenitorum, Aboriginum, comprehendant, hoc ipsum, od volumus et nitimur, confirmant, Tritopatrum aplatione Deos Manes, sanctum apud priscas gentes nen, designari. Ac principio quidem singulas fami-, quae hoc genus divini cultus suscepissent, suos ımque maiores domestico ritu propitiasse, consentam est. Sed quemadmodum sacrorum publicorum et vatorum summa fuit inter se connexio, sic ut, quae e quisque domi, eadem publice universi colerent, et t essent in aedibus privatis vel Iovis Hercei vel ıervae urbanae vel Apollinis patrii arae, tot quasi ırent ἀφιδρύματα eorum sacrorum, quae publica au'itate in sanctissimis civitatis locis constituta essent, veri non absimile videtur etiam Tritopatribus, tanm communibus omnium parentibus, delubrum alil consecratum fuisse. Ac nuptiarum causa in Anavota suscepta, sacra facta esse Lucianus auctor est viv. p. 66. T. IX. Iam si vera esset Hemsterhusii

Plato quantopere has minutas historicorum inventiunculas despexerit, in Phaedri exordio palam fecit.

coniectura, Tritopatres Athenis etiam Anactum nomen habuisse, res manifesta foret, quibus diis in Anaceo supplicaverint, et qua de causa. *) Verum ut nunc se res habet, Hemsterhusii ratio Ciceronis loco nititur perquam obscuro, quem sic constituit: *Primi tres* (*Dioscuri*), *qui appellantur Anactes Athenis*, *ex Iove rege antiquissimo et Proserpina*, *Tritopatores*, *Zagreus*, *Eubuleus*, *Dionysus*. Quod autem stabiliendae emendationi affert, Dioscuros saepissime ventorum rectores, tum etiam Anactes, Deos Magnos et nonnunquam Curetes dici, id nihil confert ad probandum, eosdem etiam Tritopatrum nomine insignitos fuisse. Sed hanc difficultatem nos ipsi e medio removimus, quum doceremus fuisse, qui Tritopatres ventos interpretarentur. Recte an secus, nihil ad rem. Sat est ita placitum esse. Verum sunt alia multa, quae emendationi illi abrogant. Primum incommoda verborum positura: *primi tres*, *qui appellantur Anactes*, *Tritopatores*, *Zagreus* etc. Deinde intelligi non potest, quae sit illis tergeminis cum Zagreo societas, nec qua ratione Dionysus tum Proserpinae filius dici, tum rursus a Zagreo discerni possit. Dicet aliquis Stoicos sic argumentatos esse: Est, qui Dioscuris Curetum nomen tribuat; quidam Curetes Cabiris accensent; alii inter Cabiros Dionysum referunt; fieri potest, ut Dionysi, Eubulei, Zagrei nomina non unum eundemque Iovis filium sed tergeminos fratres significent; ergo his quatuor diversorum hominum sententiis in unam *Μύκονον* conflatis efficitur, hos tres Proserpinae filios Dioscuros sive attico nomine Anactes esse et eosdem Tritopatres. Nugatorium profecto argumentandi genus neque aliter comparatum, quam si quis ex eo, quod Iovem quidam Cretae, nonnulli in Arcadia natum perhibent, Cretam eandem Arcadiam esse colligeret. Verum, fateor, alio non usi sunt illi, qui in fabulis veterum nihil fabulose, nihil contra rationem fictum, sed omnia ad rerum gestarum veritatem relata voluerunt. Neque tamen, si intelligi potest,

---

*) Quum Tritopatrum supplicationem ad iusta nuptiarum pertinuisse supra probatum sit, nuptiarum autem ritus et ipsa *προτέλεια γάμων* (Plato Legg. VI. 774) Exegetarum scitis subiecta fuisse constet, facilis est conclusio, quae Exegetici auctori hoc est Clidemo (v. Siebelis ad Fr. p. 43.) ad Tritopatres commemorandos causa fuerit. Indocte fecit qui Suidae verba *ὁ τὸ Ἐξηγητικὸν ποιήσας*, in hunc modum accepit: *iis qui Orphei physica erat interpretatus*.

modo Stoici a Dioscuris gradatim ascendendo et
ilia similibus adnectendo ad illos Iovis et Proser-
ae filios pervenerint, idcirco necesse est, eos hac
ecipiti via usos esse. Quod nisi certis argumentis
ionstratum fuerit, totam rem in coniecturae alea
iclitari necesse est. Denique in Ciceronis loco mul-
tentari possunt, literis fere iisdem, sententia longe
ersa. Quid? si ille sic scripsit: *Iove et Proserpina*
Britomarte, Hyes, Eubuleus etc. De Britomarti
i multa dicuntur, quae possint in Proserpinam con-
ire, tum illud appositissimum, quod Britomartin,
bo verbum reddentes, *dulcem virginem* interpretantur,
serpina autem cognomen habet *Mellonae*, si isto
lo Theocriti *Μελιτώδης* reddere placet. Nolo equi-
i in hac re aliquid pro certo ponere; tantum appa-
, Hemsterhusii rationem ad liquidum probatam non
; quae ne si vera quidem esset, nobis ad id, quod
erimus et indagamus, multum adiumenti afferret.
s enim popularium sacrorum causas quaerimus a
itate manantes, hoc est, apertas, simplices, incor-
tae antiquitatis testimoniis si non expressas, at cer-
adumbratas, non vero argutulorum antiquariorum
tuosa ingenia.

Una pars ad explicandum restat de nominum illo-
n, quae Orpheus ventorum ianitoribus imposuit,
nificatione. Quorum si primum, Amaclidae, a ma-
ia ductum, vel, alteram scripturam sequens, tum
, tum ceteris nominibus primivocos et primigenios
sdam significari coniectem, nimis vereor, ne id
tro seculo parum dignum reperiatur. Alia nunc est
rarum facies, alia sunt hominum palata. Ac cae-
e quidem artes, cultorum scilicet negligentia, ad-
antiquis radicibus modice haerent; sed mythologia
semper Libyae simillima fuit, quae singulis annis
id novi monstri parere dicitur graeco proverbio:

Ἀεί τι καινὸν κατ' ἐνιαυτὸν θηρίον
τίκτει.

nostra aetate eos progressus fecit, quos veteres
ophi ne suspicione quidem et coniectura attingere
erunt. Posteaquam enim Praeses doctissimus, Io-
s, cum Graecorum mythologia, quam quidem ex
Gyraldi syntagmate se didicisse profitetur, sacras
rum fabulas miris modis congruere professus est,
veluti de coelo missa vox hominum ora ac studia
se convertit, ut iam omnes, qui aliquid sapiunt,

omissa Graecorum Romanorumque scriptorum lectione, ab unis Panditis, eorumque Hypophetis, antiquitatis interpretandae adiumenta et auxilia petant. Qua via semel patefacta intra perpaucos annos tot, tantae, tamque incredibiles res in lucem prolatae sunt, ut si paullum aliquid annitamur, postfuturis ne tantillum quidem, ad inquirendum relictum fore videatur. Itaque etiam spes est illa Orphica vocabula quorsum pertineant mox clare intellectum iri. Mihi quidem samscritica esse videntur. Nam primum Orpheum samscritice scripsisse ex Hymni VIII. in Lunam clausula

Λαμπομένη σώζουσα τεοὺς ἱκέτας ἐς Λοκούρῃ

perspicuum est; in quo versu insanum valde hallucinantur Grammaticorum coryphaei, I. Scaliger, qui locum mutilum esse statuit, Ruhnkenius, qui coniectura sanandum (*ἱκέτας σέο κούρῃ*), Hermannus denique, qui hoc adeo in contextum recipere ausus est. Quid verbis opus? Orpheus non aliud scripsit, quam quod cascae editiones repraesentant:

Λαμπομένη σώζουσα τέους ἱκέτας ἐς Λοκούρῃ·

Versus non bonus est, sed sententia longe optima: *Shining with thine own light, shelter in Locure those who humble call on thee*, ut Wilfordus interpretatur in: Essay on the sacred Isles in the West. Asiat. Research. T. XI. p. 43. Locure, si quis nescit, est nomen Paradisi lunaris samscriticum, proprie ambram significans, ex quo multa tum antiquae Geographiae tum recentioris vocabula derivata sunt, Liguria, Laceria, Loire, Leicester.

Huc accedit, quod in Eleusiniis mysteriis, quae ab Eumolpo, Orphei condiscipulo, condita esse constat, oratores sacri lingua samscritica usi sunt. Nota loquor. Sciunt omnes, qui Meursium trivere, in exitu huius sacri, quum pia mitteretur concio, abeuntibus acclamatum fuisse *Κόγξ Ὄμπαξ*. Id qualem vim haberet, usque ad hoc aevi nemo odorari potuit. Quin fuerunt, qui *κόγξ, βόμβαξ* emendandum censerent, genuinam lectionem adulterantes. Nam illa vocabula sanissima et ipsa Samscredanica esse evicit idem Wilfordus, in brevi dissertatione *Remarks on the Names of the Cabirian deities*. T. V. Asiat. Research. p. 297. „At the conclu-„sion of the mysteries of Eleusis, the congregation „was dismissed in these words: *Κόγξ, Ὄμ, Πάξ*. These „mysterious words have been considered hitherto as

„inexplicabile; but they are pure Sanscrit, and used „to this day by Brahmens at the conclusion of religious „rites. They are written in the language of the Gods, „as the Hindus call the language of their sacred books, „*Canscha*, *Om*, *Pacsha*. *Canscha* signifies the obiect „of our most ardent wishes. Om is the famous mo„nosyllabe used both at the beginning and conclusion „of a prayer, or any religious rite, like *Amen*. *Pacsha* „exactly answers tho the obsolete Latin word *Vix*; „it signifies change, course, stead, place, turn of work, „dury, fortune" etc. p. 300. Eamque sententiam ratam habuere Fr. Muenterus *Erklärung einer Griechischen Inschrift, welche auf die Samothracischen Mysterien Beziehung hat.* Kopenh. p. 18. Fr. Creuzerus in Symbolica T. IV. p. 573. Vir illustris, Uwarow, in Essay sur les mystères d'Eleusis p. 26. sq. et qui in transitu hoc attigit Schellingius: *Ueber die Gottheiten von Samothrace* p. 91. Illa iam significatio est, literarum samscredanicarum cognitio vel levissima quantum habeat ad doctae antiquitatis interpretationem momenti. Cui enim omnium graece doctorum haec suspicari in mentem venit? Hesychius scripsit sic: Κόγξ, ὄμπαξ· ἐπιφώνημα τετελεσμένοις· καὶ τῆς δικαστικῆς ψήφου ἦχος, ὡς ὁ τῆς κλεψύδρας. παρὰ δὲ Ἀττικοῖς Βλόψ (βλώψ Phavor.). Iam istorum aliquem in consilium adhibe, qui nil nisi graeca sciunt; succum prius ex lapide eliciat, quam ex Hesychio hoc exsculpat, ut initiatis Κόγξ, Ὄμ, Πάξ acclamatum esse dicat. Primum dicet κόγξ ὄμπαξ non esse composita verba, sed unum alterius interpretamentum, ut in similibus glossis, Εἶα δὴ ἄγε δή, Ἔχε δὴ ἄγε δή. neque magis κόγξ ὄμπαξ unquam deinceps pronunciatum esse quam Εἴπερ γὰρ ἐὰν γάρ, et quae sunt eodem modo a Glossographis coniugata. Deinde mysteriorum Eleusiniorum nec caput nec volam comparare pertendet, ut omnino sciri non possit, utrum τῶν τετελεσμένων nomine Cereris Liberaeque initia, an Hecatae, an Cabirorum, an Mithrae, an denique ipsius christianae religionis sacramenta significentur. Mox eo progredietur audaciae ut ne ullos quidem initiatos in isto loco intelligi confirmet, sed τετελεσμένοις esse dativum generis neutrius, τετελεσμένα autem idem significare quod ἐξειργασμένα *negotium confectum*, sicuti qui re confecta adveniunt τετελεσμένων ἥκειν dicuntur; denique Hesychii verbis hanc sententiam subiiciet: Κόγξ perinde ut ὄμπαξ vocabulum factitium esse significans: *satis de hoc, confectum est*, eoque sensu a Latinis frequentari *pax*,

Pax nihil amplius! Pax, periit illico! et eandem potestatem graeco vocabulo tribuere Hesychium; Πὰξ, τέλος ἔχει, quod idem valere ac si πὰξ ἐπιφώνημα τετελεσμένοις scripsisset. Ὡς ποτέ τις ἐρέει — ex illa Grammaticorum cohorte. Nos vero priusquam bellissimum inventum*) nobis de manibus extorqueri patiamur, denuo diligentius singula consideremus, si qua adversus Grammatistarum captiunculas sustentari possit.

Primum igitur erat Κόγξ, quod Hesychius tum clepsydrae sonitum tum calculi iudicialis crepitum significare scribit. Calculos autem notum est e camo in urnam transmissos fuisse. Sed camus urnae impositus, ut cado colus, clepsydrae figuram referebat, hoc est, ut Apuleius narrat, vasculi in vicem coli graciliter fistulati ac per hoc guttatim deflui. Itaque et ob hanc formae similitudinem et quia utrumque instrumentum iudiciale et sonus ipse non multum diversus erat, communi nomine tum aquae per angustum orificium lente stillantis plangorem tum argutum calculorum crepitum notare placuit. Et κόγξ quidem apertam habet cum κόγχη, *porcellana*, cognationem, quibus in suffragiis ferendis utebantur, nec inusitatum Graecis sonorum nomina a vasis et instrumentis, quibus eduntur, ducere, ut a βομβύλη βομβυλίς, a λήκυθος, ληκυθίζειν, a κογχύλη, ἀνακογχυλιάζειν. Βλώψ autem cum scloppo cognatum videtur, unde sclopetum derivatum est, ut a bombo nonnulli bombardam nominatam credunt. Cui simillimum est πάξ a πήσσω, pacio, derivatum ut a tago tax, ab εὐάζω evax, plausum significans, tum aliorum corporum tum talem fortasse etiam, qualem manus cum manu collata vel tabulae illisa reddit; quo etiam nostri homines, qui sunt in gesticulando paullo vehementiores, uti solent ad significandum hoc: *Sic volo! tantum est! pausa!* Nec mirabitur quisquam tam diversas res uno eodemque sono notatas esse, qui tum ceterarum interiectionum in positione, tenore, forma et significatione mutabilitatem cognorit, tum omnia sonorum imitamenta infinitam naturae varietatem sequi animadverterit. Aquae verbi causa per angustum ebullientis proprius sonus est *Glut*, ut lusit vetus poeta in Anthol. L. V. p. 405. Burm. *Glut glut murmurat unda sonans*, idque cum vocabulis gluti, glutonis, et fortasse

---

*) De toutes les découvertes nouvelles — la plus importante. Essai l. c.

etiam γλώσσης cognatum est, sicut *mut* cum muttio, *bat* cum bató (basto) battuo. At quae ad sonum illius proxime accedunt, *glocire* et *gloctorare*, quam diversarum rerum significationem continent! et quae rursus illud glut verbali casu exprimunt, *bilbire* et βομβύζειν, quantum a sono eius distant! Charisius quidem *trit* musculorum pipatum esse docet. At Iuventinus v. 61.

Mus avidus mintrit, velox mustecula drindit.

Permulta eius generis proferri possunt; sed si quis modo voces animalium percurrat ab Iriartio collectas, modo diversissimos, ut nobis quidem videntur, sonos isdem notis signari reperiet, modo eosdem diversis. Sed utut varias res illud Κόγξ seu natura seu imitatione expresserit, tamen id, quod Wilfordo placet, *the object of our most ardent wishes*, nec significavit unquam nec significare potuit.

Itaque hoc praesidio omisso nos tanquam ad arcem sic ad vocabulum Ὄμ recipiamus, quod quia nulli graecorum vocabulorum simile est, e samscriticis fontibus repetere licebit. Verum enim vero dubito, an hoc nobis diuturnum sit futurum perfugium. Quid enim, quaeso, respondebimus, si quis hoc monstrificum ὄμ ex adverbio ὁμοίως decurtatum esse dicat? quod Hesychius componendis synonymis adhibere solet, ut v. c. Παραβαλών, ὁμοίως παραθείς. — Παραβλῶπες ὁμοίως διάστροφοι etc., cuiusmodi vocabula a librariis ad paucas literas rediguntur initiales. Quo concesso, recusare non possumus, quin Hesychii glossa Κόγξ ὁμοίως πάξ in hunc modum accipiatur: utrumque est vocabulum πεποιημένον, ut rhetorici loquuntur, ad similitudinem soni, qui fit ictu, planctu, plausu et hinc per quandam significationem transfertur ad id, quod fractum, abruptum, decisum absolutumque sit.

Hoc si concedere cogamur, non video, quid spei reliquum sit. Nam quod unum restat, πάξ, id iam negare non possumus esse illud ἐπιφθεγματικόν, quod latini isdem literis scribunt. Atqui id genus vocabulorum sermonis plebeii et familiaris angustiis conclusum est, vax, tax pax, πύπαξ, πάπαξ, παπαιάξ, βαβαιάξ βομβάξ, ἰατταταιάξ. O male factum! Nam si hoc ita se habet, quid ab hierophantae persona magis alienum esse potest, quam hoc ludicrum vocabulum Pax? quod non minore audientium risu exceptum fuisset, quam si hodie alicuius sacrae cathedrae orator pro eo quod in fine concionis pronunciari solet *Amen*, diceret *Basta*! Sunt

aliarum rerum aliae clausulae, nec omnes omnibus aptae. Veteres causarum patroni quum peroratum esset, dicebant εἴρηκα, *dixi;* praetor, quum agendarum rerum finem facere vellet, praeconem *ilicet* pronunciare iubebat; sacri Diaconi in λαῶν ἀφέσει *ite missa est* proclamabant; *Pax* nemo omnium nisi tali loco et tempore, quo hodieque *Basta* dicere conveniat.

Quid igitur fiet? concedimusne de mysteriis sive Eleusiniis sive aliis Hesychium locutum non esse? vocabula ab eo exposita, Conx et Pax, samcriticis illis similia non esse? Wilfordii interpretationem ex toto fictam, vanam, falsam esse? Non faciemus, opinor, sed animum potius obfirmabimus nulliusque grammaticae rationis auctoritate nos impediri posse profitebimur, quominus hierophantas Eleusinios, quum sacras orationes haberent, samscritice locutos esse credamus. Iisdemque etiam armis causam nostram tuebimur, si quis alteram Eleusinii carminii formulam, ὐἲε τοκυῖε, quae quidem nondum a Wilfordo explicata, sed aperte samscritica est, in graecos imperativos ὗε et κύε transfigurare conetur.

LXIII.

Varietas lectionis codicis Biblioth. Reg. *Havn.* No. 3549 in 8vo collati cum edit. *Euripidis* Porson. Lipsiae iterum repetita 1807. in *Hec.*, *Oreste* et *Phoenissis.*

[Vid. Miscell. Vol. I. Part. III. p. 476. sq.]

3. E *Phoenissis.*

Phoenissarum argumentum, quod in codice Ὑπόθεσις ἐτεοκλέους καὶ πολυνείκους inscriptum est, ceterum Porsoniano consentit, praeterquam his 4 locis. Lin. 4 pro συνήθροισεν codex habet συνῆξεν. L. 6. ἐποίησεν] ἔπεισεν. L. 10 ἔσεσθαι] θέσθαι. L. 13 post ἀπέσφαξε addit καὶ δὴ καὶ ἔπεαξε.

Finito argumento, ante oraculum Laio datum haec leguntur, *Περιπαθεῖς ἄγαν αἱ Φοίνισσαι τῇ τραγῳδίᾳ· ἀπώλετο γὰρ ὁ Κρέοντος υἱὸς ἀπὸ τοῦ τείχους, ὑπῆς πόλεως ἀποθανών. ἀπέθανον δὲ καὶ οἱ ἀδελφοὶ ὑπ' ἀλλήλων, καὶ ἡ μήτηρ Ἰοκάστη ἀνεῖλεν ἑαυτὴν ἐπὶ τοῖς παισί. καὶ οἱ ἐπὶ Θήβας στρατευσάμενοι Ἀργεῖοι ἀπώλοντο καὶ αὐτοί, καὶ ἄταφος Πολυνείκης πρόκειται. καὶ ὁ Οἰδίπους τῆς πατρίδος ἐκβάλλεται, καὶ*

ὑν αὐτῷ ἡ θυγάτηρ Ἀντιγόνη. Ἔστι δὲ τὸ δρᾶμα καὶ πολυρόσωπον, καὶ γνωμικῶν πολλῶν μεστὸν, καὶ καλόν.

Ἀγήνορος θυγάτηρ Εὐρώπη. ἣν λαβὼν Ζεὺς εἰς Κρήτην γνοίᾳ τοῦ πατρὸς ἤγαγεν. ὁ δὲ περιήρχετο ζητῶν, καὶ τοὺς ἱοὺς αὐτοῦ, Κάδμον, Θάσσον, Κίλικα, Φινέα, ἀπέστειλε ψηαφήσαντας μαθεῖν. Κάδμος οὖν χρησμὸν λαβὼν, εἰς τὸ τοῦ πόλλωνος ἱερὸν ἐτάχθη δάμαλιν λαβεῖν, καὶ ἀπερχόμενος ἐλαύειν ἔμπροσθεν, καὶ, ὅπου κλιθείη ἡ δάμαλις πεσοῦσα, κτίσαι όλιν. κτίζειν οὖν Θήβας, καὶ τὸν δράκοντα ἀναιρεῖ, σπείρας ὺς ὀδόντας αὐτοῦ, ἐξ ὧν ἀνεφύησαν οἱ Γίγαντες.

Ἀπὸ Διὸς Ἴναχος, ἀπὸ Ἰνάχου Ἰὼ, ἀπὸ Ἰοῦς Ἔπαφος, πὸ Ἐπάφου Λιβύη, ἀπὸ Λιβύης Βῆλος, ἀπὸ Βήλου Φοῖνιξ, πὸ Φοίνικος Ἀγήνωρ, ἀπὸ Ἀγήνορος Κάδμος, ἀπὸ Κάδμου Ιολύδωρος, ἀπὸ Πολυδώρου Λάβδακος, ἀπὸ Λαβδάκου Λάϊος, πὸ Λαΐου Οἰδίπους, καὶ ἀπὸ Οἰδίποδος Ἐτεοκλῆς καὶ Πονείκης.

Τὸ δρᾶμα ἔστι μὲν ταῖς σκηνικαῖς ὄψεσι καλόν· ἐπεὶ καὶ αραπληρωματικόν· εἴγε (cod. εἴτε) ἀπὸ τῶν τειχέων θεωροῦσα ἀντιγόνη μέρος οὐκ ἔστι δράματος, ὑπόσπονδος Πολυνείκης ὐδενὸς ἕνεκα παράγεται, ὅ τε ἐπὶ πᾶσι μετ᾽ ᾠδῆς ἀδολέσχου υγαδευόμενος ὁ Οἰδίπους προςέῤῥιπται (cod. προσέριπται) ακενῆς.

Sequitur oraculum Laio datum, in quo v. 2 sic se abet, ut in argumento editionis Matthiaei altero: τέ:ις μὲν φίλον υἱὸν, ἀτὰρ τόδε σοι μόρος ἔσται. V. 3. βίου ro φάος legitur, et v. 4 mendose ἀραῖσιν ἐπιθήσας pro ραῖσι πιθήσας.

Post oraculum haec de Laio narrantur: Λάϊος ἀπὸ ηβῶν παραγενόμενος εἰς Ἦλιν, ἐθεάσατο Χρύσιππον τὸν Πέοπος υἱόν. τούτου ἐρασθεὶς, ἠξίου αὐτὸν παραγενέσθαι εἰς ήβας σὺν αὐτῷ. πεισθέντα δὲ αὐτὸν ἥρπασεν ὁ Λάϊος. μαθὼν ὲ ὁ Πέλοψ περὶ τούτου, κατηράσατο τῷ Λαΐῳ, ὥςτε μὴ κτήασθαι παῖδα, εἰ δὲ καὶ κτήσαιτο, ὑπ᾽ αὐτοῦ ἀναιρεθῆναι.

Denique Sphingis aenigma, in cuius lectione nihil iemorabile occurrit, nisi μορφὴ in fine v. 1mi supercripto φωνὴ, excipiunt haec paucula: Τινὲς δὲ φασὶ, ύχῃ λῦσαι τὸ αἴνιγμα τοῦ Οἰδίποδα καὶ δακτυλοδεικτεῖ, ὅ ἐστι ὶν ἄνθρωπον· καὶ διεσπάραξεν ἑαυτὴν ἡ Σφίγξ.

V. 10 κλῄζομαι] κληΐζομαι. 23 τε] τέ. 26 σιδηρᾶ] σιδηρά. 7 νιν] νίν. 33 ἤ τινος] ἤ τινός. 46 ἁρπαγαῖσι] ἁρπαγέσι. 49 υνάψειν] συνάψειν. Inter v. 50 et 51 codex habet ὅθεν ὑραννος τῆςδε γῆς καθίσταται. 54 ἄρσενας] ἄρρενας. 58 μηρῴων γάμων] μητρῷον γάμον. Inter v. 58 et 59 cod. ὁ πάντ᾽ ατλὰς οἰδίπους παθήματα. 59 αὐτοῦ] αὐτοῦ. 75 Ἀδράστου]

ν. ἀδράστου. 77 ἐπ'] ἐς. 81 πεμφθεὶς] πεφθεὶς. 84 βροτῶν]
ον
βροτὸν. 89 Ἀργεῖον] ἀργείων. Ibid. ἱκεσίαισι] ἱκεσίαις.
100 νᾶμα] νάμα. 103 ἐπαντέλλων] ἐπανατέλλων. 141 αἰσθά-
νει] αἰσθάνῃ. 142 ἐγνώρισα] ἐπεγνώρισα. 144 προςδεδορκῶς]
προδεδορκὼς. 145 οὗτος] οὗτος ὅς. 150 ἐστὶ] ἔστι. 155
ξὺν] σύν. 157 ποῦ πὸῦ] ποῦ. 164 ἐξηκασμένα] ἐξεικασμένα.
168 δέρα] δέρῃ. 170 ἐκπρεπὴς] εὐπρεπὴς. 172 βολαῖσιν]
βολαῖς. 173 ἐμπλῆσαι] ἐκπλῆσαι. 174 τίς κυρεῖ] τίς, πόθεν
κυρεῖ. 185 προςβάσεις] ἑπτὰ, προβάσεις. 187 Νέμεσι]
νέμεσις. 189 πῦρ] φῶς. 190 μεγαληγορίαν] μεγαλανορίαν.
192 ἐστὶν] ἔστιν. 194 δώσει τριαίνᾳ] δώσειν τριαίνῃ. 195
Ποσειδανίοις Ἀμυμωνίοις] ποσειδονίοις τ' ἀμυμωνίοισιν. 198.
χρυσεοβόστρυχον] χρυσεοβόστρυχε. 203 εἰςῆλθεν] εἰςῆλθε.
205 δὲ — θηλειῶν] γὰρ — θηλυῶν. 208 ἐπειςφέρουσιν]
ἐπιφέρουσιν. 208. ἀλλήλας] ἀλλήλαις. 209 ἔβαν] ἔβην.
215 ἐλάτᾳ] ἐλάτῃ. 221 πόλεως] πόλεος. 223 ἔμολον] δ'
ἔμολον. 224 Ἀγηνοριδᾶν] ἀγηνοριδῶν. 226 πεμφθεῖσ'] πεμ-
φθεῖσα. 228 ἐγενόμαν] ἐγενόμην. 230 ἐμᾶς] ἐμὰς. 245
Δίρκαν] δίρκην. 246 δ' ἐμοὶ] δέ μοι. 251 πείσεται] πείσεθ'
η
in medio versu. 257 πτόλιν] πόλιν. 262 πημονὰν] ποιμο-
νάν. 266 ὁρμᾷ] ὁρμᾷ παῖς. 271 μεθῶσ'] μεθῶσιν. 277 καὶ]
γάρ. 284 ἐφεστᾶσιν] ἐφεστᾶσι. 286. δώμασιν] δώμασι.
303 πρόδρομος] πρόδομος. 310 γήρᾳ] γηραιῷ ποδί. 313 ἐν]
τ' ἐν. 315 ματέρος] ματρὸς. 317 χαίτας] χαίτης. 318 δέραν
ἐμάν] δέρην ἐμήν. 323 ἁδονὰν] ἡδονάν. 326 παλαιᾶν —
χαρμονᾶν] παλαιὰν — χαρμονάν. 332 τε abest. 336 σκότι']
σκότει'. 343 πέρεμνά] τέραμνα. 345-6 σὺν ἀλαλαῖσι δ' αἰαγ-
μάτων αἰὲν] συναλλαγαῖσι (c. gl. βοαῖς) δ' αἰὲν αἰαγμάτων. 348
ἡδονὰν] ἡδονάν. 351 τᾶδε] τάδε. 353 ἐπακτὸν] ἐπακτάν. 360
ἐσιγάθη] ἐσιγάσθη. 361-2 εἴτε σίδαρος, εἴτ' ἔρις,] εἴτ' ἔρις εἴτε
σίδαρος. 373 κτάνῃ] θάνῃ. 374 ἔχων] ἔχω. 376 εἰςήγαγες]
εἰςήγαγε. 381 νᾶμ'] ὄμμ'. 386 δυςλυτοὺς] δυςλύτους. 389 τλήμο-
νας] τλήμονες. 390 τις] τίς. 401 φυγάσιν τὸ δυςχερές] φυγάσι τὸ
δυςτοχές. 402 ἔχειν] ἔχει. 408 ὄμμασιν] ὄμμασι. 409 διεσάφησ']
Inc. p. *S* litt. - aetate - litteris idcirco - bellicatim - parino (corr. papirino) leuii - Subtrinas (bis) - derelinquere quam perire (a rec. m.) sic uale scabre atque alluuie - mas. scabrius - lib. XVII. censores inquit publ. Scip. n. - cum equit. - stricosum equitum et male h. - habilissimum videf· - torpore pecun. - liberam non eq. censueri ac ferri - p. 169. vero (corr. vere) novo - subicit alnus - exprobatio lutio aut deform. - pl. aulularia· escrapte ompede strictibile sordide· - tafe minippu - per stilis qui cript. - egistis - possint suctu - varro - toto troas· et l. III. - sic manus sic ora ferebat - ostreis quam ex crabrent - scabres qua inculta - di nostra - si movet axim - delfinis (corr. delfinus) - p. 170. scurilis (corr. scurrilis) ioc. s. aut amicus - sparso s. - qui candentem - pac. modo (corr. medo) populoque (corr. puloque) - sata de - seudulo - scriptat cunctat esse r. - script. - redducas - Succidam (corr. Succididam) succ. - p. 171. sign. redire (corr. redere) - h. ab his et p. auferre non abiis - varro gemina c. - ne fili p. - satulem - cistell. et ad singul. - singulum esset - apud album - prospere dicitur - ab origine - subl. superibus - honos l. quibus sua delectat (corr. delectet) - et habitatem sp. - obcepit ibi - p. 171. quae in somnis - popule (corr. pup.) - satietas sanguinis - l. II. in saltibus occupatus tamen externorum - frumenti quae - tenet facta· ter - tibi iam nemo - viuendi qualem (corr. qualam) pro - ennius tale (corr. telamone) - lacrim. v. squalem - Scaturrex - hic theobogenes - fl. scaturrex - baccidibus - p. 173. Suavitudo (corr. Sauit.)

pro - baccid. - interficior - expectat..- omnes sortitudinem - lib. III. hiternos (sic) cere - t. solitatem (corr. sodalitatem) - p. 174. et nouem iovis - me ut heredam ex tuo - varro ανθρωπολαι - namq; ut dicam - scelorsum indignum - fratris - videat puellam - spetam (corr. speratam) - p. 175. gemitus - litt. vestis - agit (corr. agat) - illis quae sibi quae - semitu res - una hocceperis - sequis (corr. sequens) - sero succedens oneris ut ai. - et quo vereor - p. 176. optume - populo qui fastum (corr. faust.) - hypoboli rastr. - coecilius (corr. coelius) - Sollemnitus pro sollemnit. lucil. - sollemnit. - ditali - Schenatilis v. Schenaticus p. schenico - haec modo schenatilis - schenatici - vel eligantes - gallinacius - p. 177. quid feceret (corr. feret) m. - Salibreas (corr. Salebras) - et de oratore - fribolum - infamiam - Supellectiles - orarotori et quasi supellectiles suplex - scurrilis sit - obsc. nemini cum nec petul. - Sportas [in marg.: sportas. aut ab spartu quasi spart. aut ab asportanda] sall. h. - in toto cena coeptum ex varis - pro ut si audes - etsi hoc illius dictum est - videntur dissipare - p. 178.

Inc. p. *T* litt. - Tetret fedet - beluarum - clitemestra - iud. q̄: omnes grados tet. - hippobolimenerumnam (sic) - tulisti (corr. tetulisti) - adoptatu - persp. percautum - didascalo - fabulis (in supr.) - hec ine nobis (sic) terne - parmenione - traps pronis - accedens proxume - p. 179. dimminut - sesq: ulixe - ut texillum - gelea - educ. alita (sic) sunt - atq. hunc tuli ut magonis - in tenebricas - funesta (corr. funestat veste) tonsu l. - boethontibus - tabicum (corr. tabificum) - liber. lecto - perturbationis - facit - filoctita - in occulto fax. - p. 180. et contempuere divos - sed petulo ne meum - frater enim callid. - ad implendos - linguam pensum prae se - p. 181. lucil. l. III. - graece (sup. tricis) dic. - tricenus erat - tu patro si opedion (sic) - poputuisset mulier tetr. - rupit m. - poenulo quod agrosi est. cocleas tarditud. - alcmene - multa mittuntur - socordia - tanta ton. - in ore iacens rictu - grabbati - in ordinis (corr. ordines) tente - muscip. tenta - p. 182. istic est - alligateq; tristit. - leucadia - antef. gne (sic ex em.) comm. tristitia - hetererus (sic.) stup. - pomnius fullonis ducum (sic) et ubi - detonderi - intione ex felaci a. et iaqualis qua (sic) all. ess.

Inc. p. *V* litt. - Virg. lib. XI. - verbis vulgare coepit dicens - p. 183. ambrachia - ing. vestis - mobile

divum - sol arege (corr. aroge) quaedam - dico (corr. dici) ins. ē - enn. menea (corr. nemea) - concepta und. - belli punici lib. II. (corr. lib. III.) - Viscreatim (corr. Visceratim) - dissupat viscer. - uis utrasque - moti caeleusti heatque (sic) - et cum ad nos v. subfraginatam vidi Vinum - et uino (corr. vivo) tempt. - idcirco - p. 184. tanta frustrando - ego utrem video - passis - ite miscetur - erisace - sed utratus - trade forma - p. 185. qui colligitis - scabres quae - Vatescant (corr. Vast.) - exilium - vatescant ag. m. t. de oratore - beluarum - ne (corr. nec) stirp. - vastare - milia - manio asperum valde scabreque - epigone - nullum eis - ago exim verr. - Vilicari (sic ubique) - p. 186. ergastilo - eris r. - horpinos - paterusa - idem etera - vinn. venusta - historiae l. III. - pedes - extiteret - inter inolem quae ins. - et (corr. eius) valent. - titinn. sed in sapientia - exaesa - p. 187. aut vindemiam - vel decreptionem obverra - quam angit hac lampadionem quid familiares f. amat haec spes - virgarūdemiam - Vercium magn. - addere in vulgam - quadringentes - iniuriam - carnificans per - hist. nos una - p. 188. virg. l. VI. - Vermiculatim - cic. in oratore - lexis composui et uttessurale (sic) - cic. in orat. - si de re iure civili - hominum (te supr.) - p. 189. superavit - Versutiloquax (ubique) - nouis huius - Unciat. (corr. Uncinat.) - et amatis - nunciatisque - venditione (corr. bis venditatione) - vincere infl. - habeam ut mina inveniendo quod fac. - Undelat. (corr. Undul.) - duobus undul. - undulatis - Verbecem (bis) - lib. VI. perzonatim -

LXVII.

De locis nonnullis librorum *Ciceronis de oratore.*

(ad edit. Mülleri.) I, 1, 3. „in medium rerum omnium certamen.“ Hinc, monente Ruhnk. ad Vellei. p. 127. auctor epigramm. in Anthol. lat. T. I p. 301. v. 7. 8 „Cum subito in medio rerum certamine „praeceps corruit,“ coll. infra III, 2.

I, 3, 5. Eloquentiam in quodam exercitationis genere ponendam esse disputat: Plato etiam Gorg. §. 121. Cf. Heindorf. ad Gorg. §. 42.

Ib. 12. „ut in ceteris id maxime excellat,“ pro, „ut, quum in cet. id max. exc.“ Vid. Wolf. litter.

Anal. I p. 318 sq. et quae monui ad Cic. pro l. Manil. §. 2. In sqq. vix persuadere mihi possum „in dicendo autem vitium vel maximum est“ deberi librario, quod genus hominum verisimilius est, est mutasse in sit, quam contra. Eodem modo Cic. infra 35, 161. II, 72, 293. ubi vid. Ern. III, 31, 123. ubi suae observationis ipse immemor fuit Ern. De „communi sensu“ vid. Bentl. ad Hor. Serm. I, 3, 66.

I, 6, 22 „sed seposuisse a ceteris dictionibus eam partem dicendi, quae in forensibus disceptationibus iudiciorum aut deliberationum versaretur.“ Intelligit haud dubie genus iudiciale et deliberativum. Sed si haec sola genera oratori reliquerunt, quae tandem sunt ceterae dictiones, a quibus haec seposuisse Graecos Cicero scribit? quum enim tria numerentur dicendi genera, iudiciale, deliberativum, demonstrativum, hoc unum tantum restat, quod alienum ab oratore esse iudicarent. Itaque nihil verius Ernestii iudicio, cui verba „aut deliberationum“ suspecta erant. Ita „a ceteris dictionibus“ erit a genere deliberativo et demonstrativo.

I, 11, 47. „longe omnium in dicendo gravissimo et eloquentissimo.“ Vereor ne verba „et eloquentissimo“ debeantur Grammatico verba „in dicendo gravissimo“ explicare volenti.

I, 13, 63. „Quare, nisi qui naturas hominum“ etc. Vide an ita defendi possit Quae, ut dicas anacoluthon esse: quum enim dicere vellet Cicero „Quae, nisi qui — perspexerit, dicendo efficere non poterit,“ post longius circumductam orationem „quod volet“ per redundantiam quamdam addidit. Cf. Comm. de anacol. in Wolfii anal. II p. 17. Similiter infra 17. 75. „Haec, quum ego praetor Rhodum venissem, et cum summo illo doctore istius disciplinae Apollonio ea, quae a Panaetio acceperam, contulissem, irrisit ille quidem, ut solebat, philosophiam atque contemsit“ iungenda sunt „Haec“ (sc. quae philosophi dicere solent) „irrisit ille quidem“) sed eadem ratione addidit philosophiam.

I, 35, 161. Imo quod vulgo verbis „id mehercule ipsum attendo“ praeponitur, exquisitius est quam ut a librario proficisci potuerit: negat enim id, quod negante sententia dictum erat, quasi dicas „Erras, si putas, nihil nobis in mentem venire, sed potius id ipsum attendo.“ Sic pro S. Roscio 18, 52. „Numquid est aliud? Imo vero, inquit, est.“ in quibus quum particula num significetur nihil aliud esse videri, hoc

ipsum negatur: falsum est nihil aliud esse, sed potius est aliquid.

I, 35, 162. Non recte locus distinctus videtur; verbis enim „si ea seposita, ut dicis, essent —— non dubitares“ etc. continetur explicatio illorum „idem quod faceres,“ ut Graeci sententiam generalem cum pronomine alia enuntiatione nulla particula cum priore nexa explicare solent. Vide quae monui Gramm. gr. min. §. 630. 3. ad Eurip. Hec. 777. p. 88. et Heindorf ad Phaedon. p. 57. 79. Igitur interpungendum: —— „villamve venisses: si ea seposita — familiaris. Similiter“ etc.

I, 36, 166. „quos multas horas exspectavit,“ nimirum dum perorarent, ab iis se detineri passus est.

I, 42, 190. „eorum generum quasi quaedam membra dispertiat“ i. e. genera in quaedam quasi membra, dispertiat, ut Plato Leg. XII p. 206. ὅτε δὲ μέρη διήρηται τῆς πόλεως — —

I, 49, 214. „Nam et civitatum regendarum oratori gubernacula sententia sua tradidit“ —— voluerat addere: „et philosophiam.“ Sed quum ad priora refutanda abripi se passus esset, illa verba hic omisit, et ad quaestionem de philosophia cap. 51. demum transit. Sic c. 10. 217. post „et quos φυσικοὺς Graeci nominant“ (ubi male et cum Schützio delevit Müller) additum erat, „et philosophi iidem essent geometrae ac musici,“ quod nunc alia orationis forma usus adiicit. II, 11, 48. „Nam et testimonium saepe dicendum est“ — debebat sequi, „et mandata exponenda.“ Pro hoc c. 12. in. „Quid? si mandata sint exponenda.“ Schütz. etiam dedit pro et. II, 78, 319. respondent sibi „Sic et facile reperientur, et momenti aliquid afferent.“ Sed post parenthesin sensum particulae sic repetit voc. ita. Paulo post „hanc loquacitatem nostram“ intelligo, quod in colloquendo de oratore modum non tenemus.

I, 50, 216. „Quare non — idcirco eiusdem hominis atque artis utraque facultas existimanda est.“ Schütz. fidenter emendavit „eiusdem nominis“ in quo scire velim, quaenam sit facultas nominis. Brevius dictum est pro: „Quare non idcirco, ut eiusdem hominis, sic eiusdem artis utraque facultas exist. est.“ Paulo post „is perficiet“ servandum censeo. vid. ad or. de l. Manil. 5, 33. Catil. II, 27. Comm. de anacol. in Wolfii Anal. T. II p. 16.

I, 53, 229. „aut liberius,“ i. e. oratione non ad ea, quae proprie ad rem pertinebant, adstricta, sed ultra

propositum evagante. — „Simplex ratio veritatis.“ Blomfield. ad Aesch. Prom. 386. praefert „simpl. oratio ver.“ ob illud ἁπλοῦς ὁ μῦθος τῆς ἀληθείας ἔφυ. Non videtur.

I, 54, 231. „illam orationem disertam sibi et oratoriam videri.“ Sic fere Acad. I, 8, 32. „huic quasi ex altera parte oratoria vis dicendi adhibebatur, explicatrix orationis perpetuae“ etc.

I, 57, 242 Locus Platonis, quem me cum Ciceroniano comparasse dicit Müller. est Protag. §. 81. ἐνέβαλε ῥῆμα ἄξιον λόγου βραχὺ καὶ συνεστραμμένον, ὥσπερ δεινὸς ἀκοντιστής etc.

Ib. 245. Imperfecta „defenderes — ageres“ pro plusquamperfectis esse minus accurate dicit Heusinger. Vid. ad or. pro S. Roscio Am. §. 103. Catil. II, 3. Tum quae loca ad lectionem „complexus esset — — commendasset“ excitavit Wyttenbach. in Bibl. crit. ea non probant id, quod vult Wytt.

I, 58. in. Dicere voluit Cicero: „Nam quod inertiam accusas adolescentium, — primum quod facillima sit, deinde quod sit plena delectationis, iniuste facis: nam primum quam sit facilis“ etc.

Ib. 247. Schütz. Quod olim edebatur „ipsas sua vetustate,“ id sic defendi posse Ernesti arbitrabatur, ut ipsas significet „sua sponte.“ At quis ita loquatur: „sua sponte consenescere?“ Quidni? modo „sua sponte“ explices per se, nulla vi extrinsecus accedente, „von selbst,“ non „von freien Stücken.“

Ib. 249. Comparatio est oratorum cum iurisperitis; sicut nobis, etsi rei rusticae non satis peritis, licet fundos obire, sic oratoribus, etsi iuris scientiae ignaris, licet causas agere. Ita unice verum est „non licet.“ „Vel delectationis tamen“ i. e. vel si non fructus causa, at delectationis tamen. Cf. ad Catil. III. c. 5. in.

I, 61. in. „Illud vero fuit horribile, quod mehercule vereor, ne maiorem vim ad deterrendum habuerit, quam ad cohortandum. Voluisti enim“ etc. Graeca orationis conformatio, pro „Illud vero fuit horribile, quod voluisti.“ Similiter enim usurpatur de nat. deor. II, 9, 24. Off. II, 16, 56. Cat. m. 18, 65. nam infr. II, 31. pro l. Man. §. 19. Vid. Gramm. gr. §. 613. V.

I, 62, 261. „Binae contentiones vocis et remissiones“ sunt δύο ἄρσεις καὶ θέσεις. Vid. Ernesti lex. technol.

II, 1, 2. „qui cum Antonio in Ciliciam profectus una decesserat,“ itaque continuo eum comitatus erat,

ut optime de eius studio iudicare posset. Ita nihil inepti in h. l. video.

II, 2, 5. scienter, e praeceptis artis, perite, accommodate ad experientiam, ut II, 19, 81.

II, 4, 18. „Omnium autem ineptiarum, quae sunt innumerabiles, haud scio an nulla sit maior“ etc. Sic Ernest. edidit e libro E. Recte, ut mihi quidem videtur. Sed, quum nuper exstiterint, qui alteram etiam formulam, „nescio an ulla“ defenderent, quid de hac quaestione mihi iudicandum videatur, paulo accuratius exponere conabor. Et primum quidem nescio vel haud scio an non dubitationem, sed modestam affirmationem habere, dubitari amplius non potest post ea, quae Duker. ad Flor. III, 12. Drakenborch. ad Liv. XXXVII, 54. disputarunt. Hoc posito et concesso, mirum esset, si Latini contraria etiam formula, „nescio an ulla“ eodem vel certe non multum diverso sensu usi essent. Ita vero an unquam locuti sint veteres, e Codd. certe confici non potest; in quibus quis non videt, ex „nescio an nullus,“ altera *n* omissa, facillimo errore fieri potuisse „nescio an ullus?“ Accedit, quod multis locis codd. a se discrepant, aliis nescio an nullus, aliis n. an ullus habentibus; qua discrepantia res per se incerta magis etiam incerta redditur. Itaque paucissima loca restant, in quibus omnes Codd. adhuc collati (nam Ciceronis quidem codices vel nondum omnes, qui exstant, vel non ea, qua par erat, diligentia excussi sunt) in hac formula ullus habeant. Quod si „nescio an ullus“ dixissent Latini, haud dubie „nescio an quisquam“ etiam saepius legeretur. Et narrat quidem Beierus ad Cic. de offic. T. 1. p. 338. circumspecte cavere Hermannum, ne in negativa sententia statim corrigatur nullus etc. cum frequentetur nescio an quisquam. Sed neque ipse alio illud loco legi, neque ex alio loco a quoquam annotatum reperi, nisi Ciceronis Lael. 6, 1. „qua quidem haud scio an, excepta sapientia, quidquam melius homini sit a diis immortalibus datum.“ Iam hoc ipsum per se non satis firmum argumentum est, quod ex uno tantum loco petitur, magis vero etiam illud infirmatur, si illo loco Codd. variant. In Laelii autem loco Mss. Erfurt. et Goth. habent, „qua quidem haud scio an, excepta sapientia, *nihil* melius homini sit a diis immortalibus datum,“ sine „quidquam,“ unde Ern. suam lectionem concinnavit, „nihil quidquam melius.“ Nondum dico, veram Ernestii correctionem esse; hoc tan-

tum dico, eo loco nihil probari, quum eius incerta sit lectio. Si vero in ponderandis variis lectionibus recte praecipitur, ut quaeratur, ex duabus lectionibus utram verisimilius sit a librario profectam esse, ut certe recte praecipitur; vix cuiquam dubium esse puto, utram lectionem a librarii errore repetat. Vis formulae „haud scio an nihil melius homini sit datum" etiam a Mureto ignorabatur; quanto magis verisimile est eam librario ignotam fuisse, et quum scriptum esset „nihil quidquam," omissum ab eo nihil, quod non concoqueret! Neque vero nunc, in tanta rei criticae luce, quemquam esse puto, qui Codices numeret, non lectiones per se aestimet, et, quum in uno vel duobus codd. lectionem invenerit, latinae consuetudini accommodatissimam, in decem vero aliam minus accommodatam, hanc praeferendam indicet, alteram repudiandam, quia in uno tantum vel duobus libris reperiatur. Itaque nec Ernestius nec Gernhardus erravit in Cicer. Cat. m. 16, 56. quum e tribus codd. receperunt „haud scio an nulla beatior esse possit." Quum igitur altera formula „haud scio an nemo, nullus, numquam" ita certa sit, ut de ea dubitari non queat, altera autem „haud scio an ullus" de incerta, quippe in qua Codd. plerumque inter se dissideant, atque adeo maxime suspecta, quum formula ei respondens „haud scio an quisquam" non nisi uno loco, eoque ipso in Codd. varie scripto, inveniatur, equidem priorem unice veram et genuinam habeo, et ubique restituendam, imprimis ubi in libris scriptis offertur. Utrum vero intersit aliquid inter „haud scio, an nullus," et „haud scio an ullus," tunc demum quaerere convenit, quum utraque locutio idoneis argumentis probata erit; quamdiu altera dubiae auctoritatis est, inanis est illa quaestio; multo minus ex eo, quod discrimen aliquod excogitari possit, colligi poterit, utramque veram esse.

II, 6, 23. „it — gestiunt ac volitare cupiunt." Vid. Gernhard. ad Offic. III, 10, 45.

II, 9, 38. „tamen hoc artius nihil esse potest, quam" etc. Cf. I, 37, 169. infr. 74, 302. Fin. I, 6, 19. Nat. d. I, 15.

II, 13, 54. Coniecturam Iacobsii „varietate colorum" recepit Schütz. pro „varietate locorum." At quum color sit orationis genus (vid. Ern. lex. technol.) „varietate colorum" esset vario orationis vel dicendi genere. De dicendi autem genere in proximis demum „neque verborum collocatione" etc. sermo est, ut hic de materia,

quam vocant, historici operis loqui videatur, ut infra §. 63. 64. Locos intelligo argumenta, quae nos obiecta dicimus; quae quam varia sint in historia, monstrat Dionys. Hal. ep. ad Pomp. p. 783 sq. ed. Reisk. ubi Theopompi τὸ πολύμορφον τῆς γραφῆς laudat: καὶ γὰρ καὶ ἐθνῶν εἴρηκεν οἰκισμοὺς, καὶ πόλεων κτίσεις ἐπελήλυθε, βασιλέων τε βίους καὶ τρόπων ἰδιώματα δεδήλωκε, καὶ εἴ τι θαυμαστὸν ἢ παράδοξον ἑκάστη γῆ καὶ θάλασσα φέρει, συμπεριείληφεν ἐν τῇ πραγματείᾳ. Cf. infra §. 63.

II, 16, 68. splendide explico eleganter. Vid. Ernesti lex. techn. s. v.

II, 17, 71. Deduxisti enim. Leg. Diduxisti.

II, 22. in. Quum duo distinguat Cicero verbis primum — tum, post tum, qualis non esse debeat imitatio demonstrat, in priore post primum, qualis esse debeat; quod absurdum est: nam utrumque eodem loco post tum coniungi oportebat. Suspicari itaque possis, verba „ut quae maxime excellant — persequatur" ponenda esse post „atque ita exprimat," verbis „atque ita" priore loco deletis; sed obstat quod eadem plane verba §. 92 recurrunt, quamvis non ita verborum inops sit Cicero, ut bis eadem iisdem verbis dicat. Itaque verba „atque ita ut — persequatur" e. §. 92 huc transcripta esse videntur ab aliquo, qui aegre ferret hoc loco tantum, qualis non esse deberet imitatio, demonstratum esse. Sic itaque locus constituendus videtur: „Ergo hoc sit primum in praeceptis meis, ut demonstremus, quem imitetur; tum accedat exercitatio, qua illum, quem ante delegerit, imitando effingat atque ita exprimat, non ut multos imitatores saepe cognovi" etc. Orationem autem ita instituit Cicero, ut post „non ut multos im. saepe cogn." pergere voluisse videatur, „sed ut, quem probavit, in eo — persequatur." Post priorem partem subiungit ea, quibus probet, quae dixit; tum ab hac degressione redit §. 92 verbis „Qui autem ita faciet" etc.

II, 30, 132. „sed illa quaerenda." Vid. ad or. pro l. Manil. 6. 34.

II, 31, 158. In vulgata lectione respondent sibi haec membra, „et omne quod eloquimur — — — et ad extremum" — — Priori, tamquam generi partes, subiecta sunt haec: „et si simpliciter dictum sit — — et si coniuncte sit elatum."

II, 45, 189. Vereor, ne aliquid post pertimescat additum sit a librario, qui pertimescat absolute dictum non concoqueret; Vid. ad Catil. II, 1.

II, 46, 193. Ernesti recte uncis inclusit, Schützius delevit. Non video idoneam causam. Si locum Pacuvii, affectus plenissimum, „sine dolore" i. e. sine doloris significatione, lente et remisse, egisset histrio, haud dubie vituperatus esset; itaque sine dolore agere illa quidem poterat, sed non recte.

II, 53, 216. Scribendum puto: „contrariis com„motionibus inserenda sunt", i. e. cum contrariis commotionibus ita miscenda, ut ex altera in alteram aliquid influat. Vid. §. 212.

II, 77, 312. Ad verba „si habet eam causa digni„tatem et copiam" facile suppleri potest, „ut id omni„bus locis fieri possit", nec necesse est pro „recte id „fieri potest" scribere „ut recte id fieri possit". In seqq. verba „ad agendum" (haec melior lectio videtur) referuntur ad dignitatem causae, qua fit, ut graviter illa agatur, ornandum ad copiam.

III, 2, 6. Si hominem desideratissimum post eius mortem in curia quasi exspectabat Cicero, non, puto, ut forma corporis contemplanda delectaretur, sed ut eloquentia eius, haud dubie vocem etiam eius, si non cycneam, at vocem tamen simul et praecipue exspectabat, ut ex eius voce et eloquentia fructum caperet. Itaque non opus cum Schützio scribere quem pro quam.

Ib. 7. Cf. Ruhnken. ad Vellei. p. 127.

Ib. 8. „ii remp. casus secuti sunt". Ernesti legere malebat „in re publ." Sed vid. Tusc. II, 12, 28. Div. II, 29. Sequentia fortasse ob oculos habuit Tacit. Agric. c. 44. extr.

III. 6. in. „Sed si haec maior esse ratio videtur „— — est etiam illa Platonis vera — vox" non apte inter se cohaerent, nec debebat si, repetitum e §. 22. inferri. Locus Platonis est T. IX. p. 274. Bib.

III, 6, 22. „humi strati", i. e. humilia et vulgaria tantum animo complectentes.

III, 14 verba „quam te inviti audiamus" addita esse videntur ad explicandum sensum verborum. „quam „alias res agamus. Statim enim recurrit audiamus. Item §. 43. verba „id est quod dico ornate" glossema sapiunt.

III, 17, 63. „Non enim repelletur inde, quo ag„gredi cupiet". Exspectabam „quo aggredi non cupiet": quo simul causa indicatur, cur nulla ei iniuria fiat. Non cupit autem ad rempublicam tractandam aggredi; igitur nec repelletur inde.

III, 18, 65. latrones eiiciendem esse, sequentia declarant, in quibus „sanus, civis, liber" respondent verbis „insanus, hostis, servis"; latronibus nihil est quod respondeat.

III, 19, 72. „dissociati a Socrate diserti a doctis" etc. Graeca est constructio, χωρισθέντες οἱ ῥήτορες ἀπὸ τῶν φιλοσόφων, οἱ μὲν φιλόσοφοι — — οἱ δὲ ῥήτορες pro χωρισθέντων δὲ τῶν φιλοσόφων.

III, 28, 110. „surculo defringendo". Veriorem Talaeo explicationem habet Ernesti in clavi v. defringere. Opponuntur autem inter se recuperare et usurpare.

Scr. Altenburgi. *Aug. Matthiae.*

LXVIII.

Kritische Anmerkungen zu *Curtius'* Geschichte Alexander's des Grofsen. Von *F. H. Bothe.*

[S. Miscell. St. 3. S. 547.]

8. Buch 1. Kap. Dahae mille oppressi sunt, quorum clade totius regionis finita defectio est. *Clade* ist zu wenig, steht auch im Vorhergehenden. Man lese *caede.* Diese tausend Mann wurden alle niedergehauen.

Suo pectore tergum illius esse defensum; nunc, postquam tanti meriti praeteriit tempus, etiam memoriam invisam esse proclamat. Die indirekte Rede heischt *praeterierit.*

8. B. 3. K. Caputque eius abscissum cruore respersa servo suo conscio facinoris tradit. Eodem comitante, sicut erat, cruenta veste in Macedonum castra pervenit. Welch ein Plauderer wäre Curtius, wenn er so geschrieben hätte! Die Worte cruore respersa sind Glossem; nicht nur weil cruenta veste folgt, sondern hauptsächlich deſshalb, weil wenig daran liegt, ob der Vertraute ihr blutiges Gewand sahe, u. hingegen ihr Forteilen in Alexander's Lager, ohne sich einmal umzukleiden, etwas Bemerkenswürdiges ist.

8. B. 4. K. *Ecquid intelligis, — quanto meliore sorte quam Persae sub rege vivatis? Illis enim sella regis consedisse capitale foret; tibi saluti fuit.* Die Worte *sub rege* sind unnütz, u. daher verdächtig.

Non pudet patriae; nec desidero, ad quem modum rex mihi colendus sit, discere. Quos equidem victores esse confiteor, si ab illis leges, quis vivamus, accipimus. Das

schwankende *Quos* hat Konjekturen hervorgelockt. *Acidalius* will *a Persis discere*; Freinsheim *a victis discere*. Allein solche Einschiebsel haben geringe Wahrscheinlichkeit. Wir vermuthen — *colendus sit, discere, qui hos quidem victores esse confiteor* etc. *hos*, die mitschmausenden Perser, auf die er bei diesen Worten deutet. Die Stufenfolge der Verderbung scheint *quihos, quios, quos*.

8. B. 6. K. Nec sperare poterant in illud tempus omnibus duraturam fidem. Warum nicht 8 Tage lang, da sie schon 32 Tage geschwiegen hatten? Ein höchst verdächtiger Satz.

Adeo pertinax spes est, quam humanae mentes, quam ingentes concupiscentiae devoverunt. Man lese nach guten Handschriften: quam humanae mentes devoraverunt.

Quid speramus ex te etc. Richtiger *speremus*.

De cetero parca, quorum orbam senectutem suppliciis ne oneraveris. Wir schreiben: *parce* (his, parentibus coniuratorum), *quorum orb. sen. nec* (ne quidem) *suppl. oneraveris* (onerare potes.) „Schone ihrer, deren Schmerz der Kinderlosigkeit du nicht einmal durch Todesstrafen vermehren kannst.“

8. B. 8. K. *Adsuetis nihil vilius hac videre materia.* Alle Bücher haben videri, u. nur dieses paſst. Der historische Infinitiv.

8. B. 9. K. vielleicht: — ad Orientem; utque rubro mari *accipiatur* (für accipitur), findens ripas, multas arbores cum magna soli parte exsorbet.

Multis praeter hos amnibus tota regio dividitur, sed ignobilibus, quia non adeo interfluunt. Nic. Heinsius: quia non adeo late fluunt. Vielleicht: quia non alio interfluunt, dieſs für das simplex fluunt genommen, oder praeterfluunt, die Pfälzische Lesart, adoptirt. Flüsse, die Eines Landes Gränze nicht überschreiten, sind meist unberühmt.

Separatum a reginae ordine agmen est. Pellicum ordo ist verständlich, aber nicht reginae ordo. Wahrscheinlich rührt ordine von einem Glossator her, der nicht bedachte, daſs agmine bei reginae zu verstehen ist.

8. B. 10. K. Caesis quippe silvis flammam excitaverunt, quae igni alita oppidanorum sepulchra comprehendit. Ohne Zweifel ist das abgeschmackte igni ein Glossem, u. mit Voss. 2. alta zu lesen, welches Snakenburg recht erklärt.

Lauri baccaeque, d. h. Lauri et alius generis baccarum, wie man sagt Pindarus et Lyrici. Wir ändern nichts, sondern dulden diesen dichterischen Singular anstatt des Plurals in einem rhetorisirenden Schriftsteller.

oppressique, et qui exspectaverant hostem. Nicht wenig Handschriften haben oppr. urbi non e. h. Daher *Bongars: ubi non e. h.*, richtig, wie es uns scheint.

Bald darauf schreiben und unterpungiren wir so: Lateri vinculum lapides, quos interposuere, ut duriori materiae fragilis incumberet; simulque, terra humore diluta ne tamen universa consideret, impositae erant trabes validae, quibus iniecta tabulata muros et tegebant, *nec* pervios fecerant. Das gewöhnliche sunt hinter lapides paſst nicht zu den folgenden Imperfectis u. Praeteritis. Dann mit Andern: — percussit. Forte etc., ohne Tum. Kurz vorher, nach der Mediceischen Handschrift, *Bongars* u. *Freinsh. murus urbis* (für urbem) complectitur.

alii magnarum arborum stipites cumulis ac moles saxorum in cavernas deiiciebant. Mehrere stieſsen bei cumulis an. Vielleicht ist dafür cumulos zu schreiben, u. stipites Glossem.

8. B. 11. K. lesen wir mit *Scheffer* u. *Freinsh.*: circumitu, qui falleret (nicht fallerent) hostem.

8. B. 13. K. am Schlusse hat wol Scheffer Recht, iussi für iussit zu schreiben. Wie Andere anders wo, so haben auch wir neulich in dem Heidelberger Plautus decurtatus oft dieses falsch angehängte *t* bemerkt.

8. B. 14. K. Pauci tamen hostium tenus exacti penetravere ad Forum etc. Wieder ein locus quasi conclamatus. Offenbar ist tenus verderbt. Wir schreiben P. t. hostium *interius* exacti etc. Auch hier ward in- von dem vorhergehenden m verdunkelt. Wie ähnlich aber — terius u. tenus sind, besonders in Handschriften, wo das i keinen Strich hat, weiſs jeder Paläograph. Minder wahrscheinlich wäre ulterius. — Bald darauf mit Voss. 2. e t tympana, u. besser invehemini für invehimini mit *Nik. Heinsius*, da urgebitis folgt.

Weiterhin quippe longae et praegraves, nisi prius in terra statuerint arcum, haud satis apte et commode imponuntur; nicht statuerent, was solök ist, u. imponunt. Imponuntur haben Handschriften, u. es ist bekannt, wie oft die Abbreviatur dieses End- ur verwischt oder übersehen ward. — Einige Sätze weiter

fehlt unstreitig et vor obvius hosti: denn ein Anakoluthon ist nicht dieses Ortes.

donec rector belluae regem conspexit. Das Wort bellua ist hier zu häufig, u. bei rector leicht hinzuzudenken; daher wir es an dieser Stelle als Erklärung streichen.

Gegen den Schluſs, wegen der gleichen Klauseln felicitas esset u. precatus esset, besser felicitas sit oder sit felicitas; dann mit *Nik. Heinsius* honore *rex* excipere dignatus est, oder wohlklingender honore excipere rex dign. est.

9. B. 1. K. *non suas tantum domos repleturum* Voss. 1. *repletum ire*, für *repl. iri.* Diese Verbalformen findet man oft verwechselt.

in iisdem montibus erant. Besser wol mit *Freinsh. errant.* Ohne Zweifel aber nachher mit Nik. Heinsius. Hinc porro amne (für *H. Poro amneque*) superato. Amne boten 2 Handschriften. Weiterhin wieder mit *Freinsh.*: — occurrerunt; tela aliis hastae, aliis secures erant; — fodere coeperunt. Rex vincula etc.

9 B. 2 K. *necatisque pueris hunc, qui nunc regnat, generasse.* Nik. Heinsius — namque est mihi saepe vocandus ad partes — *regnet.* Regnat ist Solöcismus. Bald darauf: *magis paternae* fortunae quam suae memoria, für memorem, d. h. propter memoriam. Die, häufig abbreviirten Endsylben der Wörter pflegen von den Abschreibern verkannt zu werden.

Weiterhin scheint der Zusammenhang dieſs zu fordern: — videri sinebat; *etsi* (nicht et) interdum dubitabat etc.

pervenimus ad solis ortum. Man schreibe perveniemus, u. vergleiche den Schluſs der Rede des Cönus im folgenden Kapitel.

Sinnlos heiſst es in der Folge: *Cetera vobis imperavi; hoc unum debiturus sum.* Des Curtius Hand ist *impetravi;* ein neues Beispiel der oftmaligen Verwechselung dieser Verba. „Beute u. ähnliche Vortheile des Kriegs hat Alexander für seine Soldaten, nicht eigentlich für sich selbst, erworben; aber den Ruhm, bis ans Ende des Erdkreises durchgedrungen zu seyn, wird er ihnen schuldig seyn, wenn sie ihm folgen.“ Er redet öfter so, z. B. Kap. 6. (*Ceterum non eadem* etc.), 10. B 2. K. u. a. a. O.

9. B. 3. K. *Vestem Persicam induimus. Nik. Heins.: induimur.* Bald nachher: *Iube quaeri, quam multos servi ipsorum persecuti sint* (nicht sunt); *quid cuique supersit*

ex praeda. Dergleichen zu bessern bedarf es keiner Handschriften.

9. B. 4. K. lesen wir (das beibehaltene ipse ausgenommen) mit *Acidalius*: *Hi de exercitu Herculis maiores suos esse memorant; aegros relictos cepisse sedem, quam ipsi obtineant.*

XLI peditum millia alia gens in ripa fluminum opposuerat; quam amne superato in fugam compulit. Wenn von *Flüssen* die Rede ist, warum nicht ripis? Aber es folgt amne: also ist fluminum falsch. Sollen wir es etwa in fluminis verändern? Nein, es ist mißverstandenes Glossem.

Sed ministeria eorum hinc metu, hinc praerapida celeritate fluminum occupantur. Besser occupabantur, da die ganze Erzählung hier durch Imperfecta u. Perfecta fortschreitet.

Am Schlusse mit *Nik. Heinsius*: Nam dum pro se quisque certant (für certat) evadere, oneravere scalas.

9. B. 5. K. sed ipse, scilicet gloriae suae non refragatus etc. Richtig *Scheffer* refragaturus.

9. B. 6. K. *qui tamen magnitudinem novit?* Besser *norit* mit *Acidal.* u. *Freinsh.*

9. B. 7. K. quae quasi negligentius adservata erat. *Acidal.*: quae casu n. a. e.

decoro habitu; lineae vestes intextae auro etc. Sand ohne Kalk, wie Jener sagte. Warum nicht, da dieſs Alles Ein Begriff ist: decoro habitu lineae vestis etc. Die Buchstaben e u. i werden oft verwechselt.

aereum clypeum, hastam, quam sarissam vocant, laeva tenens. Besser *et* hastam, u. ebenso K. 9. zu Anfange: *et* flumini ignoto etc.

hi, dum remos aptari prohibebant. Vermuthlich hi d. r. aptare prohibebantur (durch den zu heftigen Andrang des Flusses).

aliae navium inconsulte ruentes non receperant. Offenbar ist non miſsverstandenes Glossem.

9. B. 10. K. Interim et urbes plerasque condidit. *Freinsh.* u. *le Tellier* urbes portusque. Wir stimmen bei.

Omnium rerum sola fertilis regis est. Vielleicht ist das *Sebisius* soli richtiger, wiewohl sola sich erklären läst.

Igitur, — aemulatus patris Liberi non gloriam solum, quam ex illis gentibus deportaverat, sed etiam famam — statuit imitari. *Scheffer* will *sed etiam insaniam.* Wie viel näher lag sed etiam infamiam! Man

vergleiche das Folgende bis zum Ende des Buchs, und die Richtigkeit dieser Änderung muſs sich ergeben.

10. B. 1. K., gleich vorn, unterscheide man so: — regis acciderant. Quinque millia peditum cum equitibus mille, sed et accusatores, eos e provincia, cui praefuerant, sequebantur. Die falsche Interpunktion — acciderant; quinque mille. — Sed et etc. betrog den guten Cellarius, daſs er meinte, cum his erant oder dem ähnliches sey hinter quinque millia ausgefallen.

virginesque et principes feminarum, stupra perpessae, corporum ludibria deflebant. Fort mit dem Glossem stupra perpessae!

truci cantu deterritas sequi classem: cum magno aequoris strepitu etc. Wieder falsch interpungirt. Das Kolon hinter classem muſs fort; deterritas sequi steht für deterritas, ne sequantur. Besser auch subire (für subisse) aquas.

septiremes omnes esse, deducique Babylonem. Nik. Heins. tilgt esse, u. mit vollem Recht.

Gegen das Ende des Kapitels: hostibus victis regna reduxerat. Die Bücher geben regnare duxerat, regnare dixerat; die Amsterdamer regna reddiderat, welchen Strohhalm *Freinsheim* in der Noth ergriff. *Nik. Heinsius* kam der rechten Spur näher, indem er vermuthete regna adauxerat. Man schreibe hostibus victis regnare auxerat, d. h. regnum oder regna auxerat, wie Verba öfters für Nomina stehn. Man vergl. Viger, Vechner, Plautus Curc. 28. (Ita tuom conferto *amare*, Virgil. Än. 7, 429 ff.) Die Buchstaben a u. d sind, wegen ihrer Ähnlichkeit, nicht selten verwechselt worden.

10. B. 2. K. *et trucidatum a quodam viatore.* Vermuthlich *a quodam convictore.* Einen seiner Freunde nennt Diodor den Thimbrom B. 17, 108. Die Bücher haben auctore, victore, viatore. Con — ging leicht verloren.

colluvionem hominum, quia aegere ferebant etc. In vielen Handschriften steht colluv. ordinem hominum. Vielleicht coll. ordinum omnium quia a. E.

Gegen das Ende zu: quibus hoc solum ex tantis opibus superest, quod impenditur. Wahrscheinlich: — superest, quo impediuntur.

10. B. 3. K.: Ergo ipse Oxathris Persae filiam mecum in matrimonio iunxi. Schwerlich Latein. Die zweite Voss. Handschrift hat in nicht, das vermuthlich aus dem vorhergehenden m entstand.

10. B. 5. K. clementia in devictos; tot regna aut reddita, quibus ea demserat bello, aut dono data etc. Es werden hier Geistes- u. Gemüthsgaben aufgezählt, unter welche die regna reddita aut dono data nicht gehören. Wahrscheinlich also: tot regnis aut redditis, — aut dono datis. Blofs zu schreiben dementiâ in devictos tot regna etc. reicht schwerlich hin.

gloriae laudisque ut iusto maior cupido, ita ut iuveni et in tantis admittenda rebus. Besser ita et iuveni etc.

iam pietas erga parentes, —; iam in omnes fere amicos benignitas etc. Das zweite iam ist in dieser Verbindung ungewöhnlich und von keiner Wirkung. Wir vermuthen daher tum in omnes etc. Cum, iam, tam, tum sind oft unter einander vertauscht worden.

10. B. 6. K. *Roxanes vel Barsinae filius, cuius nomen quoque Europam dicere pigebit.* Wir stimmen dem Nik. Heinsius bei, der dicere in discere verwandelt.

Cur Persas vicerimus, ut stirpi eorum serviamus? Freinsh.: vicimus. Man schreibe: — vicimus? Ut — serviamus?

Nec dii siverint, inquit etc. Nik. Heins. schreibt Ne dii sirint. Ne ist wenigstens gewifs richtig.

quem vos dubitatis paratum esse vel subdere. Wie hat er Gewifsheit über diesen Zweifel des Heers? Man setze ein Fragzeichen hinter subdere, mit *Scheffer.*

10. B. 7. K. *Nunc vel maxime miserabilem esse Alexandrum, qui tam bonorum civium militumque fructu et praesentia fraudatus esset.* Verschiedene Handschriften haben fructum. Wahrscheinlich also: fructu in praesentia f. e. Bald nachher mit Andern intensa probra.

modo stirpem Philippi, et filium, ac fratrem regum duorum sibimetipsis potissimum crederent. Die Worte *et filium ac fratrem* scheinen Glossem.

10. B. 8. K. secretas cogitationes intra se quisque volventes. So *Acidal.* u. Andere. Gewöhnlich unrecht: intra se quoque volv.

Ubi ille esset, cuius imperium, cuius auspicium secuti erant, requirebant. Secuti essent verlangt Priscian.

10. B. 9. K. et cum pluribus corpus, quam capiebat, onerassent; cetera membra deficere coeperunt. *Cetera* membra? *Cetera* ist unverständiges Glossem.

Proinde iure meritoque populus Rom. salutem se principi suo debere profitetur, cui noctis, quam paene supremam habuimus, novum sidus illuxit. *Nik. Heins.*: qui nocti. Wir: qui noctis.

*

fo. B. 10. K. Et quidem suas quisque opes — tuebantur. Besser Equidem suas etc.

et a ceteris sui quisque imperii regione discreti. Wohl besser: suâ quisque imp. regione.

maioremque esse praefecti opibus, ac titulo Spartanae victoriae inflatum, omnia a se data asserentem sibi. Das periphrastische *asserentem sibi* fällt auf, besonders in diesem Geschichtschreiber, der selten oder nie so redet. Vielleicht *asserturum* oder *asserere.*

LXIX.

De *codicibus* Bibliothecae *Cracoviensis.*

Scripsit *Guil. Münnich*, Phil. Dr. Prof. P. O. in univers. studiorum Iagellonicae.

Pars I. De codicibus *iuris Romani* et *Magdeburgensis.*

Bibliotheca universitatis nostrae studiorum Iagellonicae quot quantisque gaudeat litterarum subsidiis nondum sedulo excussis nuper expositum a me est vel in historia litteraturae Polonicae, quae partem efficit XIII. universi operis ab *Eichhornio* editi (Geschichte der Polnischen Litteratur, Göttingen 1822) vel in censura libri a *Bandtkio* nostro de historia Bibliothecae Cracoviensis polonice scripti, quae ephemeridibus litterariis Gottingensibus (Gött. gel. Anz. St. 107. 1821) inserta reperitur. Nam praeter plurimos codices manuscriptos doctorum Polonorum v. c. *Cromeri* *) quibus res Patriae illustrare voluerunt, habemus *Meletii* opus de natura hominis Graece hucusque ineditum a. b. m. Hiacyntho Przybylscio κτῆμα olim Io. Broscii 1625 — 1655 iterum in Bibliothecam a. 1789 illatum cura Hermanni Schugt 1814 descriptum, quod Schneiderus Senior, dum adhuc vivebat, et Dav. Schulz edendum susceperunt. Variantes lectiones e primo libro *Livii* Dec. II. et e Codice *Flori* ex *Petrachae* apographo desumto transmissae sunt studio trium iuvenum Cracoviensium Cl. *Seebodio* Hildesiam. Sunt nobis praeterea plures editiones principes v. g. Plauti a. 1472, Ciceronis de natura Deorum a. 1470, Euclidis a. 1482 etc. Quum igitur e re litteraria esse videatur, ut haec subsidia orbi littarario

---

*) Excerpta passim dedimus in historia litteraturae Polonicae.

latius innotescant, de tribus codicibus iuris Romani et Magdeburgensis breviter disseram. Et ius quidem Romanum quantopere olim viguerit in Polonia, expositum nuper est a Celeberrimo *Ossolinscio* in libro; Wiadomosci historyczno-krytyczne do dzieiow literatury polskiéy, o pisarzach polskich etc. Tom. II. p. 325—371., cuius censuram dedimus in ephemeridibus litterariis Gottingensibus (Gött. gelehrt. Anz. 1822 St. 139.). Ipsos autem codices primus indicavit Bandtke in indice lectionum in universitate studiorum Iagellonica instituendarum. Tribus codicibus, qui ad Ius Romanum spectant, iisque membranaceis et splendidis e diligentia et industria Decessorum nostrorum gaudemus, quorum primus Institutiones Iustiniani continet. In compactura autem huius Codicis manu satis antiqua scriptum: *Liber Institutionum Iustiniani.* Asserculo verso: venalis pro 5 flor. at nunc pro duobus. Pretium hoc sane vile, quo ne membranae quidem comparari poterant. Ad id post inventam typographiam, ut videtur, possessorum aliquis sec. XV. adnotavit, quo tempore manuscripti Codices prae libris impressis iisdemque novis maxime vilescere coeperunt, donec iterum temporis successu in pretium redierint, ut hoc, quo nunc vivimus, aevo pretium non decuplum, sed centuplum i. e. 300 vel 200 aureorum imperialium s. Hollandicorum nimium esse non videretur iis, qui antiquorum humanitatis studiorum monumenta, ut par est, aestimare consueverint. Noster Institutionum Codex 100 foliis constat et una cum glossa scriptus est. Sub pretio, ni fallimus, extremis sec. XV. annis adnotato leguntur haec verba: *Liber Institutionum legatus pro libraria Theologorum maioris domus Artistarum ex libris olim magri. Iohannis de Oswianczyn sacre theologie professoris et Custodis in Eccl. S. Floriani. Oretur pro eo per utentes libro.* Hic autem M. Ioannes de *Oswiecim* sive ut olim scribebatur *Oswiencin* seu *Oswianczyn* (Auschwitz Germanice) verso in Latinum idioma nomine *Sacranus* dictus (*sacrare* Polon. ǿswienac) idem est sine dubio cum Ioanne Sacrano Oswiecimensi A. 1494. Rectore Academiae Cracoviensis, qui variis honoribus functus die 17. Nov. A. R. S. 1527. aetates LXXXIII. obiit, de cuius scriptis anno 1500, 1512, 1520 editis vid. *Ianocius* in Ianocianis Tom. II. Num. CXXIV. p. 235, 236. *Soltykowicz* in egregio opere: o Stanie akademic Krakowskiey i o publicznych a mianowicie uczonych pracach akademikow, Cracov. 1810. p. 129. Prodiit a.

1500. tribus partibus *Sacrani Elucidarius errorum Ritus Ruthenici* s. l. et a. Epitaphium eius legitur apud *Starowolscium* in Monumentis Sarmatarum p. 47., ubi tamen annus aetatis LXXXIII. in XXXIII, ut opinamur, errore typographi mutatus fuit, nam Ioannem Sacranum sive Oswiecimensem iam senem vivis excessisse, vel ex iis, quae *Matthias de Miechovia* libro IV. c. 81. sub a. 1503 adtulit, facili coniectura quilibet assequi poterit, qui quidem noster Ioannes Sacranus, nescimus, quo modo apud Niesiecium 1728 in Ioannem Sacrarium transformatus et ad stemma Winiawitarum reductus est. Sed de his alii videant. At Codex noster nitidus sec. XIV. vel ineunte sec. XV. Charactere Neogothico litteris minusculis cum paucis maiusculis sat pulchris scriptus, non caret variantibus lectonibus, quorum specimen e praefatione et Tit. I. afferendum esse hoc loco credidimus:

Heinecciana Ed. Corporis Iuris a. 1735.	*Codex noster.*
P. 1. v. 16. sed etiam	verum etiam.
20. et princeps Romanus etc.	et princeps romanus victor existat, non solum in hostilibus preliis, sed per legitimos tramites iniquitates expellat.
v. 23. triumphator (*magnificus*)	Uncis inclusa vocula: *Magnificus* deest in Codice nostro.
v. 26. et bellicos quidem sudores nostros barbariae gentes sub iuga nostra reductae cognoscunt	et bellicos quidem sudores nostros barbarice gentes deducte sub iuga nostra cognoscunt.
v. 28. inumerae provinciae . .	inumerose provincie.
v. 30. iterum ditioni Romanae	iterum iurisdictioni Romane.
Tit. I. *Institut.*	
Pag. 1. col. 1. de Iustitia et Iure. Iustitia est constans et perpetua voluntas	animi voluntas, sed τὸ *animi* cancellatum est, ut spurium.
col. 2. ita videntur posse . .	ita maxime videntur posse.
Pag. 2. oneraverimus	honoraverimus.
§. 4. huius studii	huiusmodi studii.
privatum, quod ad singulorum utilitatem	privatum, quod ad singulorum utilitatem pertinet.
Dicendum igitur de iure privato, quod tripartitum est . . .	Dicendum igitur de iure privato, quod tripartite collectum est.

In editione Gebauero-Spangenbergianae 1776. et in Nostro Institutionum Codice haec exstat textus diversitas:

Editio Gebauero-Spangenberg.	*Codex Noster.*
Prooemium.	
v. 3. cupidae legum iuventuti	cupidae legum iuventuti institutionum seu elementorum praemittit Prohemium.
§. 1. v. 5. iam a nobis promulgatis	tam a nobis promulgatis, quam compositis.
§. 2. v. 3. ad immensa veteris prudentiae volumina . . .	et ad immensa prudentiae Veteris volumina.
§. 3. v. 1. cumque hoc Deo propitio peractum est.	cumque Deo propitio hoc peractum est.
v. 2. et exquaestore Teophilo.	exquestor Teofilo.
v. 8. rerum argumentis componerent institutiones	argumentis rerum component.
v. 9. discere, ...	dicere.
v. 11. animae vestrae	animi vestri.
v. 12. nil inutile, nihilque perperam positum	nihil perperam positum, nil inutile.
Ut et initium Vobis et finis .	ut inicium vobis et finis.
§. 4, v. 4. necnon ceteros . .	nec non et ceteros.
§. 5. v. 2. obtulerunt	optulerint.
v. 6. et plenissimum nostrarum constitutionum robur . . .	et plenissimum nostrarum institutionum robur.
	Corrector τὸ institutionum in τὸ constitutionum mutavit.
§. 7. v. 2. sic eruditos . . .	sicut eruditos.
v. 3. opere perfecto	perfecto opere.

Libri 1. Tit. X.	Folio r. III.
v. 1. de nuptiis p. 10. . . .	de iustis nuptiis.
v. 2. coeunt	coheunt.
v. 4. dum tamen si	dum tam.
v. 7. in tantum, ut iussum parentis praecedere debeat . .	in tantum, ut iussua parentum precedere debeant.
v. 9. variabatur	variebatur.
v. 10. filiae furiosi, filium quoque	filie filium furiosi.
§. 1. v. 4. obtinent	optinent.
v. 7. nefarias	nepharias.
v. 8. et haec adeo ita sunt . .	Et haec adeo ita sunt, *sed Corrector adnotavit*: vera.
v. 10. parentium	parentum.
coeperint	ceperunt.
v. 11. possent	possunt.
§. 2. v. 3. est quaedam similis observatio	est quaedam observatio. *Alia manu*: similis.
v. 6. sed si qua	sed et si qua.

v. 9. sit dissoluta	dissoluta sit.
eam uxorem ducere	eam ducere in uxorem.
v. 12. filiam emancipare . .	f. e. suam.
§.3.v.3. quis uxorem ducere potest	deest: *uxorem*.
v. 4. quarto gradu	in quarto gradu.
§. 4. v. 2. vel fratris et sororis	vel fratris vel sororis.
§. 5. v. 2. Item nec Materteram	Item Materteram.
v. 3. materteram magnam . .	magnam materteram.
v. 2. abstinendum est	abstinere necesse est.
uxorem ducere non licet . .	d. u. n. l.
v. 4. filiae loco	loco filie.
quod ita scilicet accipi debet	qua scilicet ita accipi debent. *Sed Corrector ea ad vulgarem lectionem correxit.*
§. 6. v. 5. si fuit nurus aut privigna tua	si fuerit nurus aut privigna tua et modo non est.
v. 7. nam si adhuc nurus tua est id. e. si	nam si adhuc nurus est, i. (*id est*) si adhuc nupta est filio tuo.
v. 8. esse non potest	non esse potest.
§. 7. v. 5. quia duobus esse non potest	quia duobus nupta esse non potest.
v. 8. quia duas uxores habere non possis	quia duas uxores habere non licet.
§. 8. v. 3. vel contra	vel e contra.
licet habeant fratrem sororemve	l. h. fratrem sororemve communes. *Corrector cancellis inclusit* τὸ communes.
§. 9. v. 1. uxor tua	sed si uxor tua.
v. 2. Sed Iulianus	sed et Iulianus.
v. 4. abstineri	abstinere.
v. 5. esse	constat esse.
§. 10. v. 1. Illud certum est.	Illud tamen certum est.
v. 2. nuptiis esse	e. n.
si forte pater	s. p. f.
§. 12. v. 1. si adversus ea, quae diximus	sed si adversus ea, quae premisimus.
v. 3. ii	hii.
v. 8. spurii	filii spurii.
vel a Graeca voce quas: σποραδην	spuriados, i. e. sporade (*Litteris Latinis.*)
v. 9. ut dissoluto tali coitu .	ut et dissoluto t. c.
v. 10. qui autem prohibitas nuptias contrahunt	qui autem prohibitis nuptiis coheunt.
§. 13. v. 1. qui statim ut nati sunt	qui statim nati sunt. *Corrector addidit:* ut.
v. 3. redigantur in potestatem parentium	rediguntur in potestatem patris.
v. 6. qui a muliere libera procreatus	qui ex muliere libera procreatus est.
v. 9. quod si alii liberi	quod aliis liberis ex eodem matrimonio, si fuerint procreati, similiter etc.

Haec pauca sufficiunt ad cognoscendam huius Codicis nostri dignitatem. Alter Codex eadem fere scriptione, eiusdem aetatis, et eadem forma complectitur Digestum Vetus. In compactura haec verba: *Liber Thome de Strzampino Doctoris emptus Rome pro novem florenis Ung. 1450. 10. Maii.* Florenos Ungaricos tum non nisi aureos fuisse, non est quod moneamus, nam id cuilibet est notissimum. In folio primo autem eoque recto ante textum: *Iste Liber est meus Rob. de Adamariis Episcopi.* Fol. eodem verso: *Gloze Accursii.* In schedula antiqua: *Thome Episcopi Cracoviensis Digestum Vetus Iustiniani.* In fronte Codicis medio folio textus glossa circumdatus, ut vulgo, incipit: *Imperator Cesar Flavius Iustinianus* etc. In hoc Codice autem varietas lectionis aut nulla aut rarissima, nam omnia fere plerumque congruunt cum communi pandectarum exemplo. In fine fol. 274 eoque ultimo et recto: *Istud digestum est Martini de Corcaybus et de... Constitit ei ducentos solid. Iaccensium Ilerda et valebant tunc Iaccenses viginti et unum minus picta centesimum (cemu) denarium minus pro libra.* Quid Iaccenses sive Iachenses floreni ab Urbe Hispaniae Iacca apud Arragones et Catalaunos moneta solita sec. XIV fuerint, quid Picta, *Pite*, moneta Comitum Pictaviensium Gallice Pictavina, *Mailles Poitevins*, vel *Adelungius*. Tom. IV. Glossarii p. III. et Tom. V. p. 289 edocere potest. Nobis sufficiat commodum, qui huc facere videtur, e *Cangii* Glossario afferre locum Ed. Paris. S. Mauri 1735. Tom. III. p. 1279, ubi asseritur 12 Iachenses Solidos 14 Barchenonenses valuisse. Florenos auri de Florentia vero singulos pro 16 Solidis Barchinonensibus computatos fuisse a. 1316. Si forte igitur Codex noster Ilerdae comparatus sive Iaccensibus Solidis Ilerdae cusis emtus fuisset a. 1316, certe 235 1/3 Solidorum Baccinonensium pretium valuisset, quod cum 14 5/24 Florenorum aureorum summa sive totidem Aureis Hungaricis nostri aevi convenit. Sed ex hac subscriptione nihil ultra coniicere volumus, quam Codicem nostrum aut in Hispania aut in Gallia Hispaniae vicina scriptum fuisse, nam etiamsi pro magna illis temporibus vilitate annonae satis magnum scripturae pretium esse videretur merces 14 5/24 aureorum nummorum, tamen vel hoc pretio Codicem splendidum

scriptum fuisse vel tum vix crediderimus, nec libuerit quoque pro certo affirmare: Codicem hunc Nostrum iam a. 1316 scriptum fuisse, sed facile concedere maluerimus: illum aliquot decenniis esse recentiorem, quam ob causam in re tam incerta nihil certi statuere rati in hac potius sententia iudicium nostrum continere decrevimus, ut inde coniecturam faciamus: hunc Codicem sec. XIV. quam sec. XV. scriptum verosimilius esse. De *Thoma Strzempinio* autem olim Professore Cracoviensi, et in Basileensi Concilio Oratore egregio, postea Episcopo Cracoviensi a. 1460 pie demortuo videre videre licet *Dlugossi* Historias, *Rzepnicki* Vitas Praesulum Poloniae. Caeterum hoc quoque silentio praetereundum non esse fatemur, non raro deesse in hoc Codice omissa v. g. Rescripta Iustiniani duo, alterum de conceptione Digestorum a. 530, alterum de confirmatione a. 533, item voces in textu singulas et librorum laudatorum inscriptiones in singulis titulis, qui solo auctorum nomine eoque abbreviato et variis coloribus picto insigniti sunt.

Tertius Codex utroque Codice a nobis memorato splendidior, tam maiori volumine, quam litterarum grandiori forma insignior, atramento tamen viliori eoque fusco deterior foliis 311 exhibet Codicem Iustiniani. Unde et quomodo hic Codex in Bibliothecam nostram pervenerit, latet. In fronte legitur in textu glossa vulgari circumdato: *In nomine domini nostri Ihesu Christi incipit liber primus codicis domini Iustiniani sacratissimi principis semper augusti repetite prelectionis.* In fine folio 311 *explicit.* Variantes lectiones in hoc Codice rarissimae, sed negligentiae per scriptorem, ni fallimur commissae, et correctorum sive correctoris incuriae documenta satis frequentia v. g. *Phocas* legitur apud nos *Phores* et postpositus est *Basilidi* in recensione Auctorum codicis. Titulorum vero inscriptiones abbreviatae, non raro omissis, quae non omittenda erant, mutilae atque ideo, non obstante splendidiore forma, minorem, ni fallimur, huic codici, quam prioribus duobus, dignitatem vindicare videntur.

De tribus iuris Magdeburgensis in Bibliotheca Universitatis Litterariae Cracoviensis asservatis Codicibus manuscriptis pauca disserere, certe res scitu digna operae pretium factura esse videbitur iis, qui non dubitent, quin iurium antiquorum scientia non sit negligenda. Primus autem et praestantissimus Iuris in Polonia celeberrimi Codex anni, ut prae se fert, 1308,

est membranaceus dono Amplissimi Senatus, qui feliciter Reipublicae Cracoviensi praeest, benignissime dato in Bibliothecam Universitatis cum Bibliotheca Lopaciana a. 1817. illatus. Constat vero egregius ille Codex Latine et Germanice binis columnis scriptus chartis 309. in folio minori. Primum quidem folium desideratur et incipit index iuris municipalis Latino sermone folio nunc primo eoque recto alternis rubro et nigro coloribus ab articulo XI^mo.

XI. *Uxor ante viri oblitum. — Quo modo quis proprium suum possit conferre in hereditatem.*

Quae quidem indicis verba congruunt paginae 34. Cod. nostri.

Folio V^to verso sive pag 10:

Hic capitulantur iura feodalia et primo ponit magister prologum.

Folio VI. eoque verso 5. pag. 12. explicit index iuris feodalis his verbis: *haec sunt recompensationes animalium*, quae verba sunt bis repetita, excepta vocula τῷ animalium, quae in altera repetitione sola littera *a* indicata est. Sunt autem iuris municipalis articuli LXXI, feodalis XXXVIII.

Folio VIII. recto: *Incipiunt iura civilia Magdeburgensis civitatis que Magister Conradus scripsit Cracovie.*

Tum sequitur praefatio: Deus iudex iustus, qui cum acceperit tempus, iustitias iudicabit, sensus meos renovet senescentes, quatinus ad mandatum dilecti domini mei thome Wratislaviensis episcopi (Thomas II. Episcopus Wratislaviensis ab anno 1270. vel 1271. ad a. 1292. VII. idus Martii. *Somersberg* Scriptores Rer. Siles. 1, 62 et alibi) ius theutunicum competenter transferam in latinum, quo clarius elucescens iustus in iure suo protegat et iniustos debita pena puniens, quod suum est, unicuique tribuat. Inprimiis igitur, lectori prudencie supplico cum affectu, quicum in opere summa sit necessitas planis verbis et non obscuris causas et sententias, latinitatis simplicitatem mee non imputet ruditati. Si enim sententiis scabinorum colores rhetoricos inserere niterer, ad rhetorem contingeret, ex hoc dictas sententias permutari et causarum finem debitum non sortiri. Supplicat etiam huius iuris confictor eyco vir nobilis de repecu, quatenus si quid minus perfecte in causis aut sententiis in libro presenti reperiri con-

tingat, prudencia iudicum, et scabinorum legaliter suppleat et excuset. Non enim hoc ius saxonum invenisse vel statuisse se vindicat usurpando, commemorans illud ab imperatoribus constantino et karulo editum et statutum. Cum etiam mee sit intentionis sententiam unamquamque vel addendo vel diminuendo exponere, non miretur lector, si sententias cause quilibet opportunas in ipsis non inveniat ordinatas, cum non fuerit voluntas autoris ipsas causas annectere, sed potius indistractas locis plurimis annotare, ostendens per hoc solam sententiam, in causis multis fine debito terminandis locum optinere. Et quoniam auctor memoratus soli iuri theutunico innixus in ordine scribendi, distinguendi et sententias proferendi iuris canonici et civilis novis penitus pretermisit, mihi nemo imputet aut miretur, quod ejus vestigia subsequendo solum ius theutunicum secundum ritum et consuetudinem saxonum presentibus studeam apicibus enodare. Praefationem haec excipit textus fere idem, qui apud *Johannem Laskium* in Statutis Poloniae Latine editis apud *Joannem Hallerum* Cracoviae 1506 exstat (*Jo. Laski* libro II. Fol. 198) inverso tamen in multis titulorum seu articulorum ordine, et mutato in non pausis locis vocabulorum et verborum contextu. Quod facile apparebit tum e brevi articulorum aliquot commemoratione, v. g.

p. 16. Cod. N. *de linea consanguinitatis — de geneolia patris et matris — p. 17. de duobus germanis fratribus, qui duas sorore ducunt — p. 18. de filiis uxorati filii, quia partem accipiant in hereditate patris —*

tum e collatione textus Laskiani, v. g.

Codex noster. p. 18, 19.	*Laski fol. cc. recto.*
De sacerdotum et clericorum divisione cum sorore.	De saserdote et clerico duplicem in successione divisionem percipiente, scilicet suppellectilem cum sorore et hereditatem cum fratre.
In Saxonico sacerdotes et clerici eodem nomine nuncupantur, prout in sequentibus apparebit s. pape. *) His igitur et ille equam portionem recipiet cum	Sacerdos tollit equalem portionem cum sorore in suppel-

*) Sic, sed opinor, *scilicet paragraphis*, nan in altero Codice CC. III, 35. legitur *scilicet proprio.* Hinc et ex aliis mendis forsitan conieeturam facere licet, opus hoc non autographum, sed apographum aetate non longe posteriori evulgatum fuisse.

sorore in suppellectili matris et equam porcionem cum fratribus in proprio et in hereditate, sed non in feodo. Nullus debet clericus reputari, nisi sit literatus et ordinatus et clericali caractere insignitus, priusquam ad huius mortuarium fuerit devolutus.	lectilibus matris, etiam tollit equalem portionem cum fratribus in proprio et in hereditate: sed non in feodo. Nec aliquis potest pro clerico et sacerdote reputari: et computari: nisi doctus sit et consecratus ad gradum sacerdotis et cum forcipe signatus ad sacerdocium, antequam supellex per mortem devolvatur super ipsum.

Pag. 155. post dimidiam eamque dissectam pagellam paginae 154 iunctam, in qua articulus ultimus *de eo, qui se ipsum interficit* (*Jo. Laski statut. CCXLIV.*) legitur:

Hic incipiunt iura feodalia latino sermone: — Quoniam in prima parte huius libelli provinciale ius competenter transtuli in latinum, oportet me in hac parte secundum ius feodale convenienter persequi transferendo, ut iuris utriusque secundum et feodalis cognita veritate iudicium (*sic pro* iudicium) *iniquorum astucia reveletur, verasque sententias perventencium scabinorum iniquitas delegatur ac etiam iustos et pauperes deprimencium superborum audacia compescatur* etc. etc.

Praefationem autem hi excipiunt articuli: *de hys qui carent in iure feodali* p. 155. — *de duobus unum feodum repetentibus* p. 156. *de obsequio imperii* p. 157. *Si rex pergat Romam* p. 158 etc.

Tum vero sequitur Textus Germanicus Cracoviae, ut videtur, tum vulgari et a dialecto autographi Repkoviani longe absono, Pag. 232:

Hy beginnen landrechtis capitil meydeburszis rechtis alsus — Mich hat gescrieben eines Meystirs hant — Cunrat von Opulle (Oppeln) ist he genant — der Stat und den burgern zu Cracowe — Daz si got in syme riche schowe — In dem jare millesimo — Gotis unde tricesimo VIIIo — In Sante Jacobi festo — Wart ich allir vollenbracht — Als die Burger ihn hattin gedacht — Got der da ist begin und ende Maria und die vir und Zwerzic alden al Sun-

der missen enden. Helf uns Gerechtigkeit behaldin. Meyster Eyke von Repechov etc.

Post indicem articulorum LXXXVIII pag. 253. *Hi beginnt meydeburs recht zu dwtschen und sprichit der Meystr eyn Vorrede alsus: Ich zimmer so man sagit* etc. Vid. Textus Speculi Saxonici in vulgaribus editionibus Zobelii et aliorum.

Pag. 437. *hi beginnen lenrechtes capitel alsus.* — Pag. 445 post indicem articulorum XLVI p. 444 absolutum. — *hi beginnt lenrecht.* — Tandem pag. 555 med. columnâ prima: *hi beginnen Wichbildes recht capitil, da man Meideburc von erste besatzte.* Post indicem articulorum XXXI p. 642 absolutum pag. 543: *hi beginnt Wichbilderacht und spricht.* Quod ius municipale Germanice scriptum desinit ultimo folio pag. 615. Caeterum, ut Speculum Saxonicum cum caeteris congruit, ita passim ius municipale et feodale divergere videtur, quod notum est ex aliis codicibus alibi exaratis, nec quisquam ignorat: ius Magdeburgense municipale s. Weichbildicum ubique a plebiscitis pependisse ideoque commutatum non raro diverso textu incertum fuisse nec esse Codices verbotenus congruos, nisi si quando alter ex altero transsumtus fuerit.

Alter Codex Iuris Magdeburgensis CC. III. 32. est Codex mixtus e membranis et charta lintea compositus in Folio chartis 175. Germanice binis columnis scriptus, seculo forsitan XV, Folio I. recto s. p. 1: *Incipit capitulum primum libri de distinctionibus legum cum suis distinctionibus.*

Von der Syppe wo sich dy begynnyt adir Ende nimpt. Von ehelicher gebort. Index distinctionum desinit in libro VII *von getrewer hant, wy man dy haldin zal* ff. Ad explendum autem indicem hunc relicta sunt quatuor folia vacua. Tum p. 21: *Dys buch ist eyn buch der recht yn weichbilde zu zachzischer art, alsz ys Medburg gebrucht und dy von Halle dy ihr volbort do nemen* etc. Pag. 2: *Got hat czwe swert uf ertriche gelosin czu beschirmen di Cristenheit* etc.

Pag. 3. colore rubro articuli titulus: *wy no not ist, daz man dy zippe irkenne, wo ze begyne und ende habe und was wirdekeit und unwirdekeit dorynne bekumpt, Der mit der zippe ynne stet mit dem rechte und von genodin Bobstlicher wirdekeit, wy das hernoch geschrieben stet* etc.

In dem hawpte ist bescheiden Man und weip czu sten, dy do elich und redlich zint czu hawoe kommen.

Libri sexti finis p. 261 in membrana col. rubro: *Nu solle wir lernen, wy der richter nymont mag angesprochen mit vormonde noch gesecze machen one wilkwr des Lantvolkes.* Sequitur: *Der richter en mog nymant angesprechen, mit vormonde sunder den cleger czu kamphhart* etc. — Tandem: *Hy hot das buch eyn ende — Got uns seyn genode sende — Wir irkennen dy gerechtigkeit — Mit Fleis an disem buch* etc.

Atque col. med. 1. p. 265: *Hy hebt sich an das sibende Buch das bedewt extravagantes, dy recht seyn nicht in allen rechtbuchern beschriben, sunder sie seyn alus gelesin und merklich bewert.*

Hic septimus liber undecim tantum distinctiones continet.

Iam vel inde patet, codicem nostrum hunc mixtum esse ex Iure Municipali Saxonico Magdeburgensi et ex Iure Canonico.

Post 4 folia vacua p. 265: *Incipiunt sententie decrete per Scabinos Supremi Iuris Theutonici M. castri Crac.* von Gebauer, gerade und purger.

Ultima sententia p. 293 von anefal u. theilung. A pag. 265 ad 351 omnia folia sunt vacua.

Tertius Codex CC. III. 35. chartaceus fol. 222 chartis, inscriptus est in interiori compacturae asserculo: *Summa iuris dni Iacobi Canonici Plocensis data pro libraria collegii artistarum.*

Constat haec summa Iuris Canonici fol. 90. Tum a pag. 193 ad pag. 230 eadem iuris municipalis Magdeburgensis Latina compilatio, quam opera Conradi de Opole in Codice membranaceo exaratam habemus, omissis tamen rubricis et omnibus ornamentis, quae illum codicem decorant. A pag. 229 incipiunt propositiones iudicii et diffinitiones eorumdem: *von rechtin vormunde ob unmundige Schuld vordern und gelden moge und von Morgengabe.* Haec Germanica compilatio desinit pag. 310 et excipitur a duobus opusculis ab hoc iure alienis, scil. a pag. 313 ad 387 extant hic dubia sacerdotum, quorum index sic subscriptus p. 313: *Et sic finis registri huius per manus Georgii Rosinbog.* In fine

autem legitur pag. 587: Finis huius libri est feria IV. in vigilia corporis Christi hora quasi decima quinta. — A. pag. 389 ad 395 est homilia: Missus est Gabriel. Caetera folia sunt vacua. — Excerpta e variis codicibus MSS. Bibliothecae Cracoviensis passim dedi in dissertatione: Über die Krakauer Universität u. die wichtigsten Lehranstalten in Polen: quae inserta est libro: Kritische Bibliothek für das Schul- u. Unterrichtswesen.

LXX.

Lectiones Andocideae, auctore *Frid. Osann.*

Oratio de mysteriis, pag. 16. *ἀνωρθίαζον*. Vide an tanta sit Lexici a Bekkero Anecd. Gr. T. 1. p. 412. editi auctoritas, ut eo duce potius *ἀωρθρίαζον* restituatur. Leguntur ibi enim haec: *Ἀνωρθρίαζον: Ἀνδοκίδης ἀντὶ τοῦ ὄρθριοι βοῶντες.* Imago scilicet a gallo sumpta, qui, *ὄρνις ὀρθροβόης* (ita eum nuncupat Tyllius in Brunckii Anal. T. 2. p. 201. No. 1.), cantu matutino dormientes sermo intempestive excitat. Non reticebo tamen, apud Phavorinum p. 215, 7. ed. Basil., ubi eadem Lexici verba, laudato vitiose *Ἀνδροκίδης*, repetuntur, et *ἀνωρθίαζον* ab *ὄρθιοι* vulgari.

Oratio de mysteriis p. 27. *ἐμοὶ γὰρ, ὦ ἄνδρες, τῦδε τῦ ἀγῶνος τῦτ' ἔςι μέγιςον, σωθέντι μοι δοκεῖν κακὸν εἶναι.* Reiskium, quum *μὴ* pro *μοι* legendum censeret, corruptela loci haud latuit, emaculanda codicis Vratislaviensis *) ope, locum ita integritati suae restituentis: *μὴ σωθέντι μοι δοκεῖν κακῷ εἶναι.* Sequuntur: *εἶτα δὲ καὶ τὺς ἄλλους ἅπαντας μαθεῖν, ὅτι οὔτε μετὰ κακίας, ὔτε μετὰ ἀδικίας ὐδεμιᾶς τῶν γεγενημένων πέπρακται ὑπ' ἐμῦ ὐδὲν, ἀλλὰ διὰ συμφορὰν γεγενημένην, μάλιςα μὲν τῇ πολιτείᾳ τε καὶ ἡμῖν.* Reiskii coniectura *πολιτείᾳ, εἶτα δὲ καὶ ἡμῖν* ad genuinam me duxit scripturam; *μάλιςα μὲν τῇ πόλει, εἶτα δὲ καὶ ἡμῖν.* Apposite Aeschines orat. in Timarchum haud longe ab

*) Est hic idem eximiae notae codex, qui maximam oratorum Graecorum partem continens, Lycurgo restituendo a nobis adhibitus est: v. praef. Lycurgi p. XII. Accuratam huius libi notitiam Passovius primus dedit libro inscripto *Symbolae criticae in scriptores Graecos et Romanos e codicibus manuscriptis Vratislaviensibus depromptae* ad celebrandum diem natalem Frid. Guilielmi III., Borussorum regis. Vratislaviae 1820. 4to editae.

initio: ἔν τι τῶν αἰσχίςων ἡγησάμην εἶναι, μὴ βοηθῆσαι τῇ τε πόλει πάσῃ, καὶ τοῖς νόμοις, καὶ ὑ μ ῖ ν.

P. 41, 4. Quae post v. χρῆσθε Sluiterus *Lectionibus Andocideis* ex margine Aldinae inserenda protulit, tenet etiam codex Vratislaviensis.

Ibidem. κατὰ τοὺς ἄνω γεγραμμένους νόμους. Vidit Reiskius ἀναγεγραμμένους legendum esse. Demosthenes Or. in Timocrat. p. 713, 20. καὶ ὅσοι [νόμοι] ἐπ' Εὐκλείδε ἐτέθησαν, καὶ εἰσὶν ἀ ν α γ ε γ ρ α μ μ έ ν ο ι, κυρίους εἶναι. Proprie ἀναγράφεσθαι dicitur de decreto lapidi incidendo: v. titulos apud Chishull. Antiq. Asiat. p. 137. et Boeckhium *Staatshaushaltung der Athener*, T. 2. p. 205. In verbis statim sequentibus, ὅπου οὖν ἀγράφῳ νόμῳ ἐκ ἔξεςι χρήσασθαι, ἥπε ἂν ἀγράφῳ γε ψηφίσματι παντάπασιν οὐ δεῖ γε χρήσασθαι, fateor ἂν post ἥπου insititium mihi visum esse, donec Reisigius Coniectan. in Aristoph. I. p. 44. me docuit, δεῖ simul coniunctivum esse. Praeterea hoc loco notandum, licet eo minime haerendum, duplex γε, de quo v. Lobeck. ad Soph. Aiac. 534. p. 303. Erfurdt. ad Antig. 743. ed. min. Valckenar. ad Phoeniss. p. 283. Adde Soph. Oed. T. 1023. σοῦ γ', ὦ τέκνον, σωτήρ γε τῷ τότ' ἐν χρόνῳ.

P. 42, 18. τῶν δημοσίων. Quod inserendum δὲ censuerat Reiskius, bene suggerit codex Vratislaviensis.

Pag. 61. εἰ δ' ἐγὼ αὐτὸν ἀποφθέγξομαι καὶ γνώσονται Ἀθηναῖοι περὶ ἐμῦ τὰ δίκαια, καὶ ἐγὼ αὐτὸν οἴομαι περὶ τῦ σώματος τῦ ἑαυτῦ ἐν τῷ μέρει κινδυνεύσειν. Inconcinnam structuram reficies deleto καὶ ante ἐγώ, quod codex Vratisl. vere omittit.

Pag. 62, 12. καὶ ἐπειδὴ ἔτεκεν υἱὸν, ἔξαρνος ἦν μὲν εἶναι ἐξ αὐτοῦ τὸ παιδίον. Egregie codex Vratisl. μὴ pro μὲν, quod alienum hoc loco est. Demosthenes in Midiam p. 570. ἔξαρνος ἦν μὴ τεθεικέναι. Alienum pariter locum particula μὲν occupavit in Pollucis 4, 80 verbis perobscuris: δύο αὐλοὶ ἦσαν, συμφωνίαν μὲν ἀπελοῦντες. Lege enim μίαν pro otioso μὲν. Contra saepe negationes vel obscuratae, vel etiam perperam expulsae. Philostratus Heroic. p. 685. Olear. (p. 76. Boissonad.) ὁ δὲ ἐπιςὰς αὐτῷ, συγγινώσκεις με, ἔφη, γεωργέ; καὶ πῶς, εἶπεν, ὃν οὔπω εἶδον. Probabiliter reponas οὐ pro σύ, quo facile carebimus. Clemens Alex. libro *quis dives salvetur* inscripto p. 957. ed. Potter. Ἄν τις τό τε ἐπιῤῥέοντον τῦ πλέτυ καὶ χαλεποὶ εἰς ζωὴν διαφύγοι, καὶ δύναιτο τῶν αἰωνίων ἀγαθῶν ἐπαύρασθαι, εἴη δὲ τετυχηκὼς ἢ δι' ἄγνοιαν ἢ περίςασιν ἀκέσιον, μετὰ τὴν σφραγῖδα καὶ τὴν λύτρωσιν περιπετὴς τοῖς ἁμαρτήμασιν ἢ παραπτώμασιν, ὡς ὑπανηνέχθαι

τέλεον· ὅτος κατεψήφισαι παντάπασιν ὑπὸ τῦ Θεῦ. Post ὅτος negationem οὐ addendam esse sensus postulat, qui etiam magis verbis sequentibus perspicitur: eum enim dicit Clemens, postquam variis rerum terrestrium affectionibus tentatus, tandem poenitens in vitam sive veram viam se converterit, *non prorsus a Deo damnari, sed libenter in communionem bonorum recipi.*

Pag. 67. καὶ αὐτὸς οὐκ ἐζημιώθην, ἀλλὰ καὶ βραχέα ἀπεκερδαίνομεν οἱ μετασχόντες· τούτους δ' ἐποίησα τῶν ὑμετέρων μὴ διανείμασθαι ἓξ τάλαντα ἀργυρίου. Rotundior fit sententiarum nexus, si ex codice Vratisl. μὲν post βραχέα adieceris. Paucis abhinc versibus idem liber manuscriptus ἐναντία pro ἐναντίον, haud male.

Pag. 73. τίνα γὰρ καὶ ἀναβιβάσομαι δεησόμενον ὑπὲρ ἐμαυτοῦ; τὸν πατέρα; ἀλλὰ τέθνηκεν· τοὺς ἀδελφούς; ἀλλ' οὐκ εἰσίν· ἀλλὰ τοὺς παῖδας; ἀλλ' οὔπω γεγένηνται. Ingeniosam his verbis adhibuit coniecturam Wakefieldius ad Sophocl. Trach. 1148. ἀλλὰ ante παῖδας exsulare iubens: at speciosior quam verior videtur. Vulgata defenditur ex gemino Demosthenis loco, de corona p. 233. τί γὰρ καὶ βουλόμενοι μετεπέμπεσθ' ἂν αὐτοὺς ἐν τότῳ τῷ καιρῷ; ἐπὶ τὴν εἰρήνην; ἀλλ' ὑπῆρχεν ἅπασιν· ἀλλ' ἐπὶ τὸν πόλεμον; ἀλλ' αὐτοὶ περὶ εἰρήνης ἐβυλεύεσθε.

Oratio de reditu suo, p. 77. fin. εὐδαιμονέστεροι. Ne quid gravius dicam, ridiculum certe videtur dicere, Athenienses, si humane de Andocide cognoscerent, beatiores fore. Quantocius ex cod. Vratisl. εὐγνωμονέστεροι corrigendum. Cf. Demosth. Epist. p. 1486. Aeschines in Ctesiph. p. 560. In Lycurgo vocum εὐδαιμονία et ἡγεμονία similiter commutatarum mentionem fecimus p. 67.

Pag. 78. οὐ περὶ ἐμοῦ μόνον ὀῤῥωδεῖν, εἴ τι ἔδει παθεῖν, ἀλλὰ καὶ τὸν πατέρα οὐδὲν ἀδικοῦντα σὺν ἐμαυτῷ ἀποκτεῖναι. Praestat lectio cod. Vratisl. μόνου pro μόνον: v. Sturz. Lex. Xenoph. T. 3. p. 171. nos ad Lycurgum p. 126. Mox quod Reiskius coniecerat αὐτὸν μὲν, idem codex praebet, haud dubie recipiendum.

Pag. 79. ὅτε δὴ παραγενομένης μὲν τῆς πόλεως ἐπὶ ταύτας τὰς συμφοράς. Cod. Vratisl. προαγομένης. Utrumque probum. Antea lege ex eodem codice ἐπεφόβησθε, quod Reiskius iam divinaverat.

Pag. 83. ἀλλ' ὅμως καὶ ἐκ τῦ τῶν τοιούτων ὄντων ἀπαλλαγεὶς, οὐκέτι ἕτερον περὶ πλείονος ἐποιούμην, ἢ τὴν πόλιν ταύτην ἀγαθόν τι ἐργάσασθαι. Plenior et emendatior in cod. Vratisl. locus ita exhibetur: ἀλλ' — ἀπαλλαγεὶς, οὐκ

ἐςι ὅτι ἕτερον ἔργον περὶ πλείονος ἐποιούμην etc. Tralatitia est in libris MSS. particularum ἔτι et ἔςι commutatio, de qua post alios dixerunt intpp. ap Gregor. Cor. p. 95. Quae continuo sequuntur: Ὁρᾶν δὲ, ὦ Ἀθηναῖοι, ὅσῳ τὰ τοιαῦτα τῶν ὑπουργημάτων διαφέρει virorum doctorum acumina in cassum exercuerunt Addendum enim ex cod. Vratisl. χρὴ post ὁρᾶν δέ: similem medelam affecto Lycurgi oratoris loco p. 139. adhibui, quo δεῖ exciderat.

Pag. 97. νῦν δ' αὕτως ἐκ τῆς εἰρήνης οὐδέτερον τούτων ὑπάρχει, καὶ ὑφ' ἡμῶν ἀναγκαζόμενοι ταῦτ' ἀφίασιν. Reiskius divino fere acumine: „imo vero καὶ οὐχ ὑφ' ἡμῶν.“ Ita enim codex Vratisl., quo sensus loci restauratur.

Pag. 99. Ἀργείους δὲ ἀγαγόντες εἰς τὴν ποτε φιλίαν. Reiskius quum legi iuberet εἰς τὴν ἀπευκτὴν ποτε φιλίαν, debuisset saltim ἀπευκτὸν proponere: at vereor, ut ne hoc quidem ulli arrideat. Vix dubito equidem, quin πρότερον pro ποτὲ legendum sit.

Pag. 100. ὁμῶς τοίνυν ταῦτα πεπονθότες ὑφ' ἡμῶν, συγχωροῦσι τοῦτα ἅπερ οἱ σύμμαχοι, καὶ διδόασιν ἡμῖν τὰ τείχη etc. Utroque loco rescribas ταὐτά. Eadem correctio etiam binis locis adhibenda in verbis mox sequentibus, ita male editis: ὃ ταῦτα παρὰ τῶν πολεμίων εὑρομένους, ἅπερ οἱ φίλοι διδόασι, καὶ ἅπερ ἠρξάμεθα πολεμεῖν ἵνα ἡμῶν γένηται τῇ πόλει; ταῦτα.

Ibidem: προςκαλοῦνται. Codex Vratisl. adstipulante Aldina, quam dolendum est a Reiskio oratoribus Graecis tam parce et raro adhibitam esse, προκαλοῦνται. Neutrum falsum, etsi haec lectio, propterea quod exquisitioris delectus est, altera praestare videtur. Demosthenes in Midiam p. 586, 20. προυκαλεῖσθε ἐπὶ τι μωρίαν τὸν παθόντα. Proprie haec vox de iis dicitur, qui aliquem ad opem sibi ferendam evocant. Προκαλεῖσθαι est id quod Germanico idiomate *aufrufen* dixeris: contra προςκαλεῖσθαι, *anrufen*.

Pag. 101. μὴ βοηθούντων οὖν ἡμῶν. Ex cod. Vrat. μὲν ante οὖν inserendum. Eodemque duce pag. seq. συννικῶντας, in quod etiam Reiskius, inciderat, pro συνοικοῦντας restituendum. Haud minus felix Reiskius, quum *oratione in Alcibiadem* pag. 121. pro vitioso συμβούλοις coniiceret συμβόλοις: haec enim coniectura codicis Vratisl. auctoritate munitur.

LXXI.

Burmannum de *Bentleii* doctrina metrorum *Terentianorum* iudicare non potuisse. Disputatio *Frid. Volgangi Reizii.* *)

Omnium qui adhuc vel de metris Terentianis aliquid scripserunt, vel ipsas Terentii fabulas ad metricarum legum normam correctas ediderunt, longe princeps est operis laude, qui ultimus aetate fuit, Richardus Bentleius. Quod ita esse intelligitur, facta inter se omnium comparatione. Itaque neutrum debet mirum videri, neque quod Bentleii adversarius is, cuius est Epistola Critica de illius Notis in Phaedrum, in ea extrema iudicium suum de virtutibus eius aperiens, quum eum in re antiquaria et in Patrum scriptis hospitem, in Theologicis autem studiis et sacris litteris parum exercitatum esse dixisset, non tamen infitias ivit, eum in studiis humanioribus, in poetarum scriptis, in veteribus comicis, in re metrica, principatum obtinere; neque quod Petrus Burmannus in sua praefatione ad Phaedrum cum ipsius novo commentario editum, Bentleianam de comicorum Latinorum usu rei metricae doctrinam, ut novam et falsam atque absurdam, improbavit ac reiecit.

Nam Epistolae Criticae quam dixi, scriptorem fuisse perhibent Franciscum Harium, Decanum tunc Vigorniensem, postea Episcopum Cicestriensem, qui multum studii et diligentiae in cognoscendis metris Latinorum comicorum posuerat, et duobus ante Bentleium annis Terentii fabulas, indicato ubique genere metri, et notata versus cuiusque mensura, praemissaque dissertatione de metris comicis, ediderat. Immo illud mirandum est, quum Bentleius in sua [p. IV.] Terentii editione, quae biennio post secuta est, in tot locis Harium, quanquam tacito eius nomine reprehenderit et correxerit, neque id cum aliqua benevolentiae significatione, sed paulo contemtius ac superbius, hunc illi eius artis, quam ipse coluerat, et de qua peritius cae-

---

*) Orationes in memoriam *Henricianam*, *Ridelianam* et *Seyfertianam* d. VII. Apr. CIƆIƆCCLXXXVII in auditorio maiori habendas indicit *F. V. Reizius*, Ord. Philosophorum Exdecanus. Lips. pp. 12. 4to.

teris iudicare poterat, palmam detulisse. Burmannum autem satis apparet, nec ea quae ante Bentleium et Harium iam tot alii docti homines de metris comicis scripserant, ita ut oportebat, cognita habuisse; neque legentem poëtarum comicorum versus, eos ut versus legere unquam solitum fuisse. Quomodo enim alioqui Bentleium et Harium insimulare potuisset rem novam atque inauditam introducere, quum aiunt, syllabas quasdam consonantium positione longas, ob earum vocalis brevitatem nonnunquam a Terentio et Plauto corripi? duas vocales, quarum prior sit brevis, in unam aliquando contrahi? synaloepham interdum non fieri? *Egone credam*, inquit, hanc *etiam ante consonantem corripi? esse*, ille, iste, nempe *et similia*, *prima syllaba brevi efferri?* via, meus, tuus, *et similia*, *in unam contrahi*, *ubi libet*, *syllabam?* studet par, *et* cum ea, *esse anapaestum*; cum esse, *tribrachyn?* Ita loquitur, quasi Harius et Bentleius hoc semper ita fieri statuant. Atqui maxima pars eorum, qui ante illos in hoc studio sunt versati, iam idem intellexerunt, et haec atque alia talia Plautum ac Terentium passim facere pronuntiarunt. Omninoque aut in hanc necesse est ire sententiam, aut in illam Henrici Loriti Glareani, quandoquidem tertia nulla excogitari potest, existimantis, in carmine iambico et trochaico non tribrachos tantum et spondeos, omnesque spondeo temporibus pares pedes, ut anapaestum, dactylum, proceleusmaticum, sed etiam creticos, amphibrachos, bacchios, paeonas, locum habere. Quibus pedibus admissis, versus iambici ac trochaici [p. V.] enormes existunt: cuius vitii est maior offensio, quam ullius eorum, quibus ita mederi volunt, qui ea pro vitiis habent. Quod si Burmannus Terentii et Plauti versus, et vel eos quos Cicero ex tragicis affert, metrice legere curasset, idque facere studuisset: nunquam profecto hanc rem, quam verissimam esse usus evincit, ut incredibilem irrisisset ac traduxisset. Nam ut vere colligitur ex caeterorum poëtarum carminibus, quos illi numeros, quas licentias habeant: ita, quibus poetae scenici utantur numeris et licentiis, ex fabulis eorum sine dubio vere colligitur. Quanquam negari haud potest, in scenicis propter metrorum et pedum varietatem id paullo, quam in caeteris, factu difficilius esse. Atque hinc est, quod neque alii fere nisi qui vel ingenio vel industria excellebant, studium hoc tractarunt, et nemo eorum neque omnia exhausit, neque nihil erravit. Sed Bentleius, qui et multos annos in

studii huius tractatione versatus est, et ingenio ac doctrina cedebat nemini, omnes vincebat iudicandi subtilitate ac veri perspicientia, utendis, corrigendis, explendis iis, quae priores attulerant, metrorum ac numerorum scenae Romanae veteris, maximeque Terentianorum effecit scientiam. Sic primus docuit, falsam esse illam opinionem, quae inde a Prisciano tenuerat, omnes Terentii versus duorum generum esse, iambicos et trochaicos. Nam Terentius utitur etiam quibusdam aliis generibus, etsi raro et breviter; ut Andr. 3, 2.

Adhuc, Archylis, quae adsolent, quaeque oportet
Signa esse ad salutem, omnia huic esse video.
Nunc primum fac istaec lauet; post deinde,
Quod iussi ei dari bibere, et quantum imperavi,
Date: mox ego huc revertor.

[p. VI.] Hic ait Priscianus Terentium trochaico mixto vel confuso cum iambico uti, et putare se id eum facere, ut imperitiorem sermonem qui personae conveniat, imitetur. Goueanus, mutando verborum ordine, priores quatuor versus redigit in tres iambicos tetrametros acatalecticos, et eos quidem satis vitiosos, primo et tertio non in integram partem orationis desinente. Muretus, haud paullo modestior, Sunt, inquit, hic aliquot versus, quorum dimensionem explicare ex veteribus libris non potui; ex ingenio, nolui. Sed Bentleius diu antequam ab eo Terentius editus est, ostendit iam ad Ciceronis Tusculanas, (3, 12.) istos quatuor versus metro bacchiaco factos esse. Nusquam alibi Terentius hoc metro iterum utitur: Plautus id amat et frequentat. Sed ne in Plauto quidem editores vel interpretes eius aut hoc, aut alia quamvis crebro adhibita metra, occurrere animadverterunt. Excipio Camerarium nostrum, qui, ut ex iis apparet quae de comicis versibus disputat, etiam alia metra, non iambica tantum et trochaica, suspicatus est a Plauto adhibita esse: verum diffisus eam rem explanari posse, neglexit.

Sed redeamus ad Burmannum. Voluit dicere, sibi hoc incredibile videri, eas numerorum leges, quae apud caeteros poetas valerent, a comicis observatas non esse. Id quomodo dixerit, et quam vim id argumentum habeat, videamus. „Mihi“, inquit, „cum novis adhuc „comitiis opus esse credam, antequam universus litera„torum senatus populusque una voce, *uti rogas*, „iubeat et velit has leges perferri, liceat, quaeso, tan„tisper de modis syllabarum et numeris versuum du„bitare, donec haec omnia ad liquidum sint perducta.

„Quae enim vis me coget, (nam Caio idem iuris quod „Seio) omnibus obliteratis, quae ab ipsa pueritia addi„dici, magistrorum dictatis, credere, apud comicos vul„gatae prosodiae leges, quibus se epici, lyrici et ele„giaci poetae adstrinxerunt, ita esse neglectas, ut „nescio quo iure syllabae [VII.] constanter ubique cor„reptae, apud illos producantur, et contra productae „corripiantur?"

Nolo exagitare omnia, quae in his verbis nihil ad rem pertinentia dixit, quae turbatum nescio quo motu animum arguunt. Num omnia magistrorum dictata obliviscenda erunt, si erit unum obliviscendum? Quis autem unquam fuit, qui hoc dictatum daret, ne unius quidem syllabae quantitatem apud comicos et caeteros poetas diversam esse? Aut ubi Bentleius omnium syllabarum quantitatem, et non certi cuiusdam generis duntaxat, apud utrosque diversam esse dixit?

Nusquam loquitur Bentleius de syllabis, quae constanter apud alios correptae, apud comicos producantur. Nec loqui de iis potuit; non enim comici unquam id commiserunt, ut brevibus pro longis uterentur. Hic aut fallitur, aut fallit Burmannus.

Longas autem a comicis eas tantum correptas esse dixit, aut quarum vocalem etiam veteres epici brevem usurpassent, ut eam quae ultima est in his, *roga*, *vide*, *abi*, *dari*, *domi*, et similibus; aut quae vocalem natura longam habentes, propter consonantium concursum ab epicis producerentur. Et has quidem syllabas, positione duntaxat longas, Terentius, qui iunior Plauto et elegantior est, nec tam saepe quam Plautus corripit, nec fere nisi nova incipiente oratione.

Quod crasin et ad hiatum attinet, utramque licentiam nonne sibi epici quoque permiserunt, etiam ii qui plus centum annis Terentio et Plauto iuniores fuerunt? Lucretius 3, 1038.

Lumina sis oculis etiam bonus Ancu' reliquit.

Et 6, 274. — — — expressit multa vaporis
Semina, seque simul cum eo commiscuit igni.

[VIII.] Sed nec epici aetatis Augusteae, ad quorum exemplum omnia Burmannus videtur exigere velle, has licentias plane aspernati sunt: nisi quod non in iisdem orationis partibus crasin adhibuerunt. Quae autem inscitia est, comicorum prosodicas leges et licentias ad eorum epicorum exigere, non qui aetate illis

aequales fuerunt, sed qui tanto tempore post sub Imperatoribus floruerunt, quum iam ars perfecta, et severioribus legibus adstricta esset? Istae severiores leges constituunt eam prosodiam, quam Burmannus vulgatam appellat.

In tragoediis quae Senecae adscribuntur, nihil est neque in metrorum pedibus, neque in syllabarum numeris, quod sit contra eam artis perfectionem, quae tunc erat inducta. At in tragoediis veterum, nam satis multa earum fragmenta habemus, ut iudicare possimus, regnabat eadem libertas metrorum et numerorum, quae in comoediis, aetate illa eam concedente. Libet duorum tragicorum, inter quos Terentius aetate medius fuit, exempla hic ponere, in quibus eae licentiae occurrunt, quae Burmanno tam novae sunt visae. Cicero igitur de Diu. 1, 31. refert hos trochaicos, qui cuius poëtae sint, et ex qua eius fabula, non dicit, miratur autem ut poema tenerum atque moratum et molle: sed eos ex Ennii Alexandra esse, mihi aliunde certum est. In prioribus tribus versibus aliquid correxi: quae correctio, ut opinor, se ipsa tuebitur. Loquuntur Hecuba et eius filia, quam alii Alexandram, alii Cassandram vocarunt.

Séd quid oculis rábere visa es dérepente ardéntibus?
Ubi *illa* tua paullo ánte sapiens vírginali' modéstia?
Máter, optumátum multo múlier melior múlierum,
Missa sum supérstitiosis háriolatiónibus;
Néque me Apollo fátis fandis démentem invitám ciet,
Vírgines vero aéquales patris m e i, m e û m factûm pudet,
[IX.] Optumi viri: mea mater, *tui* me miseret, *mei* piget.

Óptumam progéniem Priamo péperisti extra me: hóc dolet,
Méd obesse, illós prodesse; me óbstare, illos óbsequi.

Vides, *ubi illa*, tribrachum esse: *mei*, *meûm*, *tui*, ut unam syllabam per crasin pronuntiari. Statim sequitur,

Ádest, adest fax óbvoluta sanguine atque incéndio;
Múltos annos látuit: cives, férte opem et restinguite.

Et bis dicit, *adest*, propter motum quo vaticinans agitatur, et corripit in priore *adest* ultimam syllabam, positione duntaxat, non etiam vocalis natura longam, propter celeritatem. Idem Cicero de Diu. 1, 22. ex Attii Bruto, fabula praetextata, duodecim trimetros affert, in quibus hi sunt:

Visum ést in somnis, pástorem ad me appéllere
Pecús lanigerum, exímia pulchritúdine:

Duos cónsanguineos árietes inde éligi,
Praeclárioremque álterum immoláre me.
Deinde éius germanum cornibus connitier
In me árietare, eoque ictu me ad casúm dari.

Contrahuntur in unam syllabam *eo, eius, duos.* Iam decem sequuntur trochaici, quibus coniectores Tarquinio respondent, ex quorum versuum numero sunt hi:

Minu' mirandum ést: séd in re tanta haud témere visa se ófferunt.
— — Nam quod dé sole ostentum ést tibi,
Pópulo commutátionem rérum portendit fore
Pérpropinquam: haec béne verruncent pópulo. nam quod ad dékteram
Coépit cursum ab laeva signum praépotens, pulchérrime
Aúguratum est, rém Romanam públicam summám fore.

Sed in re, anapaestus. *Nam quod ad*, sequente licet post *ad* consona, dactylus. Idem Attius apud Ciceronem Tusculan. 1, 44.

[X.] Ímmo *enimvero* córpus Priamo réddidi, Hectórem ábstuli.

Corripit in *enimvero* tertiam ab ultima.

Quo plura veterum comicorum et tragicorum legas carmina, ita ut legens metrum exprimas, et numeros observes, hoc plura offendas uniuscuiusque harum licentiarum exempla: ut, quum credere non possis, quarum licentiarum a scenicis usurpatarum habeas tot exempla, eas ab iis usurpatas non esse, illud credere cogare, defuisse Burmanno iustam in hoc genere usus peritiam, iudicandi audaciam superfuisse.

Non ita Bentleium amo, ut reprehendi eum nolim, aut non et ipse reprehendam, si qua in re mihi videtur errasse. Dicit, se iam ab ipsa adolescentia in omnibus iambicis, praeter tetrametrum catalecticum, hanc sibi scansionis rationem instituisse, quae fieret per διποδίαν τροχαϊκήν, hoc modo,

Po|éta dederit | quaé sunt adolescéntium:

primo semipede quasi subducto et abciso, versu autem in dactylum vel creticum exeunte. Nihil contradicerem, si tantummodo narraret, qua in scandendis iambicis ratione ac consuetudine ipse uteretur. Sed istam διποδίαν τροχαϊκὴν ait et cum caesurae indole convenire; et verum iambei rhythmum auribus insinuare; et poetae, dum versus hos fabricetur, praecipue mentem occupare; et, quod maximum sit, in omni fere comicorum metrorum genere principatum obtinere; solamque esse, quae veram caussam, cur in una comoedia tot versuum spe-

cies adhibeantur, demonstret. Nihil harum rerum omnium ego verum esse arbitror. Nam quod ait convenire istam scandendi rationem cum caesurae indole: non distinguit duo inter se diversa genera caesurae, metricam et podicam; podica propria est iamborum trimetrorum, sicut hexametrorum heroicorum; at metrica, trochaeorum tetrametrorum, sicut pentametrorum elegiacorum [XI.] Si ergo caesuram quae podica est, metricam esse vis: periit natura versus iambici trimetri et dactylici hexametri, quorum ille post caesuram iam trochaicus erit; hic post caesuram, anapaesticus. Illud multo peius est, quod totos versus iambicos trimetros, et eos qui tetrametri acatalectici sunt, vult legi tanquam trochaicos, demto et extra metrum lecto primo semipede. Nam ita totidem syllabas, sed non idem amplius metrum audiemus; et quum duo tam contraria, quam trochaicum et iambicum est, contrariam vim in auribus atque animo habeant, fiet, ut motu contrario ei quem poeta excitabat, afficiamur. Non aperit caussam, quare non etiam in iambico tetrametro catalectico istam scansionis rationem instituerit. Ea caussa est, quod is versus ut iambicus dimensus, inprimis concinnus est: (quae concinnitas eius inde oritur, quod et metricam caesuram post quartum pedem, et hunc pedem nunquam alium quam iambum, raro tribrachum, habet;) ut trochaicus autem lectus, primo semipede ablato ac separato, fit maxime inconditus atque insuavis. Sed vel ex eo quod hoc genus omnino ut iambicum scandendum est, sequitur, caetera quoque iambica genera, etiamsi trochaicum scansionem facilius admittant, nihilominus tamen ut iambica scandi oportere. Id quidem non video, quomodo haec διποδία τροχαϊκὴ verum iambei rhythmum auribus insinuare possit, in tam diversa et contraria inter se utriusque metri, trochaici et iambici, natura. Si autem hoc falsum est, etiam reliqua omnia, quae inde colligit, falsa erunt.

LXXII.

De Tragicorum Comicorumque choris in genuina metra restituendis. Dissert. scr. *C. G. Ahlwardt.*

Insignes quidem sunt ac laude dignissimi, qui inde a viginti quinque annis in re metrica studiis ac labo-

ribus *Hermanni*, *Seidleri*, *Apelii* aliorumque facti sunt progressus, nihilominus bene multa, eademque maximi momenti, praecipue quae leges spectant, ad quas Tragicorum Comicorumque exigere oportet choros, tam parum ad liquidum perducta sunt, ut citra temeritatis notam adseri queat, nondum exstare editionem ullam vel unius Graeci dramatis, in qua chorici cantus legitime et ad compositionis regulas in ordinem redacti cernantur; immo non paucos invenias inter metricae artis cultores doctoresque, qui ne suspicentur quidem eiusmodi regulas dari, aut vel dari posse. Quod ipsum e. g. profitetur Porsonus praef. ad Eurip. p. XII. (ed. Lips.) methodum tradens, quam ipse in digerendis choris Euripidis sit amplexus: „In choris et melicis systematibus, quae librarii et editores pro arbitrio distribuunt, duas sum potissimum regulas secutus. Primo curavi, ut quodque carmen ad nota et lyricis poetis usitata, si facile fieri posset, versuum genera redigeretur; deinde, *ut eadem aut similis versuum species quam saepissime recurreret*". — Qua vero digerendorum versuum methodo vix quidquam cogitari potest ineptius insulsiusque. Alii, aut potius plurimi Metrici id satis habent, ut in ordinando choro quemque versum in metrum cogant ipsis cognitum, susque deque habentes, nexune metrico cohaereant versus necne.

Hac autem via parum profici, facile vel sponte patet. Quae sequuntur, velut praecepta, quaeque hoc loco curatius evolvere, nimis longum foret, rectius ad metam ducere posse videntur.

Ars metrica soror est Musicae, atque in iis, quae procreat, iisdem plane subiecta legibus, licet orbita, in qua versatur, arctioribus definiatur limitibus. Suus illi, ut huic, duplex is cantus est, qui durus dicitur et mollis, et, quod παράδοξον videbitur, harmonici systematis genus quoddam, quod bassus generalis nostris musicis audit, cuius praecepta quemadmodum Musica, sic et Metrica sequatur necesse est, proindeque non magis huic, quam illi, a tono in tonum, aut a metro in aliud, velut in cantu duro in mollem evagari, ac nullo praevio apto transitu, velut exlegi, palare atque grassari licet.

Musicus suum sibi thema deligit ac modulaminis genus, tum per faciles transitus a themate modo digreditur, modo ad illud redit, prout phantasia fertur, regulaeque artis aut requtrunt, aut certe sinunt. Idem agit artifex metricus, ac propterea ut in oratione logi-

cus, in musica logico-musicus, (ut ita dicamus,) ita in metrica nexus metricus versui cum versu intercedat oportet. Verum exemplo modo dicta dilucidius monstrare iuvat.

Si quod apud Tragicum Comicumve poetam chori genus inveniretur huius metri:

1. —́ vv — —́ vv — —́ vv — v — —

2. —́ vv — —́ vv — —́ vv —

3. —́ vv — —́ vv —

4. —́ vv — —́ vv — —́ vv —

5. —́ v — —́ v — —

6. —́ v — —́ v — —

7. —́ vv — —́ vv — —́ vv — v — —

non haberet profecto, dummodo Antistropha Strophae respondeat, censor metrorum severissimus, quod in metro syllabico reprehenderet. Genus enim choriambicum a versu 1 — 4 dominans, versu 5 et 6 in trochaicum declinat, tum vero ultimo versiculo ad ingenium redit. Probus est in versibus nexus metricus, neque in ullam artis regulam quidquam peccati.

Secundi Versus metrum etiam hoc esse poterit:

— —́ — —́ vv — —́ vv —

neque enim rara est choriambi in molossum contractio, e. g. Soph. Trach. 45. Philoct. 712. Aeschyl. Suppl. 69. Eurip. Rhes. 258. Soph. El. 473.

σεῦται, πάσας ἀρετᾶς λάφυρ' ἔχων, ἐπ' οἴκους.
πτανῶν πτανοῖς ἀνύσειε γαστρὶ φορβάν.
Str. { δοξάσει τις ἀκούων ὄπα τᾶς Τηρείας.
Ant. { ξυντίθησι δὲ παιδὸς μόρον, ὡς αὐτοφονως.

Ant. { ὃς ἐπὶ Τροίαν τὰν χιλιόναυν ἤλυθ' ἔχων στρατείαν.
Str. { ἐν αἰχμαῖς ποτὲ Μυσῶν, ὃς ἐμὰν συμμαχίαν ἀτίζει.
καὶ γνώμας λειπομένα σοφᾶς *).

nec minus frequens est prioris posteriorisque arseos solutio, e. g. Aeschyl. Suppl. 99. Eurip. Iph. A. 1025. Anacreon apud Hephaest. Cap. 9. Eurip. El. 456. Iph. A. 761. Hel. 1107 — 1109. Sophocl. Oed. C. 1244. Antig. 582. Pindar. Ol. 1. Ep. 2. Nem. 7, 4. Isthm. 5, 1 et 8. Pyth. 8, 2.

Str. { πανάποινον δαιμονίων.
Ant. { δυσπαραβούλοισι φρεσίν.
τίς ἄρ' ὑμέναιος διὰ λωτοῦ Λίβυος.
ἀναπέτομαι δὴ πρὸς Ὄλυμπον πτερύγεσσι κούφαις.
Str. { περιδρόμῳ μὲν ἴτυος ἕδρᾳ.
Ant. { ἐπὶ δὲ χρυσοτύπῳ κράνει.
Ant. { εἰς γᾶν Ἑλλάδα δοριπόνοις.
Str. { κοσμηθεῖσαν, ὅταν θεοῦ.
σὲ τὰν ἐναυλείοις ὑπὸ δενδροκόμοις
μουσεῖα καὶ θάκους ἐνίζουσαν ἀναβοάσω,
σὲ τὰν ἀοιδοτάταν ὄρνιθα μελῳδόν.
ἄται κλονέουσιν ἀεὶ ξυνοῦσαι.
εὐδαίμονες, οἷσι κακων ἄγευστος αἰών. οἷς γὰρ ἂν.
λάμπει δὲ οἱ κλέος παρ' εὐάνορι Λυδοῦ Πέλοπος ἀποικίᾳ.
ἀδελφεὰν σὰν ἐλάχομεν ἀγλαόγυιον Ἥβαν.
ὦ μεγιστόπολι θύγατερ **).

*) Metrum horum versuum est:

— — — — υυ — υ — υ — υ — —

— — — — υυ — υ — υ — —

— υ — υυ — — υυ — — — —
(υυ)

υυυ — — — — υυ — — υυ — υ — —
(υυ)

— — — — υυ — υ —

**) Metrum est:

{ υυ — — — υυ —
{ — υυ —
:

Possunt autem hi versus argumento esse, falli metricos, contendentes, neque medias breves syllabas contrahi in choriambis, neque ultimam longam resolutionem admittere. Primae longitudinem resolvi posse, concedit Hermannus Elem. doctr. metr. p. 421., prout et Boeckhius de metr. Pind. p. 153, qui tamen contractionem mediarum brevium, et ultimae longae resolutionem reiicit.

υυυυ — — υυ — — υυ —
υυυυ — — υυ — — υυ — υ — —
υυυ — — υυυυ υ —
— — — υυυυ υ —
υ — υ — — — υυ — υυ —
— — υ — υ — υ — — υυυυ — —
υ — υ — υυ — — — υυ — —
— — υυ — υ — υ — —
— — υυ — υυ — υ — υ — — — υ —
— — υ — υ — υ — — υυ — — υυυυ — υ —
υ — υ — — υυυυ — υυ — υ — —
— υ — υυυυ υ —

Versus decimus tertius ultima arsi non soluta occurrit, Pyth. 8, 1.

φιλόφρον Ἀσυχία, Δίκας

υυυ — υυ — υ —

A Tragicis pariter ac Comicis choriambum cum dipodia permutari notum, vid. Herm. El. doctr. metr. p. 224, idque in quovis pede, atque haud raro dipodia iambica opponitur choriambo, versusque toti, ex dipodiis iambicis constantes, versibus choriambicis sunt adnumerandi, e. g. Eurip. Iph. T. 1219. Soph. Phil. 1100. Aeschyl. Choeph. 788. Aristoph. Vesp. 526. 631. Soph. Oed. C. 1050. Eurip. Bacch. 371. Aeschyl. Suppl. 61. Aristoph. Vesp. 526 — 531 et 631 — 636; 532 — 537 et 540 — 545.

Str. { τρίποδί τ' ἐν χρυσέῳ θάσσεις, ἐν ἀψευδεῖ θρόνῳ.
Ant. { ἀπὸ δὲ μαντοσύναν νυκτωπὸν ἐξεῖλεν βροτῶν.

Ant. { καὶ γὰρ ἐμοὶ τοῦτο μέλει, μὴ φιλότητ' ἀπώσῃ.
Str. { τοῦ λφονος δαίμονος εἵλου τὸ κάκιον, εἵλου *).

Ant. { ἀνομένων βημάτων ὄρηγμα.
Str. { ἔλακον, Ζεῦ, σὺ δέ νιν φυλάσσεις.

Ant. { 631. οὐπώποθ' οὕτω καθαρῶς.
Str. { 526. νῦν δὲ τὸν ἐκ θἠμετέρου.
οὗ Πότνιαι σεμνὰ τιθηνοῦνται τέλη.

Ant. { καὶ συνέχει δῶμα· πρόσω γάρ, ἀλλ' ὅμως.
Str. { τὸν Σεμέλας, τὸν παρὰ καλλιστεφάνοις.
μήτιδος οἰκτρᾶς ἀλόχου κιρκηλάτου δ' ἀηδόνος.

Stropha A.

1. νῦν δὲ τὸν ἐκ θἠμετέρου
2. γυμνασίου λέγειν τι δεῖ καινόν, ὅπως φανήσει.
3. ἐνεγκάτω μοι δεῦρο τὴν κίστην τις ὡς τάχιστα.
4. ἀτὰρ φανεῖ ποῖός τις ὤν, ἢν ταῦτα παρακελεύῃ.

---

*) Vulgo εἵλου τὸ κάκιον ἑλεῖν, quod sensui et metro adversatur. Pravam, ex non intellecto scholio extusam lectionem, κάκιον ἐλθεῖν, Erfurdtius in ordinem recepit. Hermannus de metris p. 316 reponi vult κάκιον ἕλκειν. Repetitum εἵλου et metro et sensui convenit. Quae vocum repetitio haud raro librariis fraudi fuit, ut loca sana corrumperent, e. g. Aeschyl. Pers. 1025;

δίαινε, δίαινε πῆμα· πρὸς δόμους δ' ἴθι.

ubi legendum:

δίαινε πῆμα, πῆμα· πρὸς δόμους δ' ἴθι.

Eadem repetitio Eur. Hipp. 1361:

καὶ νῦν ὀδύνα μ', ὀδύνα βαίνει.

Antistropha A.

1. οὐπώποθ' οὕτω καθαρῶς
2. οὐδενὸς ἠκούσαμεν, οὐδὲ ξυνετῶς λέγοντος.
3. οὐκ, ἀλλ' ἐρήμας ᾤεθ' οὗτος ῥᾳδίως τρυγήσειν.
4. καλῶς γὰρ ᾔδειν, ὡς ἐγὼ ταύτῃ κράτιστός εἰμι.

Stropha B.

1. μὴ κατὰ τὸν νεανίαν τόνδε λέγειν· ὁρᾷς γὰρ ὡς
2. σοὶ μέγας ἐστὶ νῦν ἀγὼν, καὶ περὶ τῶν ἁπάντων,
3. εἴπερ, ὃ μὴ γένοιτο νῦν, οὗτος ἐθέλει κρατῆσαι.

Antistropha B.

1. οὐκέτι πρεσβυτῶν ὄχλος χρήσιμος ἔστ' οὐδ' ἀκαρῆ.
2. σκωπτόμενοι γὰρ αἰὲν ἂν, ταῖσιν ὁδοῖς ἁπάσαις
3. Θαλλοφόροι καλοίμεθ', ἀντωμοσιῶν κελύφη *).

*) Metrum horum versuum est:

υυυ — —́ υ — — —́ υ — — —́ υ —

—́ υυ —

{ —́ υυ — —́ υυ — —́ υυ — υ — —
{ — —́ υ —

υυυ — —́ υ — υ — —

— —́ υυ —

{ — —́ υ — —́ υυ —
{ —́ υυ —

— —́ υ — —́ υυ — — —́ υ —

—́ υυ — —́ υυ — υ —́ υ —

—́ υ υ —.

—́ υυ — —́ υυ — — —́ υ — υ —́ υ —

Unde pronum, chorum illum p. 4 et hanc syllabarum mensuram ferre:

1. — — v — v — v — — — v — v — —

2. — — — v — v — — — v —

3. v — v — v — v —

4. — — v — — — v — v — v —

Stropha et Antistropha A.

1. — vv — — vv —

— — v —

2. — vv — v — v — — vv — v — —

— v v —

3. v — v — — — v — — — v — v — —

4. v — v — — — v — — — v vv v — —

Stropha et Antistropha B.

1. — vv — v — v — — vv — v — v —

2. — vv — v — v — — vv — v — —

3. — vv — v — v — — vvv — v — — —

— vv —

Str. B. v. 2. Vulg. ἔστ' ἀγών. Antistr. B. v. 2. γάρ ἂν, ἐν καίσιν.

5. — υ — — υ — —

6. — υ — — υ — —

7. — — υ — — — υ — — — υ — υ — —

Quod quidem genus modulaminis eadem iam designata syllabarum successione in Nubibus Aristophanis v. 1303 — 1320 (Br.) invenitur, sed adhuc in nulla editione legitime divisum deprehenditur.

In vetustissimis editionibus non in Strophas et Antistrophas discretus legitur chorus, sed unicam tantum octodecim versuum Stropham typus exhibet. Ipsi versus partim admodum inconcinni sunt et nexu metrico destituti. Editio princeps Aldina iam ad manum non est. Parisina, quae sumtibus Aegidii Gormontii, studio Ioannis Cheradami 1628. 4. prodiit, quamque ectypum Aldinae ad verbum fere expressum dixeris, stropham illam hoc modo sistit:

οἷον τὸ πραγμάτων ἐρᾶν φλαύρων.
ὁ γὰρ γέρων ὅδ᾽ ἐρασθεὶς,
ἀποστερῆσαι βούλεται
τὰ χρήμαθ᾽ ἅ ᾽δανείσατο
κοὐκ ἔσθ᾽ ὅπως οὐ τήμερον λήψεται
πρᾶγμ᾽ ὃ τοῦτον ποιήσει
τὸν σοφιστὴν, ὧν πανουργεῖν
ἤρξατ᾽, ἐξαίφνης τι κακὸν λαβεῖν.
οἶμαι γὰρ αὐτίχ᾽ εὑρήσειν ὅπερ
πάλαι πότ᾽ ἐζήτει,
εἶναι τὸν υἱὸν δεινόν οἱ
γνώμας τ᾽ ἐναντίας λέγειν
τοῖσι δικαίοις.
ὥστε νικᾶν ἅπαντας,
οἷσπερ ἂν ξυγγένηται,
κἂν λέγῃ παμπόνηρα.
ἴσως ἴσως βουλήσεται
κἄφωνον αὐτὸν εἶναι. *)

---

*) Metrum Strophae est:

— — υ — — υ — — — — — — — — —

υ — υ — υυ — —

Scholiastes Metricus versus eadem ratione distinxisse videtur, eodem textu usus, nisi quod versus septimus codicis, quem tractaret, tribus syllabis longior fuisse videatur, hoc metro:

— ᴗ — — ᴗ — — — ᴗ — —

fortasse: τὸν σοφὸν, τὸν σοφιστὴν, τὸν πανοῦργεῖν, ut satis feliciter Hermannus auguratur. Versum enim hunc trochaicum trimetrum catalecticum nominat Scholiastes; quam ob

---

ᴗ — ᴗ — — — ᴗ —

ᴗ — ᴗ — ᴗ — ᴗ —

— — ᴗ — — — ᴗ — — ᴗ —

— ᴗ — — ᴗ — —

— ᴗ — — — ᴗ — —

— ᴗ — — — ᴗᴗ — ᴗ —

— — ᴗ — ᴗ — — — ᴗ — —

ᴗ — ᴗ — — —

— — ᴗ — — — ᴗ —

— — ᴗ — ᴗ — ᴗ —

— ᴗᴗ — —

— ᴗ — — ᴗ — —

— ᴗ — — ᴗ — —

— ᴗ — — ᴗ — —

— ᴗ — — ᴗ — ᴗ —

— — — — — — —

denominationem Hermanno in notis ad hunc versum satis inclementer vapulat, an pleno iure, nonnihil ambiguum. Nimirum ex communi loquendi usu versus, cui in fine deest syllaba, catalecticus dicitur. Trochaicus igitur dimeter,

— ∪ — ∪ | — ∪ — ∪

syllaba in fine mutilus,

— ∪ — ∪ | — ∪ —

catalecticus erit. Inversis autem dipodiis,

—́ ∪ — | —́ ∪ — ∪

rursus ad perficiendum dimetrum acatalecticum syllaba desideratur. Quae forsitan ratio est, ob quam versum trochaicum trimetrum catalecticum dixerit scholiastes, multum abest, ut alter in arte metrica Bentleius. Fortasse et alio ductus est rem contuendi modo. Occurrunt in poematibus lyricis frequenter cretici inter dipodias trochaicas, e. g. Pind. Ol. X. (XI.) Epod. 8. Ol. XIII, E. 7.


οὔτ' ἐρίβρομοι λέοντες διαλλάξαιντο ἦθος.

—́ ∪ — ∪ —́ ∪ — —́ ∪ — — —́ ∪ — —


ἐν δ' Ἄρης ἀνθεῖ, νέων οὐλίαις αἰχμαῖσιν ἀνδρῶν.

—́ ∪ — — —́ ∪ — —́ ∪ — — —́ ∪ — —

Quum itaque dipodia trochaica, — ∪ — ∪, per notas musicas hasce



exprimatur: creticus eiuscemodi neque in medio, neque in initio dipodiarum trochaicarum aliter, absque omnis numeri dispendio, quam his notis musicis



signari poterat, atque a modificatoribus cantoribusque plane ad normam dipodiae trochaicae exigebatur. Quo pacto, si quidem musicam spectes, memoratum illum versum quodammodo trimetrum trochaicum dicere licuerit. Quod si ita sit, scholiastes excusandus, ipsum-

que scholion ita corrigendum erit legendumque: τὸ ϛ´ τροχαϊκὸν δίμετρον ἀκαταληκτικόν. τὸ ζ´ ὅμοιον, τρίμετρον μέντοι. Verba, ἤτοι ἑφθημιμερές, scholio ad versum sextum, et ἢ ἰαμβικὸν τρίμετρον καταληκτικόν, ad versum quintum adnexa Graeculi cuiusdam serioris aevi esse videntur, cuiusmodi additamentis scholia frequenter deformata esse constat.

Obtinuit autem ista versuum discretio in omnibus secutis editionibus, atque in ipsa adeo *Brunckiana*, neque enim *Brunckius* quidquam praeter duos priores versus hoc modo mutavit:

οἷον τὸ πραγμάτων ἐρᾷν φλαύρων· ὁ γὰρ
γέρων ὅδ᾽ ἐρασθείς.

— — υ — υ — υ — — — υ —

υ — υυ — —

tum v. 5 τὶ post τήμερον, et v. 9 αὐτὸν post γὰρ, denique v. 17 δ᾽ post prius ἴσως e manuscriptis codicibus adoptavit, et v. 12 τ᾽ delevit.

Primus Hermannus in praeclara illa Nubium editione, in qua Scholiorum exacta διάκρισις et emendatio exempli instar esse potest, animadvertit, chorum esse antistrophicum, eumque, factis nonnullis in contextu mutationibus sic distinxit:

Stropha.

οἷον τὸ πραγμάτων ἐρᾷν φλαύρων· ὁ γὰρ
γέρων ὅδ᾽ ἐρασθεὶς, υ — —
ἀποστερῆσαι βούλεται
τὰ χρήμαθ᾽, ἃ δανείσατο·
κοὐκ ἔσθ᾽ ὅπως οὐ τήμερον
λήψεταί τι πρᾶγμ᾽, ὃ τοῦ-
τον ποιήσει . . . — — — — —
τὸν σοφιστὴν,
ὧν πανουργεῖν ἤρξατ᾽, ἐξ- υ —
αίφνης λαβεῖν κακόν τι.
— υ — — — υ —


Antistropha.

οἶμαι γὰρ αὐτὸν αὐτίκ᾽ εὑρήσειν, ὅπερ
πάλαι πότ᾽ ἐζήτει,
εἶναι τὸν υἱὸν δεινόν [illegible]
[illegible] γνώμας ἐναντίας λέγειν

τοῖσιν δικαίοις, ὥστε νι-
κᾶν ἅπαντας, οἷσπερ ἂν
ξυγγένηται, κἂν λέγῃ
παμπόνηρ', ἴ-
σως δ', ἴσως βουλήσεται
κἄφωνον αὐτὸν εἶναι. *)

Quod ad metrum chori ab Hermanno in ordinem redacti adtinet, pauca fere sunt, quae moneri possint. Quamvis brachycatalectus iambicus dimeter, qualis est v. 2., raro satis occurrat, et versus unius dipodiae trochaicae, cuiusmodi v. 8, multo etiam sit infrequentior: attamen tota stropha apto nexu metrico continetur, facilisque a versu ad versum est transitus, neque is ullibi impingens in regulas artis. Quum vero sinis cuiuslibet versus longioris breviorisque morae quietem requirat, a quolibet verborum discidio**) abhorrentem;

*) Metrum Strophae et Antistrophae est:



**) Terentianus Maurus de metris. v. 536:
Dum ne *disc*[illegible] fiat.

(dividens enim vocabulum inter duos versus quid aliud agis, nisi cantoris medio modulamine aut guttur tantisper suffoces, aut manu labia comprimas, eaque retracta respirare eundem interceptumque cantum resumere sinas?) — porro quum in Hermanniana illa versuum distinctione plures, eaeque duriores vocabulorum divulsiones inveniantur, e. g. Str. v. 6 et 9, et Antistr. v. 6. et 8; denique cum facile adsumi nequeat, tetrametrum, iambicis dipodiis expressum, choriambicum catalectum, aut, si mavis, tetrametrum iambicum catalectum:

ἴσως δ', ἴσως βουλήσεται κάφωνον αὐτὸν εἶναι,

sic discriminari posse, atque huiuscemodi modulationem admittere:

— — — — — — ⏑

σως δ' ἴσως βουλήσεται
κάφωνον αὐτὸν εἶναι,

ea versuum descriptio neutiquam genuina censenda erit.

Descriptionem versuum maximeque temerarias contextus mutationes ab Hotibio (Bothio) factas silentio praetermittimus. In digerendis quatuor prioribus versibus Hermannianam editionem sequitur Wolfius; v. 5 et 6 Antistropha Strophae non consonat. Factum id fortassis errore typothetae. Versus 7 et 8 hanc habent mensuram:

—́ ∪ — — —́ ∪ — —

—́ ∪ — — —́ ∪ — ∪ — ⏓

unde v. 7 Antistrophae illud vocabuli discidium:

παμπόνηρ' ἴσως δ', ἴσως βου-
λήσεται κάφωνον αὐτὸν εἶναι.

Reisigius Stropham hoc metro digessit:

— —́ ∪ — ∪ —́ ∪ ⏓ ⏓ ⏓

∪ —́ ∪ ⏓ ∪ ⏓ — —

⏓́ — ∪ ⏓ — ⏓́ ∪ —

∪ — ∪ — ∪ — ∪ —

— — ∪ — — — ∪ —

— ∪ — ∪ — ∪ —

— ∪ — — — ∪ — — ∪ —

— — ∪ — — — ∪ — — — ∪ — ∪ — —

Sextus Strophae et quintus Antistrophae versus discerptum in fine vocabulum exhibent, transitusque a metro in aliud asper est et incommodus. Quod in fine tetrametrum iambicum catalecticum restituerit, laudandum, culpandum vero, quod non consultis manuscriptis codicibus v. 2, Strophae ἐρασθεὶς, (Herm. ὀύρασθεὶς) in ἐξαρθεὶς, et v. 8 τὶ κακὸν λαβεῖν, (Herm. λαβεῖν κακόν τι) in κακόν τι πάσχειν mutaverit, et v. 7 languidum ἴσως post σοφιστὴν ex ingenio addiderit.

Vitantur autem vitia in diversis hisce distinguendorum versuum modis reprehensa, si chorus secundum traditam p. 719. digerendi rationem legatur:

Stropha.

οἷον τὸ πραγμάτων ἐρᾶν φλαύρων· ὁ γὰρ γέρων ὅδ'
ὀύρασθεὶς ἀποστερῆσαι βούλεται
τὰ χρήματ', ἅ' δανείσατο·
κοὐκ ἔσθ' ὅπως οὐ τήμερόν τι λήψεται
πρᾶγμ', ὃ τοῦτον ποιήσει
(τὸν σοφὸν,) τὸν σοφιστήν,
ἀνθ' ὧν πανουργεῖν ἤρξατ', ἐξαίφνης λαβεῖν κακόν τι.

Antistropha.

οἶμαι γὰρ αὐτὸν αὐτίχ' εὑρήσειν, ὅπερ πάλαι πότ'
ἐζήτει, τὸν υἱὸν εἶναι δεινόν οἱ
γνώμας ἐναντίας λέγειν
τοῖσιν δικαίοις, ὥστε νικᾶν πάντας ἄν,
οἷσπερ ἂν ξυγγένηται,
κᾂν λέγῃ παμπόνηρα.
ἴσως δ', ἴσως βουλήσεται κἄφωνον αὐτὸν εἶναι.

Mutationes contextus a Brunckio constituti admodum paucae sunt, ὀύρασθεὶς pro ἐρασθεὶς v. 2. Strophae, lacunae expletionem v. 7, et adsumtum λαβεῖν κακόν τι

v. 8 pro τὶ κακὸν λαβεῖν, Hermanno acceptum referimus. Eodem versu linguae pariter ac metri leges ἀνθ᾽ ὧν pro ὧν postulant, cuius emendationis necessitas etiam Reisigio praef. p. XXXIV. suboluit. In Antistropha versu quarto ἅπαντας in πάντας ἂν metri caussa mutatum, denique, ut hiatus vitaretur, verba εἶναι τὸν υἱὸν δεινόν οἱ, transposita sunt, quanquam neque hac mutatione opus erat. Potest nimirum et vulgata lectio,

ἐζήτει, εἶναι τὸν υἱὸν δεινόν οἱ

defendi eo quod post ἐζήτει interpunctio sit, qua cavetur, ne hiatus aurem gravius offendat.

LXXIII.

Commentationis *de Idaeis Dactylis* prooemium. Scr. *C. A. Lobeck.*

[Regiomonti, a. 1814. pp. 10.]

Quemadmodum ille siderum coelique rector Sol non omnes eodem modo plagas temperat, sed alias e tenebris educit, alias floribus vestit, alias frugibus complet, ita literarum artiumque lumen longo circuitu aliis post alias gentibus illuxisse, idemque vicissim occidisse constat. Nam quo tempore Asia, fluctibus bellicarum turbarum recens emersa, populorum commerciis frequentari, architectorumque operibus et opificum fabricis illustrari coepta est, illam artium inventricem Graeciam crassa caligine circumfusam, immanitate barbarorum efferatam, nulla deorum cognitione, nullo hominum iure imbutam invenimus. Sed, ubi diutius in istam partem aciem intenderimus, mox, tanquam vere novo, coelum inclarescere, terram mitescere, mores emollescere, artiumque studia, quibus vita sustentatur, increbescere videmus. Namque sub hanc fere aetatem, quasi composito, errabundae quaedam sacerdotum familiae, cultioris Asiae institutis eruditae, primum insulas et litora viciniae frequentare, mox Graeciam ipsam, sparsim adhuc habitatam, rapinisque totius barbariae patentem, ultro citroque pervagari coeperunt; a quibus profecta illa mitioris vitae initia sensim ac pedetentim mores, cultumque agrestem comitate quadam adsperserunt. Haec enim prima artium et literarum rudimenta, ut apud gentes plerasque, ita etiam in

vetere Graecia, ab initio non separatim, nec a singulis promiscue percepta, sed a sapientum quibusdam collegiis tradita universa, et quodam quasi vinculo inter se connexa fuisse narrant, usque ad eum finem, dum artes adultae sustinerentur ipsae per sese. Quare, qui primi deorum colendorum rationem tradiderunt (unde reliquae disciplinae suspensae sunt omnes), eosdem et futurorum praescientiam, et praeteritorum deprecationem, tum musicae flexanimae et reginae animorum modos, et artem medendi, et metallorum tractandorum usum tradidisse, memoriae proditum est. Quales Cabiros, Idaeos Dactylos, Curetes et Telchines fuisse legimus, numinum Rheae et Bacchi diviniore cultu, medendi et incantandi facultate, tum aeris et ferri fabrica inter aequales inclytos; idque satis visum est nonnullis, nihil ut fere aut admodum paullulum inter eos interfuisse existimarent. Quibus assentiens Strabo [1]) Dactylos quidem Idaeos antiquitus montem Phrygiae Idam accoluisse refert, cuius summos vertices Matri deûm consecratos fuisse, non Strabo solum, sed et alii testantur plurimi. Hos autem apud Sophoclem quinque perhiberi mares, fabricae ferrariae, artiumque plurimarum repertores. Quales fuerint genere, vita, aetate, inter auctores discrepare; id convenire inter omnes, ut eos praestigiarum et incantamentorum artifices, Matrisque magnae cultui praecipue adstrictos, denique etiam Idae montis accolas fuisse prodant. Idque testatur etiam antiquissimus Phoronidis scriptor (Schol. Apoll. I, 1129.)

Ἔνθα γόητες
Ἰδαῖοι φρύγες ἄνδρες ὀρέστεροι οἰκί' ἔναιον,
Κέλμις, Δαμναμένευς τε μέγας καὶ ὑπέρβιος Ἄκμων,
Εὐπάλαμοι θεράποντες ὀρείης Ἀδρηστείης·
Οἳ πρῶτοι τέχνην πολυμήτιος Ἡφαίστοιο
Εὗρον ἐν οὐρείῃσι νάπαις, ἰόεντα σίδηρον,
Εἰς πῦρ τ' ἤνεγκαν καὶ ἀρίπρεπες ἔργον ἔδειξαν.

Ex his Celmis, et vero etiam, nisi coniectura fefellit editorem, Damnameneus in marmore Pario (L. 22. v. Prideaux p. 181. Palmer. Exercit. p. 688.) ob inventum ferri cudendi artificium sub Dactylorum nomine memorantur; idque Clemens etiam Alexandrinus apud an-

1) L. X. p. 715 sq. T. IV. p. 155. ed. Tzschuck.

tiquiores auctores legisse videtur. *Κέλμις*[2]) *δὲ καὶ Δαμναμένευς οἱ τῶν Ἰδαίων Δακτύλων*[3]) *πρῶτοι ἐν Κύπρῳ τὸν σίδηρον εὗρον. Ἄλλος δὲ Ἰδαῖος*[4]) *εὗρε χαλκοῦ κρᾶσιν, ὡς δὲ Ἡσίοδος, Σκύθης* Strom. L. I. p. 307. A. Nonnus vero, ille mythorum scrutarius, ubi amplissimum Bacchi exercitum, ex omnium terrarum delectu collectum recenset, haec eadem nomina in Telchines confert (XIV, v. 36.)

Καὶ φθονεροὶ Τελχῖνες ἐπήλυδες ἐς μόθον Ἰνδῶν
ἐκ βυθίου κενεῶνος ἀολλίζοντο θαλάσσης·
Ἦλθε Λύκος καὶ Σκέλμις ἐφέσπετο Δαμναμενῆι

nisi quod Acmoni Lycum substituit, quem etiam Hesychius (T. II, 509.) Telchinibus accenset. Sed in his vix enumerari potest, quantopere auctores varient. Nec mirum. Posteaquam enim Cybelae Phrygiae cultus cum Cereris sacris permistus est, quorum par et similis origo, nec minor celebritas fuit, in tanta munerum, honorum et insignium similitudine fieri non potuit, quin nominum quoque discrimina tollerentur, quibus sublatis perturbatio mythorum sequuta est et ingens confusio. Namque non Bacchi solum et Iovis (quorum alter Rheam habuit matrem, alter nutricem), tutelam et educationem inter se partitae sunt, sed, quum suos quaeque habuisset prius administros et satellites (velut Ceres Cabiros, Rhea Corybantes et Dactylos), his quoque pro communibus uti coeperunt. Qui quanquam nec sanguine coniuncti, nec eadem patria orti erant, tamen non hoc solum, quod maiora scire et reconditiora videbantur, secum conveniebant, sed etiam munerum officiorumque, quae praestabant hominibus, magnitudine sese aequabant. Notum est, priscos illos, quo maior hominibus esset cum superis communitas, alios his interiectos et tanquam medios numerasse deos, quos

---

2) *Τέλμις* ap. Euseb. Pr. Ev. X, 6. p. 475.

3) *τῶν Ἰουδαίων Δάκτυλος* Idem.

4) *Δέλας δὲ ἄλλος Ἰουδαῖος.* Id. Eodem vel mendo vel mendacio Cedren. Comp. Hist. p. 34. ed. Paris. *τότε καὶ τοὺς Κουρῆτας λέγουσι γενέσθαι· οἱ δὲ ἀπογόνους τῶν Ἰουδαίων, οἱ ἐλέγοντο παρ' Ἕλλησιν εἶναι, καὶ Ἡρακλῆς εἷς τῶν Ἰουδαίων Δακτύλων.* Postrema haud dubie ad Hesiodi *περὶ τῶν Ἰδαίων Δακτύλων* pertinent v. Fabric. Bibl. Gr. T. I, 593.

communitate quadam generis, quippe e terra ortos, commodis suis melius inservituros crederent. His secreta sua committere, his se commendare in clientelam et fidem, hos seorsim ab universis venerari et colere pro se quisque solebat, arcano ritu, privato et domestico. Atque hi dii *medioxumi*, *penetrales*, sive pluribus verbis *genii*, *praestites*, *indigetes*, *averrunci*, a graecis *πάρεδροι* cognominati sunt, tum quod diis superioribus instar apparitorum comitumque essent, [5]) tum quia hominum praesentes et praepotentes tutores (divi potes, dii magni, dynameri), iidemque etiam *μοιραῖοι* et *μοιραγέται*, ut est apud Apollonium

Ἀμφὶ δὲ φύλλοις
στεψάμενοι δρυΐνοισι θυηπολίης ἐμέλοντο
Μητέρα Δινδυμίην πολυπότνιαν ἀγκαλέοντες
ἐνναέτιν φρυγίης, Τιτίην θ' ἅμα Κύλληνόν τε
οἳ μοῦνοι πολλῶν μοιραγέται ἠδὲ πάρεδροι
Μητέρος Ἰδαίης κεκλήαται, ὅσσοι ἔασι
Δάκτυλοι Ἰδαῖοι Κρηταιέες, οὕς ποτε Νύμφη
Ἀγχιάλη Δικταῖον ἀνὰ σπέος ἀμφοτέρῃσι
δραξαμένη γαίης Οἰαξίδος ἐβλάστησε. [6])

Non operae nobis est, singula exsequi; illud teneatur, hos deos tutelares, et ut ita dicam, privatos, homines fuisse, hominibus natos, post mortem vero in coelum sublatos, eorumque deorum, quorum sacra, dum viverent, curassent, satellites factos esse. Tenuit consuetudo, ut ex eorum numero, qui hinc in coelum abiissent, patrios quisque suos et indigenas sibi eligeret patronos, iique provinciarum, urbium ac familiarum,

---

5) Praeter causam Valesius ad Euseb. Hist. Eccl. IV, 449. Salmasium reprehendit, quod *παρέδρους* deorum, non hominum fuisse scripserit; nam idem et deorum assessores et hominum praesides habiti sunt. Tertullian. de Anim. c. XXVIII: *Scimus magicos elicere explorandis excultis catabolicos et paredros et pythonicos spiritus.* Euseb. Or. de Laud. Const. VIII, 755. *Ἐκθέσμοις καὶ ἀνάγκοις* (*ἐπανάγκοις* Vales. e cod.) *ᾠδαῖς καὶ ἐπῳδαῖς δυνάμεις ἀφανεῖς περὶ τὸν ἀέρα πετομένας ἑαυτοῖς ἐφειλκύσαντο. Δυνάμεις* hoc sensu usurpavit Graecitas sequior v. Coray ad Heliod. p. 147.

6) Oaxen Philistenes (al. Eratost.) ait Apollinis et Anchiales filium: hunc Oaxen in Creta oppidum condidisse, quod suo nomine nominavit, ut Varro ait,

Quos magno Anchiale partus adducta dolore
et geminis capiens Tellurem Oeaxida palmis,
edidit in Dicta.

Serv. ad Georg. I, 66.

unde quisque ortum cepisset, custodiae praeficerentur. 7) Inde est, quod, concedentibus Graecis, Romani antiquarii Lares Penatesque suos, ignotum apud Graecas gentes numen, cum Dactylis illis, eorumque gregalibus, Corybantibus, Curetibus, et Cabiris crebro componunt. Velut Diomedes dactylicum rhythmum ab Idaeis Dactylis nomen habere affirmat, *quos Curetas sive Corybantas poetae appellabant. Hi namque in insula Creta Iovem custodiendo, ne vagitu se parvulus proderet, lusus excogitato genere, clypeolis aeneis inter se concurrentes, tinnitu aeris illisi, rhythmica etiam pedis dactylici compositione, celavere vocem infantis. Sed nativitatis eorum causam vetusta fabulositas docet hanc fuisse. Aiunt Opem in Idam montem insulae Cretae fugiendo delatam manus suas imposuisse* (*impressisse* Putsch.) *memorato monti et sic infantem ipsum edidisse et ex manuum impressione emersisse Curetas sive Corybantas, quos a montis nomine et a qualitate facti Idaeos Dactylos appellarunt. Hos quidam tres putant, qui Lares esse creduntur, Damnameneus, Acmon, Celmon* (Damimamentinus, Asteus, Pyrrhichus edd. Veneta et Coloniens. anno 1506.) *dicti ἀπὸ τῶν κορῶν id est a formosis oculis, quas κόραι vocantur, id est, pupulae, vel a cono galeae.* Gramm. L. III. p. 474. ed. Putsch. p. XLVII. ed Venet. p. 114. b. ed. Colon. anno 1506. Et hic quidem obiter; copiosius alii. *Nigidius exponit disciplinas Etruscas sequens, genera esse penatium quatuor, et esse Idaeos ex his alios, alios Neptuni, inferorum tertium, mortalium hominum quartos*. Arnob. adv. Gent. III. p. 123. Appareтne igitur, ut hoc totum genus, quantumcunque est, a similitudine imbecillitatis humanae traductum fuerit, quod deos immortales agentes aliquid et molientes sine turba ministrorum et stipatorum intelligere non possent? quos *consentes* i. e. *συνοντας*, *complices*, *genitales* et genios deorum, tum etiam *penates* dixerunt, quasi *domesticos* quosdam s. *οἰκειακούς* 8). Sed

7) Θεοὶ ἐγχώριοι, ἔγγαιοι, ἐγγενεῖς, πατρῷοι, dii patrii et Penates v. Gronov. Diatrib. in Stat. p. 196. et Handii notam.

8) Ex his alios tribus principibus diis assignarunt, Plutoni deos manes (τοὺς παρέδρους τοῖς κάτω θεοῖς) Neptuno Lares permarinos, Iovi autem, tum duodecim Selecto, tum illos, quos Romani cum Iove in Capitolio consecrarunt; alios naturae quodam vinculo unicuique deorum adiunctos, et quasi agnatos esse voluerunt, quos Genios vocant; alios uni alicui privatim addictos ut Cybelae Dactylos, Iovi Curetes; alios denique quasi communes hominum tutores, partim domesticos partim

pergam enumerare veterum testimonia. *Possumus de Laribus summatim aliquid dicere, quos Nigidius modo tectorum, domumque custodes, modo Curetas illos, qui Iovis vagitum occultasse perhibentur, modo Digitos Samothracios, quos quinque indicant Graeci Dactylos Idaeos nuncupari*" Arnob. II. 2. p. 124. cui hoc cum Sophocle convenit, quinque fuisse Dactylos. *Qui Graece Curetes sunt appellati*, inquit Hyginus, *aliis Corybantes dicuntur, hi* (*his* emend. Wouwer. ad Minuc. Octavian. p. 201.) *autem Lares appellantur* Fab. CXXIX. ex quo manifestum est Hesychium, cum scriberet *Λάρεις — τοὺς Κυρίτας* intellexisse Curetes. Similiter Syncellus Chronogr. p. 150. *οἱ ἀπὸ Κουρητιας, τῆς νῦν Ἀκαρνανίας Κουρῖται καὶ Κορύβαντες Κνῶσσον ᾤκησαν, οἳ* (*τὴν*) *ἐν ὅπλοις εὔρυθμον κίνησιν εὑρόντες.* Glossae Basilicae, paullum immutata scriptura *Λάρεις, Λάρβαι, τοὺς Κυρίτας οὕτως οἱ Ῥωμαῖοι.* Glossae graecolat: Indigetes, *Ἡμίθεοι, Κούρητες.* Lexicon Cyrilli ap. Munker. ad Hygin. 207. *Κούρητες, οἱ περὶ τὸν παιᾶνα Indigetes.* Quod autem Scaliger apud Solinum *fratrum indigetum viorum* legi iubet pro digitorum, id non solum contra Mss. auctoritatem fecit (v. Hennin. ad Bergier. L. IV. sect. 43. de publ. et mil. viis et Ev. Otto dissert. de diis vial. c. VII. p. 101), sed et praeter necessitatem, quando et Digitos Idaeos ex Indigetum i. e. Larium genere fuisse romani scriptores pro certo dicunt. Qua opinione imbutus Theodoretus Graec. affect. VIII. p. 15. ed. Sylb. ipsos Dioscuros, quos quidem eosdem esse Cabiros Dactylosque putant, Penates factos esse affirmat — *καὶ μέντοι καὶ τοὺς Τυνδαρίδας θεοὺς ἐκάλεσαν Ἕλληνες καὶ Διοσκούρους ὠνόμασαν καὶ Ἐφεστίους καὶ Ἀνακας.* Colloquia Graecol. Mss. a. Salmas. Exercitt. Plin. T. I. p. 64. *καὶ* (*ἐπεὶ*) *ἐκράτησε τὸν οὐρανὸν, Κούρησί τε καὶ Κορύβασι τιμὴν ἔδωκεν· ἵνα θεοὶ κατοικίδιοι λέγωνται.* Ac mihi satis videor, unde haec confusio consequuta fuerit, ostendisse.

---

compitales (*ἥρωες προνώπιοι*) viales, semitales, *θεοὶ ἐνόδιοι.* Atque hos quos postremo loco collocavi animos maiorum esse putarunt, quorum monimenta in viis compitisque extabant. His autem Larium nomen peculiariter tribuitur. Nam quos Latini *liberos* vocant (*ἐλευθέρους*, *filios familiarum*) Graeci *κούρους* dixisse videntur, *domi natos*, ideoque *dominos, filios heriles, κυρίους, Quirites*, (Ceres, *Κίρις*, i. e. domina, domna, quod fuit Magnae Matris nomen) *Κουρῆτες*, Etrusci autem Lases s. Lares appellabant, quod nomen honoris causa patribus familiarum, vita defunctis, dederunt.

Praeter Apollonium autem, qui Menandrum secutus Tityan et Cyllenum apparitionis Cybelae principes facit, consensum est, quod sciam, inter omnes, Dactylos aequaliter omnes praesentissimos mortalium adiutores, omnisque discriminis depulsores habitos esse, ut vel nominibus eorum pronuntiandis instans periculum declinari posse videretur. Unde Plutarchus concinne, ut multa, qui quum recordationem magnorum virorum maximum esse virtutis firmamentum dixisset, *nulla re alia*, inquit, *tantopere animi adversus peccandi illecebras muniuntur, quam praesenti egregie factorum memoria, quemadmodum nonnulli recitandis secum Dactylorum nominibus terroribus vanis liberari se putant*, οἱ μὲν γὰρ ἐκμεμαθηκότες τὰ τῶν Ἰδαίων ὀνόματα Δακτύλων χρῶνται πρὸς τοὺς φόβους αὐτοῖς ὡς ἀλεξικάκοις ἀτρέμα καταλέγοντες ἕκαστον. de profect. virt. sent. T. VI. p. 316. Unde intelligi potest, quid sit, quod Hesychius T. I. p. 1544. Damnamenei nomen, quod Phoronidis scriptor in Idaeis Dactylis posuit, inter literas Ephesias fuisse scribat, quas similiter Plutarchus ab iis, qui daemonibus infestantur, recitari affirmat, οἱ γὰρ Μάγοι τοὺς δαιμονιζομένους κελεύουσι τὰ Ἐφέσια γράμματα πρὸς αὐτοὺς καταλέγειν καὶ ὀνομάζειν Symp. L. VII. quaest. V. p. 823. 9) Quid? quod Clemens Alex. Strom. p. 360. has formulas ab ipsis Dactylis profectas esse tradit, quos et Strabo et Diodorus fascinandi et incantandi artem prae se tulisse significant. Quanquam Pherecydes, qui non Anchialen, ut Apollonius, sed Rheam sparso per manes pulvere Dactylos produxisse refert, illos terrigenas non eodem omnes loco et numero habet, sed qui sinistrae manus facti extitissent, maleficos esse, contra, quos dextra fudisset 10) veneficiorum depulsores Ἀριστεροὶ μὲν ὥς φησι Φερεκύδης, οἱ γόητες αὐτῶν, οἱ δὲ ἀναλύοντες δεξιοί, ὡς Ἑλ-

9) Ἐφέσια γράμματα, ἐπῳδαί τινες ἦσαν, ἅπερ οἱ Φωνροῦντες ἐνίκων ἐν παντί. ταὐτὸ τῷ δαφνίνην Βακτηρίαν φορῶ Diogen. Cent. IV. 214. cf. Suid. s. δαφν.

10) Atque ob hunc e sparso pulvere ortum eosdem Spartanos dictos fuisse suspicor. Stephanus Byz., Κυλλήνιον ὄρος Κρήτης, οἱ παροικοῦντες Σκυλλαῖοι· Σκύλλιος γὰρ ὁ Ζεὺς αὐτοῦ τιμᾶται. ἔνθα φασὶν ἀποθέσθαι τοὺς Κουρῆτας μετὰ τῶν Σπαρτιατῶν τὸν Δία p. 676. ubi Salmasius μετὰ τῶν Κορύβαντων vel Βακτριανῶν legendum putabat; neutrum recte. Similiter enim Firmicus de Err. prof. gent. p. 9. ed. Rigalt.: *Saturnus Creta fugiens in Italia a Spartanis absconditur*; ubi quisque videt Spartos intelligi.

λάντιος Schol. Apoll. I, 1129. quem locum parum intellexit Sturzius Fragm. Pherec. p. 157. Namque ἀναλῦσαι non est *ferrum igne cudere*, *conflare*; sed veneficio solvere, ut apud Lucian. T. I. p. 565. contactus veneficio nescio quis ἀναλῦσαι se iubet, i. e. veneficio liberare v. Hesych. et Suid. s. v. idemque περικαθαίρων, ἀναλύων τὸν πεφαρμακευμένον ἢ τὸν γεγοητευμένον, unde ἀναλύτα Poll. VII, 188. hisque contrarium καταδεδέσθαι, i. q. πεφαρμακεῦσθαι et κατάδεσμοι (Orph. Lith. XV, 79.) *defixiones*. Sed non necesse est omnia.

Hos igitur ut praesentes et paratos haberent, si quid adversi incidisset, auxiliatores, non domi solum pro se quisque privatim coluerunt, sed etiam peregrinari secum terra marique coegerunt; quod quo facere possent facilius, icunculas aereas vel ligneas puellares, pondere tenues, opere rudi (quippe ad privatum usum) secum ferre vel in armariis vel in navium aplustribus soliti sunt, qualem et formam et usum Ebraeorum Teraphim et Septentrionalium Alrunos habuisse legimus. Neronem scribit Sueton. c. 56. icunculam puellarem habuisse, quasi remedium insidiarum, cuius admonitione futura praenosceret (Ἑκάτειον); puerilem imaguncnlam habuit Hadrianus c. VII. *Asclepiades philosophus Deae caelestis argenteum breve figmentum quocunque ibat, secum solitus efferre* Ammian. Marcell. XXII, 13. Festus: *Subsilles sunt, quas aliter Ipsilles vocant, lamellae necessariae sacris, quae ad rem divinam dicuntur conferre maxime, specie virûm et mulierum.* Tali specie Cabiros, tali Pataecos fuisse constat et tutelares deos omnes. Pausanias VIII, 31. 449. signa Megalopoli recensens, Ἔστι δὲ, inquit, καὶ Ἡρακλῆς παρὰ τῇ Δήμητρι μέγεθος μάλιστα πήχυν. τοῦτον τὸν Ἡρακλῆν εἶναι τῶν Ἰδαίων καλουμένων Δακτύλων Ὀνομάκριτος φησιν ἐν τοῖς ἔπεσι. Equidem duabus de causis hanc minutam formam etiam tum, cum publice dedicarentur hi dii, retentam fuisse coniicio; primum, ut antiqui usus imago quaedam et simulacrum servaretur, deinde etiam ut hac ipsa formae brevitate adscriptitii a superioribus, quibus servirent, facilius distinguerentur. Sed de his alias.

LXXIV.

Inscriptio Latina Romae nuper detecta. Explic. *Birgerus Thorlacius.*

IN HIS · PRAEDIIS
INSVLA · SERTORIANA
BOLO ESSE · AVR · CYRIACETIS
FILIE MEAE · CINACVLA · N · VI · TABERNAS
N · XI · ET · REPOSSONE · SVBISCALIRE
FELICITER

Scriptiunculas confecturi, quae Lectores Benevolos invitarent, ad obeunda Solennia Academica, quibus Doctores variorum Ordinum crearentur, argumenta plerumque elegimus sive ex ipsis auctoribus priscis, sive ex antiquitatibus, sive ex artis vetustae monumentis. Nunc cum similis se offerat commentandi occasio, liceat e disciplina *Epigraphica* disserendi materiem sumere, dum Inscriptionem Latinam Romae nuper detectam explicare tentabimus; id praecipue agentes, ut iunioribus philologiae studiosis exemplo ostendamus, quomodo in difficultatibus, quae Inscriptiones antiquas premant, versandum esse putemus. Monemus tamen, non ideo nos hoc suscepisse, ut eos exhortemur ad operam suam huic disciplinae nimis mature consecrandam; nam salebrae, quae Inscriptiones obsident, eiusmodi sunt, quae, uti magnam cum variis linguae periodis familiaritatem, ita multifarias cognitiones et praecipue criticum ingenium postulent. Cum vero philologo, qui auctores classicos diurna nocturnaque manu diu versavit, turpe foret disciplinam spernere, ad eos intelligendos et ad ornanda humanitatis studia valde necessariam; debet ille utique, ubi solide profecerit, in eo quoque genere interdum vires suas experiri. A Collega coniunctissimo O. Bröndsted, Romae literarum causa his annis degente, Inscriptionis nunc illustrandae copia mihi facta fuit. Is cum literis, ad amicissimum J. Möllerum, Virum S. V. d. VII Decembr. 1819. datis, hanc novitatem commemorasset, exhibita fuit Inscriptio cum reliquo epistolarum argumento Societati Regiae Scientiarum Danicae. Quandoquidem animadverti, optare Bröndstedium, ut de duabus vocibus huius Epigraphae difficilioribus meam sententiam proferam, tanto minus volui honesto amici voto deesse, quo magis sperabam operam me ita suscepturum, arduam quidem, sed nec iniucundam, nec nihil forte literis profuturam. [Scr. Hauniae, an. MDCCCXX.]

§. 1. Detecta est Inscriptio, quam exhibet tabula aenea huic opellae praefixa, Romae mense Octobri anni MDCCCXIX., dum fossione publicis impensis instituta, ad aedem Sti Iohannis decollati, prope templum

Sti Eligii de' Ferrari, nec longe ab illo urbis tractu, qui bocca della Verità dicitur (iuxta *G. Nolli Nuova Pianta di Roma*, in Rione XII del Ripa), comparebant bene conservatae substructiones et prima contignatio antiquae nec ignobilis domus Romanae, cuius fundamentum XXX saltem palmis hodierno vici strato depressius erat. Super arcu primae contignationis aditiali, optimi quidem operis, inveniebatur inscriptio rubris literis picta; quales sunt Pompeianae. Ea mox e muro exemta est et ad palatium Vaticanum translata. Ductus literarum boni sunt, simplices, ad lineam directi codicique Virgilii Florentino similes.*) Si locum domui in topographia Romae veteris assignare velles, in regione IX^na^ inter Capitolium et theatrum Marcelli, haud longe a ponte Palatino s. Senatorio atque foro boario quaerenda foret. Pertinet Epigraphe ad eam inscriptionum classem, quae domesticae dicuntur, et, si vera est nostra explicatio, antiquitatum domesticarum cognitionem novo, si vel non adeo gravi, augmento lo-

*) Cum *Bröndstedius* propria manu Epigraphen descripserit in loco, ubi inventa fuit, oportet ipsa Viri Cl. verba apponere: „Ved en af de smaa Gravninger, som Regiaeringen bestandigen lader fortsaette hist og her, inden for Murene, tildeels under Feas Bestyrelse, fandtes for nogen Tid siden i October Maaned i Naerheden af Kirken St. Eligio, og henimod det Quarteer som kaldes Bocca della verità, Substructionerne og förste Stokvaerk vel conserveret af et antikt Römersk og vel anseeligt Huus, hvis Fundament er i det mindste 30 Palmer under Gadens nuvaerende Broelaegning. Over förste Stokvaerks af ypperligt Muurvaerk opförte Indgangsvolte ell. Arcade befandt sig en vel skrevet, eller rettere med röd Farve malet Indskrift..... Jeg har afskrevet den paa Stedet selv, imedens Gravningslocalet endnu var utilkastet..... Bogstaverne ere smukke, skiönt allignerede, og meget lignende den berömte Codex af Virgil i Florentz. Jeg taenker Indscriften er af 3^die^ ell. Begyndelsen af 4de Aarhundrede efter Chr." Subiungo relationem cum hac prorsus consentientem, nisi quod brevior minusque accurata sit, quae legitur in N. 290. Ephemeridis inscriptae: *Morgenblatt für gebildete Stände* 4 Dec. 1819, excerpta ex literis Romà datis d. XIII Nov. ei. a. quae si habet: „Vor kurzem wurde eine rothe Aufschrift, nach Art der Pompejanischen, bey S. Giovanni decollato entdeckt. Sie enthält unter andern *zwey unverständliche Worte: Repostene und Superscaliro* (sic). Sie ist bereits von der Mauer abgenommen, und in den Vatican gebracht worden."

cupletat. Stilus eius haud pauca habet, quae similium comparatione illustrari desiderant; et duo vocabula, quae Latinis ignota fuisse putantur, diligentiorem poscunt interpretem. Totus vero tenor monumentum testari videtur, vix fine seculi IV[ti] vel initio V[ti] antiquius. Omnia haec clariora, spero, fient ex ipsa explicatione, quam nunc aggrediemur.

§. 2. IN HIS · PRAEDIIS · INSVLA · SERTORIANA

In his praediis, i. e. in hoc aedificio. Sic sumi posse hanc vocem, luculenter testatur Ulpianus I, 198. D. de verbor. signific. „Urbana praedia *omnia aedificia* accipimus: non solum ea, quae sunt *in oppidis*, sed et si forte stabula sunt, vel alia meritoria in villis et vicis, vel si praetoria, voluptati tantum deservientia, quia urbanum praedium non locus facit, sed materia."

Insula Sertoriana, i. e. in insula Sertoriana, praepositione *in* euphoniae causa omissa. Intelligitur hic insula, non sensu proprio, quo Sextus eam adhibuit, sic se exprimens: *) „Insulae dictae proprie, quae non iunguntur communibus parietibus cum vicinis, circuituque publico aut privato cinguntur;" et quo P. Victor eam sumsit, dum in libro de Romae regionibus insulas 46602, domos vero non nisi 1780 numerat; sed ut pars posterior amplae domus Romanae (quam praedia vocat Inscriptio), non nisi leviter cum parte anteriori coniuncta, licet communi cum ea porticu undique inclusa, verum celsior et pluribus contignationibus instructa, eo fine, ut inquilinis et conductoribus elocaretur. Tales insulas Cicero saepe commemorat, et Tacitus, in Annal. 15, 43, diserte refert, Neronem post incendium suum porticus exstruxisse, quae frontem insularum protegerent.

Possessor domus, uti et insulae ad eam pertinentis, erat Sertorius, cui feminae, in inscriptione nominatae, pater illam venditione tradidisse videtur ea lege, ut filiae ipsius quaedam insulae partes sive ad habi-

*) *Sex. Pompeii Festi et Mar. Verrii Flacci de verborum significatione Lib. XX.* notis et emendationibus illustravit *Andreas Dacerius.* Lutetiae Paris. 1681. 4to. P. 196. hanc notam Editor subiecit: „*Insulae* proprie domus ab aliis separatae, Cicer. Sueton. al.; improprie autem quaelibet domus, et si cum aliis coniunctae, etiam insulae vocabantur. Et hoc intellexit Festus, cum dixit *proprie*." Haud omnino accurate.

tandum, sive ad quaestum faciendum, perpetuo concederentur; cuius conditionis memoriam inscriptio nostra servare debebat.

§. 3. BOLO ESSE · AVR · CYRIACETIS FILIE MEAE

bolo ɔ: volo. Pronuntiatio, quae ex v faciebat b, in multis inscriptionibus occurrit. Apud Gruterum saepissime legitur bixit pro vixit. In vitris antiquis, quae descripsit Bonarottius, *) nil frequentius hisce expressionibus: FECIT SE BIBO, PIE BIBAS, BIBAS IN PACE. Nec desunt ipsius verbi volo per b scripti exempla. In coemeterio Callisti legebatur in lapide, quem Fabretti **) allegat, pia formula „quod vult Deus,“ ita detorta: QVOD BVL DEVS, eademque in alio lapide barbare sonans: COBVLDEO.

Aureliae Cyriacetis. Feminae nomen erat Aurelia Cyriace. De Aurelia nil dicere necesse, cum ea appellatio vulgatissima esset. Cyriace in titulis saepe legitur. Ex Lupi Epitaphio Severae satis innotuit Sta Cyriaca, eiusque coemeterium. Apud Fabrettium scribitur nunc Quiriace, uti p. 576. n. 162. 252, n. 39. nunc Cyriace, ex. c. p. 569. n. 129. AEMILIA CYRIACE caet. Quoad formam *etis*, rei epigraphicae periti genitivum eam esse putant vocabulorum feminin., quorum nominativi in *e* exeant. Ita Zaccaria ***) „I nomi Greci in *e* come *Musice*, che l'antichità alla declinazion prima volle ridotti, passarono alla terza, e nel nominativo ebbero la terminazione in *es*, nel genitivo poi quella in *etis*, come *Aelianetis*, *Aphroditetis*, *Agnetis*, o in *enis*, come *Helicenis*, *Marcianenis*, *Nicenis*.“ Sed varias ex eo genere Epigraphas intuenti suspicio oborta est, esse in ista forma aliquid derivativi, ut adeo Cyriacetis in casu nominativo expresserit Cyriaci filiam, et genitivum casum sibi parem habuerit. Confirmare id mihi videtur lapis apud Fabrettium p. 550. n. 17. sic habens:

---

*) *Osservazioni sopra alcuni frammenti di vasi antichi di vetro ornati di figure, trovati ne' cimiteri di Roma.* in Firenze 1716. 4to.

**) *Raphaëlis Fabretti Inscriptionum Antiquarum, quae in aedibus paternis asservantur, explicatio.* Romae 1702. Fol.

***) *Istituzione antiquario-lapidaria, o sia Introduzione allo studio delle antiche latine iscrizioni.* in Roma 1770. 8vo. p. 311 — 312. cfr. *Lupus* §. 16.

MARCIANETI FILIAE DVL
CISSIME QVAE VIXIT ANNO
MENSE ET DIES XV. MARCVS FILIAE FECIT.

Ut ex Marco filia Marcianetis, ita ex Cyriace filia Cyriacetis commode poterat formari. Hoc tamen peritis iudicandum relinquo; nam aevo ad barbariem inclinanti nulla formarum constantia certo potest constitui. *)

Filie pro filiae positum esse, sequens *meae* ultra dubium ponit. AE per E crebro efferebatur, id quod nuper allata de Marcianete Epigraphe satis ostendit. In re vulgatissima piget plura exempla afferre.

§. 4. CINACVLA · N · VI · TABERNAS N · VI.

Cinacula intelligendum *coenacula*, res ipsa docet. Eiusmodi itacismus in hac inscriptione notabilis est, non tam propter hanc vocem, quae nullam ambiguitatem admittit, quam propter vocabulum *subiscalire*, de quo mox dicendum. Coenacula erant conclavia in superiore domus parte, ad coenandum primo, dein aliis usibus destinata, pauperibus plerumque propria, uti coenationes nobilioribus. „Caenacula (ait Sextus) dicuntur, ad quae scalis adscenditur.“ Hinc Horatius Epist. I, 1. 90: „Quid pauper? mutat coenacula, lectos;“ Iuvenalis Sat. 10, 18: „Lateranorum obsidet aedes Tota cohors, rarus venit in coenacula miles“ ↄ: ad pauperes, qui in conducto, sub tegulis habitant; atque Martialis coenaculum suum describens canit: „Et scalis habito tribus, sed altis.“

N. VI. et deinceps *N.* XI. ↄ: numero VI, numero XI. Istud N. quod superfluum certe est, lapides saepe addunt, uti apud *Fabrettium* p. 547. 5. ANNIS N. LXII. et saepius,**) sive cum maiori *N* sive cum minori *n*. Lineola literae X numerariae apici addita sec. IV et V in Epigraphis frequentari coepit, cum in hac tum

*) *Alexius Aurelius Pelliccia in libro: de Christianae ecclesiae primae, mediae, et novissimae aetatis politia.* Neapol. 1777. T. I. p. 259. inscriptionem graecam inseruit, quae Cyriaceten nominat, videl. *Κυριακητη γλυτατη* (ↄ: *γλυκυτατη*) *καταθεσεις εν πακε* (depositio in pace).

**) cfr. pp. 557, 579, et 576 cum *n* minori.

in aliis literis. Apud Bonarottium *) videbis p. XVIII Inscriptionem, in qua nominis ALEXANDRA ultimum A talem lineolam summo adpictam habet.

Tabernae, quas Epigraphe nuncupat, ostendunt, non insulae frontem solum (quod ex Tacito supra diximus), sed caeteras quoque duas partes — nam quarta domui principali contigua columnas non habebat — porticibus cinctas fuisse. Sic opportunitas pluribus tabernis, in quibus merces venales proponerentur; unde maxime victus Cyriacae nostrae prospectus a patre fuisse credendus est.

§. 5. ET REPOSSONE · SVBISCALIRE.

En duo vocabula hucusque incognita, in quibus obscuritas vix extricanda haerere putatur. Hic vero mox notandum, quod in ultima voce, quam Bröndstedius SVBISCALIRE, epistolarum vero, Ephemeridi Morgenblatt insertarum, auctor SVPERSCALIRE legit, non dubitemus, cum iuxta criticam regulam, quae difficiliorem lectionem praeferre iubet, tum quia res ipsa id postulat, Bröndstedianam pro unice vera habere, imprimis cum ipse vir Cl. lapidem nuper inventum descripserit. Consulendo partim Inscriptionum exempla et analogiam, partim eas vias, quas pronunciationem, aevo Latinitatis ad barbariem vehementer inclinante, secutam cernimus, tenebras, quae ista duo vocabula premunt, sensim sensimque evanescere animadvertemus. Verba sic intelligo: patrem assignasse filiae, praeter dicta coenacula et tabernas, etiam *repositiones subscalares* ad domesticam commoditatem, videlicet loculos, loculamenta, repositoria (nobis Aflukker, Kabörkener) pone scalas, ubi illae in singulis contignationibus prominerent, eo fine condita claustrisque munita, ut ibi sive utensilia, sive adeo res quaedam esculentae servarentur.

In vocabulo *repossone* ostendere conabimur: *a*) reposso esse modo abbreviatam vocis „repositio" pronuntiationem; *b*) repositionem sat bene apud Latinos dici; *c*) in istius aevi inscriptionibus S, ultimam vocum literam, saepe excidisse. Quae ubi probata fuerint, explicationem nostram vindicatam credimus.

a) Si ex voce depositio extitit *deposso* (in nominat. singulari), non improbabile est, το „repositio" in „*re-*

---

*) in opere nuper citato: *de vitris*.

posso“ (nominat. sing.) transire potuisse. Deposso vero in Epigraphis plus vice simplici occurrit. Fabrettius *) quinque affert Inscriptiones id exprimentes, quarum duae sunt ex Roma subterranea, una ex coemeterio Castuli, una ex marmore Felsineo, et una denique e Coemeterio Pontiani. Ultimam, quae valde diserta est, apponam:

DEPOSSO IVSTINI · PRIDIE NONAS · A
PRILES · FRATRI · BENE MERENTI · IN P.;

ex his duae ablativ. habent DEPOSSONE, tres nominat. DEPOSSO.

b) τα *repositio* vere latina vox est, nominatim in rebus oeconomicis adhibita; nam Palladius **) Rutilius Taurus Aemilianus in opere: de re rustica, Lib. I. tit. XXXII dicit: „Foeni, palearum, ligni, cannarum re„positiones nil refert, in qua parte, dummodo siccae „sint atque perflabiles, et longe removeantur a villa „propter casum surripientis incendii.“ Patet, repositionem fuisse repositorii genus, quod si rure eum usum praestiterit, quem Palladius describit, in domo urbana non inepte adhibebatur de claustro subscalari, quod Inscriptio nostra tangit. Caeterum Palladium, Romanum hominem, tanto lubentius hic allegamus, quo magis Valesius ad Ammianum Marcellinum L. XXIX. I. p. 608 et Saxius in Onomastico I. p. 458 eius aetatem ad finem IV^ti post Christum natum seculi retulerunt.

c) ex „reposso“ formari debebat accus. pluralis „repossones;“ sed pronuntiationi, praecipue vulgi, solenne est ultimam vocabuli literam elidere. Id imprimis in literis *m* et *s* crebro factum; quod multa Inscriptionum exempla docent. Sic in Christiana Epigraphe apud Bonarottium: ***) POSTVMIVS · EVTHENION · FIDELIS · QVI · GRATIA · SANCTA · CONSECVTVS. et in hexametro male tornato ap. Fabrettium: †) TORV MARITALE DILEXIT. S vero omis-

---

*) in opere citato p. 573. n. 151. 152. 153. 154. LVII.

**) cfr. *Scriptores rei rusticae veteres latini, curante Io. Matthia Gesnero.* Lipsiae 1774. 4to. T. 2. p. 30.

***) de vitris p. 17.

†) Inscript. p. 252.

sum est, ut in multis aliis, ita in his Epigraphis Fabrettii p. 576, 163.

TITVLV FACTV
A PARENTES (sic) SIGNVM NABE (ↄ: navis) et ibid. p. 555. XXV. IVLIA FELICITA (sic) MARITO DVLCISSIMO; in quibus literae *s* elisionibus aliquid, quod transitum fecerit ad recentiorem linguae Italicae flectionem, Lectori puto mecum subolebit.

Simili rationi in voce SVBISCALIRE versabimur.

a) Sumimus, ut in *repossone*, literam *s* finalem loquendi negligentiâ, qualis in vulgo solita, excidisse. Difficilius forte persuadebitur Lectori, terminationem *ire* eandem esse ac *are*. Nec in promtu sunt exempla ex aliis inscriptionibus, quae id ipsum probent. Sed si verum est, quodvis monumentum optimum sui esse interpretem, negari nequit, eundem itacismum, mirum utique, qui in linea 4[ta], ex *coenatula* (cum *ae* etiam Festus scribit) fecerat *cinacula*, posse ex *scalare* facere *scalire*. Minus haec mutatio offendit, si cogitamus, istud *a*, dum initio seculi 5[ti] Italicum recentius sonare incipiebat, mixtum sonum ex ai, ae, aa habuisse. Si inscriptio in Gallica urbe fuisset reperta, mox compararemus hanc terminationem cum Gallica .... *aire* sicque Itacismi ratio sponte pateret. Iam licet de Romana Epigraphe sermo sit, arbitramur tamen sine temeritate statui posse, quod terminatio adiectiva *are* in suo *a* aliquid amplum quidem patulumque habuerit, sed sic, ut non nihil ex sono *i* arripiendo huic itacismo inscriptionis occasionem dederit. Nec isto tempore semina, unde Gallica, Italica, Hispanica et caeterae dialecti dein proveniebant, tum adeo explicata erant, ut limites singularum, nedum accuratae earum pronuntiationis, dici possent iam fuisse constituti.

b) Compositionis elementa quod attinet, constabat ea ex *sub* et scala, sed quae *iscala* efferebatur. Etiam in hoc *i*, vocibus ab *s* incipientibus praemisso, erat aliquid, quod de transitu Latinitatis ad linguas recentiores commoneat. Galli talibus vocibus suum *e*, Itali suum *i* vel hodie saepe praefigunt. Ut ex inscriptionibus exemplum in hanc rem valde disertum afferamus, sumetur illud ex vocabulo spiritus, non in nominat. modo et ablativo (nam ille poterat Italicum *il* spirito, hic compositus cum praepos. *in* existimari) sed etiam in dativ., uti:*)

*) vid. *Fabrettium* p. 571. n. 142, LII, 143.

BICTORI DIGNO ISPI
RITO CONIVX FECIT.

o: Victori digno spiritui (animae dulci, innocenti) coniux fecit s. posuit. Quod ergo antiquae latinitati fuerat: subscâlare, id vulgi ore initio sec. V[ti], post Christum nat. *subiscalare* (laere, *lire*) sonabat.

c) Licet adj. composit. *subscalaris* in nullo (quantum scio) scriptore latino legatur, nil tamen impedit, quo minus id in monumento aliquo exspectemus, cum adj. simplex *scalaris* apud Vitruvium *) occurrat, cumque ipsa compositio linguae analogiae prorsus sit consentanea. Sic *subalaris*, *subdialis*, *subocularis* bene Latine dicuntur. Sub scalis vere fuisse loculamenta sive rebus reponendis sive latebrae inservientia, et priscis auctoribus notum est. Loquitur Horatius (Epist. 2, 2. 15) de servo, qui „In scalis latuit metuens pendentis habenae." Dicit Cicero (Philipp. 2, 21. 9). Nisi ille se in scalas tabernae librariae coniecisset, hisque oppilatis impetum tuum compressisset; et pro Milone c. 41: Cum se ille fugiens in scalarum latebris abdidisset. Non itaque mirum, si tale cavum, quod scalae prominentia necessario format, claustro munitum interdum fuerit, atque ita rebus in oeconomia quotidiana servandis idoneum, *subscalarem repositionem*, ut cum Epigraphe nostra loquamur, effecerit.

§. 6. FELICITER.

Finitur Inscriptio hoc voto, cum proclamatione efferendo; quasi pater dixisset: *Quod bene vertat!* Quod felix faustumque sit! Simplex istud votum apud Gruterum et Muratorium saepissime in lapidibus legitur, ut non opus sit in re trita exempla citare. Ex fragmento vitreo apud Bonarottium Tab. XX, 2. patet, Christianos idem votum monumentis suis inseruisse.

Si omnia simul sumimus, pater, quem Cyriaci nomen gessisse autumamus, in hac inscriptione voluntatem suam sic consignavit: „*Volo, ut in insula ad aedificium pertinente, quod iam possidet Sertorius, filia mea Aurelia Cyriacetis servata sibi habeat VI coenacula, XI tabernas et loculamenta insulae subscalaria. Quod bene vertat!*"

Quamvis non in hac, ut in quibusdam aliis, Epigraphis, nota anni apposita est, apparet tamen ex mul-

---

*) Lib. 10. c. 13: „Regulae *scalari* forma compactae."

tis inscriptionibus, quibus nostram in praecedentibus illustravimus, et quarum haud paucae Consulum nomina subiecta habent, (quos fere omnes in confinio seculi IV^{ti} et V^{ti} vixisse, ex Fastis*) novimus), inscriptionem, quam explicare studuimus, ad seculi V^{ti} p. Chr. initium probabiliter posse referri.

LXXV.

Observationes in *Lucanum*. Scr. *Tork. Baden.*

I, 74. — — omnia mixtis
Sidera sideribus concurrent.

Mihi videtur *mixtim* legendum esse.

181. Hinc usura vorax, avidumque in tempora foenus.

tempora puta iniqua, quorum, ut sciunt omnes, adpetentissimi sunt foeneratores. Vox *temporis* hoc sensu millies apud Ciceronem occurrit.

460. — — inde ruendi
In ferrum mens prona viris.

Eadem constructione dixit Claudianus V. 400:

Unus per medios *audendi pronior* ense
Prosilit exerto.

478. Agmine non uno, densisque incedere castris.

que ponitur pro, et non, ut 2, 373:

Ille nec horrificam sancto dimovit ab ore
Caesariem, duro*que* admisit gaudia vultu.

ubi plura Oudendorpius. *non densis castris*, id est, raro ponens castra. *densis* enim valet frequentibus. Virgil. Georg. 4, 347:

Et Chao *densos* divom numerabat amores.

505. nullum iam languidus aevo
Evaluit revocare parens, coniuxve maritum.

coniux hic sponsam notat. Ovid. Her. 8, 68:

Nec quondam placuit, nec nunc placuisset Achilli,
Abducta viduum *coniuge* flere virum.

---

*) cfr. *Pelliccia* in opere laudato. T. III. p. 259 — 280.

maritus autem est sponsus. Ita apud Tibullum 3, 4, 31:

Ut iuveni primum virgo deducta *marito*
Inficitur teneras, ore rubente, genas.

et saepius.

II, 90. Nuda triumphati iacuit per regna Iugurthae.

nuda pro, desolata, depopulata. Senec. Agam. 435:

Iuvat videre *nuda* Troiae litora.

201. Tot simul infesto iuvenes occumbere leto,
Saepe fames, pelagique furor, subitaeque ruinae,
Aut caeli, terraeque lues, aut bellica clades,
Nunquam poena fuit.

fuit non commode referas ad priora, sed deest *fecit*, vel simile quid, omissum per Synezeugmenon. cfr. de hac figura Sanct. Minerv. p. 712.

394. hinc summa moventis
Hostis in occursum sparsas extendere partes.

Bene habet *summa*. Apud Val. Flaccum 1, 558. Iupiter:

ipse locos, terrenaque summa movendo
Experiar, quaenam populis longissima cunctis
Regna velim.

ubi vide Burmannum.

403. Fontibus hic vastis immensos concipit amnes.

Bene *concipit*, cuius id consequens est, quod de Perside dicitur 3, 257:

Quaque caput rapido tollit cum Tigride magnus
Euphrates, quos non diversis fontibus *edit*
Persis.

ubi Lucano ob oculos versabatur Seneca, *Tigrin Persica violentum unda* dicens in Herc. Fur. 1323.

III. 250. Tunc furor extremos movit Romanus Olostras,
Carmanosque duces.

duces i. e. proceres. Senec. Agam. 176:

Sminthea tenuit spolia Phoebei *ducis*.

ubi vid.

400. Lucus erat longo nunquam violatus ab aevo,
Obscurum cingens connexis aëra ramis,
Et gelidas alte summotis solibus umbras.

Lege *fingens*. Senec. Herc. Oet. 185:

me vel Sipyli
Flebile saxum *fingite*.

596. nec lux est notior ulli
Crastina, seu Phoebum videat, seu cornua lunae,
Semper venturis componere carbasa ventis.

In *componere* subauditur *ad.* conf. de hac ellipsi Voss. de Constructione c. 51.

707. multus sua vulnera puppi
Affixit moriens.

Codd. *vultus.* Repone *vulgus*, et intellige, militum, armatorum.

IV, 124. par Phoebus aquis, densas in vellera nubes
Sparserat.

Assentior Bentleio, *tensas* corrigenti. Seneca Oed. 327 de fumo:

nube *tensa* sordidam lucem abdidit.

ubi vid.

521. cunctas sustulit ardor
Nobilium mentes iuvenum.

nobiles intellige ex libertatis amore. Adigunt ita vss. 558 et 576. cfr. et Stat. Theb. 3, 102.

635 de Hercule:

Defectam timuit reparatis anguibus hydram.

defectam i. e. viribus privatam. Senec. Herc. Oet. 19:

hydra *vires posuit.*

715. *Eripe consilium* i. e. ocius cape; quo sensu Cornelius Nepos *eripere telum* dixit Alcib. 10.

V, 124. iussus sedes laxare verendas
Antistes, pavidamque deis immittere vatem.

Scribe *gravidamque deis.* Idem 9, 564:

Ille *deo plenus*, tacita quem mente gerebat.

Seneca Herc. Oet. 243:

conceptum ferens
Maenas Lyaeum.

543. Noton altera Phoebi,
Altera pars Borean diducta luce vocabat.

id est, provocabat, venturum significabat. Seneca Herc. Fur. 131 de ursis:

Lucem verso temone *vocant.*

640. cumque tumentes
Rursus hiant undae, vix eminet aequore malus.

tumentes, qui tumuerunt. Senec. Herc. Fur. 1182:

num quid infestum Lyci
Pereuntis agmen clade nos tanta obruit?

ubi vid.

VI, 205. tot vulnera belli
Solus obit.

Mss. *abit*. Lege *alit*. Virgil. Aen. 4, 2:

Vulnus *alit* venis.

517. Terribilis stygio facies pallore gravatur,
Impexis onerata comis.

Respexit illa Senecae Hippol. 832 de Theseo ab inferis reduci:

Ni languido pallore canderent genae,
Staretque recta squallor incultus coma.

522. non letiferas spirando perdidit auras.

i. e. corrupit. Val. Flac. 1, 449:

Perderet et pingui miseros Boebeïde crines.

VII, 179. Defunctosque patres, et cunctas sanguinis umbras
Ante oculos volitare suos.

Recte *sanguinis umbras* affinium umbras interpretantur. Senec. Thyest. 510:

ex hoc *sanguis* ac pietas die
Colantur.

491. odiis solus civilibus ensis
Sufficit, et dextras Romana in viscera ducit.

Corrige: *et dextras Romana in viscera duci*, i. e. dextrarum Romana in viscera ductio. Infinitum pro nominativo ponitur, ut saepe. vid. Sanct. Minerv. l. 3. c. 6.

504. Nec Fortuna diu rerum tot pondera vergens,
Abstulit ingentes fato torrente ruinas.

Recte Scholiastes explicat: „Non est morata in evertendis tot rerum ponderibus". Senec. Agam 206:

trahit
Captiva Pergama, et *diu* victos Phrygas.

ubi vid.

755. Non veritus, grave ne fessis ac marte subactis
Hoc foret imperium.

marte subactis, ut apud Livium 42, 52: „homines *subact* ac durati *bellis*".

VIII, 306. O utinam non tanta mihi fiducia saevis
Esset in Arsacidis!

Mss. *laevis* vel *ferri*. Vulgatae favet, quod infra dicitur 413:

non ulli plus regia, Magne, vacabit
Saevitia stimulata Venus.

527. Metiri sua regna decet, viresque fateri.

regna i. e. reges. Ita et Statius usurpat Theb. 12, 380. *sua*, das Ihrige. Cic. Quint. 14: „ut ad *suum* quisque perveniat“.

604. Disponis gladios, ne quo non fiat in orbe,
Heu! facinus civile tibi.

tibi significanter, ut apud Senecam Thyest. 713:

quem prius mactet *sibi*,
Dubitat.

ubi vid.

665. de Pompeio mortuo:
Iratamque deis faciem.

Bene habet *Iratam*. Supra 614 de eodem:

indignatus apertum
Fortunae praebere caput.

702. hac illum summo de culmine rerum
Morte petit.

Utrumque, *morte petere* et *de culmine petere* dixit imitatione Senecae, qui Herc. Fur. 630:

Natos, parentem, coniugem *leto petit*.

et ibid. 244:

Petiit ab ipsis nubibus Stymphalidas.

770. te Cornelia, Magne,
Accipiet, nostraque manu transfundet in urnam.

Scribe *moestaque*. Ovid. Fast. 4, 454:

Et feriunt *moestae* pectora nuda *manus*.

IX, 102. quam longo tradita leto,
Incertum est.

Recte Omnibonus *letum* pro vita instar leti accipit. Nam, ut ait Seneca Herc. Oet. 105:

mortis habet vices,
Lente cum trahitur vita gementibus.

Apud eundem Phoenis. 213. Antigone parenti:

quidquid potest
Auferre cuiquam mors, tibi *haec vita* abstulit.

338. Tunc magis impactum brevibus mare, terraque saevit
Obvia consurgens.

Mss. aliquot *saepe*. Legendum haud dubie: *terraque saepe it Obvia consurgens*. Senec. Med. 594:

> cupit *ire* in ipsos
> *Obvius* enses.

Versus monosyllabo terminatus etiam est 9, 723:

> Ossaque dissolvens cum corpore tabificus *seps*.

Nec quenquam, credo, movebit repetitio vocis *saepe* denuo facta v. 340, qui legerit *Weberum* V. Cl. de spuriis et male suspectis Lucani versibus subtiliter et copiose disserentem, p. 626. Confirmat adeo Scholiastes Lips. a, dum interpretatur: „Magis est inpactum mare, quia est brevius, et terra consurgens saepe est obvia ipsi mari" etc.

490. Saxa tulit penitus discussis proruta muris.

tulit nimirum *Auster*, omissum per eandem Ellipsin, qua dixit Seneca Herc. Oet. 739:

> Tumensque tacita sequitur, et quassat caput.

ubi vid.

X, 112. laqueataque tecta ferebant
Divitias, crassumque trabes absconderat aurum.

Imitatur Senecam, qui Thyest. 647:

> Immane tectum, cuius auratas trabes
> Variis columnae nobiles maculis ferunt.

LXXVI.

Obss. in *Quinctiliani* Decl. XIX. Scr. *Baden*.

II. 24. „Non fuit illud primum ignium, perire lumina candentia". Lege: *Non fuit illud privum ignium*, h. e. privatum.

III. 9. „Non mehercule possum tenere, quo minus in accusatorem dolor meus erumpat". *non possum tenere* pro, nequeo mihi temperare. Plaut. Merc. Prol. 52: „omnes *tenerent* credere". Cic. Qu. Fr. 2 med. „ego *teneo* ab accusando vix *mehercule*; sed tamen *teneo*".

ib. 18. „At propinquus C. Marii fuit. Corrumpitis iudicem, et animo alioqui levi gratiae pondus imponitis". *Alioqui lene grave pondus* W. *Alioquin levi grave* Leid. pr. Lucas. Emenda: *animo alioqui g r a v i l e v e gratiae pondus imponitis*.

XIII. 3. „Et sane dabat occasionem mihi opportunitas hortuli mei. Est namque positus ad ortus solis hiberni, apricus, omnibus ventis medius". Lege: *omnibus ventis mediis*, i. e. modicis et temperatis. Liv. 27, 25: „*mediis* ad censores, non ad senatum notionem de eo pertinere dicentibus".

ib. ib. „Satis consiti flores", i. e. sufficiunt apibus consiti flores. *flores* pro, florum. Auct. ad Heren. I, 1: „negotiis familiaribus impediti, vix satis otium studio suppeditare possumus". Ovid. Met. 3, 149:

Fortunamque dies habuit satis.

XV. 1. „ita a natura comparatum est, ut nihil gravius adficiat conscientiam bonorum, quam quotiescunque nulla merita ceciderunt". i. e. in irritum ceciderunt. Cic. Leg. 2, 13: „augurum praedictis multa *vera cecidisse*". Conf. de hac vocis potestate Cort. ad Cic. Ep. Fam. 7, 3, 9.

XVI. 2. „Inde est, quod... pariter reverti contempsimus". Lege: *consensimus*.

XVII. 5. „ego... sine tarditate respondi, me mori velle, et eadem veritate confessus sum, venenum esse, quod terebatur". *Veritate* i. e. simplicitate, ingenuitate. Vide, qui hanc vocis notionem explicant, Gierig. ad Plin. Paneg. 54, 5. et Mitscherlich. ad Horat. Od. 1, 24, 7.

ib. 6. „Audite nunc, ... quid post tres abdicationes et querelas toties iudicum gravitate percussas, velut attonitus, amens nuntiet seculo pater". Lege: *iudicum gravitate repercussas* i. e. discussas, disturbatas. Quinctil. 6, 3, 23: „Aliena aut reprehendimus, aut refutamus, aut elevamus, aut *repercutimus*, aut eludimus".

LXXVII.

De versibus quibusdam *Horatianis*.

Disputatio *Henr. Car. Abr. Eichstaedtii*, Indici Lectt. in Univ. Litt. *Jenensi* par aestatem an. 1820. habendarum praemissa.

Non unus ille in Horatii melicis operibus adhuc latuit subditivus versus, quem obelo nuper notavimus: aliquot etiam strophae reperiuntur, quas, nisi vates

Venusinus in tractanda materia ridicule fuerit inconstans, aut ex ipso nonnumquam lyricae poesis culmine humum supinus reciderit, ab eo proficisci potuisse non credibile sit. Scilicet haec una ratio relinquitur elegantiarum istarum defensoribus, ut, qui ipsum dormitasse interdum Homerum dixerit, eidem poetae aliquoties aegri somnia obvenisse statuant. Qua de re quid ego sentiam, paucis aperiam. In lyricis Horatii carminibus admodum pauca sunt, quae vim quamdam procreatricem ingenii et μανίας ποιητικῆς prodant: pleraque ille de Graecis fontibus non parce detorsit, sed tam cumulate ac paene dixerim immoderate derivavit*), ut, si quis inter nos hodie ad eum modum poemata pepigerit, et vel ex Britannis Italisque vel ex antiquis etiam poetis non solum argumenta et colores operis, sed ipsa quoque verba, patrio sermone reddita, verborumque et sententiarum ordinem ac feriem traduxerit, is vix videatur plausum et approbationem peritorum laturus. De iis carminibus Horatii dico, quae comparare licet cum superstitibus Graecorum fragmentis: unde qui coniecturam faciat de caeteris, quorum imitationem, deperditis Graecis, mente magis quam oculis cernimus, non verendum ei est, ne audaculi et in Horatium iniurii coniectoris notam subeat. Sed in hac ipsa vel imitandi vel vertendi sedulitate ubivis tamen admirabilis elucet dignusque Augusteo aevo sensus pulcri ac venusti, in delectu verborum, in sententiarum per strophas lyricas decurrentium iunctura, in componendi sive potius composita accommodandi artificio. Cui quidem elegantiae sensui, reputate Vobiscum, *Cives*, quo pacto conveniant ea, quae in praeclaro illo ad Lyden, cui expugnandae poeta Mercurii opem implorat, odario (III, 11. v. 17—20) hodie legimus:

Tu potes tigris comitesque silvas
Ducere, et rivos celeris morari:
Cessit immanis tibi blandienti
Ianitor aulae

*) Aliter iudicavit Bentleius in notis ad hoc ipsum, quod praefandi materiem dedit, carmen v. 9. p. 187: „*Novimus Horatium non multum amare fidos illos interpretes et serviles imitatores, qui verbum verbo exprimendum curant.*" Sed vix ita scripsit ex animi sententia: novimus nos quidem eximii viri captiosam ac paene sophisticam dissimulationem, ubi id agebat, ut coniecturas vel aliorum refelleret, vel suas firmaret. Qua de re etiam God. Hermannus praeclare nuper disputavit.

Cerberus; quamvis furiale centum
Muniant angues caput eius, atque
Spiritus teter saniesque manet
Ore trilingui

Posterioris strophae censuram nemo acutius severiusque magno Bentleio egit. Is recte post Dacierium monuit, carmen dehonestari vocula *Eius*, qua neque h. l. opus sit ad intelligendi perspicuitatem, neque omnino epici aut lyrici poetae uti soleant. „Immo, ait, magno sane cum iudicio, vocabulum hoc propetuo multarunt exilio, ne carminis maiestatem humi serpere cogeret, utpote singulis fere periodis recursurum, ni stilo poetico subintelligeretur extrinsecus, neque praesentia sua versus inquinaret. Inde est, quod in toto Virgilio ne semel quidem occurrit *Eius*.“ Quod cum Bentleius egregie animadvertisset, mirandum profecto est, post eum exstitisse Horatii interpretes, qui vocabulo dignitatem nescio, quam vindicare conarentur Propertii, Gratii, Ovidii auctoritatibus: quasi illi lyricis aequiparandi sint vatibus, aut Naso potissimum elegos suos supra prosae orationis humilitatem evexerit. Sed quod idem Bentleius pronuntiavit, in verbis sequentibus excusari fortasse, probari certe et laudari non posse, quod legatur: *Spiritus teter saniesque manet*, siquidem *spiritum* sive halitum *manare* nemo umquam dixerit: in eo eximius vir cupidius quam verius iudicavit, nihil respiciens ad illud satis usitatum poetis ζεῦγμα, sed, quemadmodum solebat in fervore critico, id unice agens, ut locum una parte affectum ex omnibus omnino partibus damnaret, quo magis persuaderetur lectoribus de emendandi necessitate. Emendari autem iussit *exeatque*: quod dum exemplis quibusdam Ovidianis commendat, ipse sentit candideque more suo fatetur emendationis probabilitati id obstare, quod in locis illis *Spiritus exit* de iis duntaxat dicatur, qui moribundi animum exspirant. Ita tandem eo delabitur disputando, ut optet Nostrum scripsisse potius, *exeatque halitus teter*. Intra eosdem rerum optabilium terminos consistunt, etiam coniecturae, quas alii protulerunt, *effluatque*, *aestuetque*, aliae: quarum plenum recensum dare vix operae pretium est.*). Neque attinet

*) Sat honestus plerisque conceditur in ima pagina locus. Cuningamius, mutata interpunctione, edidit *quamquam — muniunt angues caput, eius atque — manat.* Nam tolerabilius ipsi videbatur vocabulum *eius*, ad sequentia tractum.

notare usum particulae *quamvis*, qui solum Cuningamium, sed iure, offendit. Altius enim inhaeret loco vitium, quam quod uno alterove verbo permutando exstirpetur, Ac duo imprimis sunt, quae illum in magnam aut vituperationem aut suspicionem adducant: alterum, quod, inserta stropha, versu 17—20 vehementer turbatur lyrica sententiarum progressio et concinnitas; alterum, quod in ea non habemus nisi pannulos quosdam, ex genuinis Flacci carminibus miserabili arte contextos. De utroque vix opus est, ut singulatim exponam. Nam quid, obsecro, causae putamus fuisse, ut, quum poeta tigres ac silvas, quas Orphea testudo duxisset, rivos, quorum cursum morata esset, Ixionisque ac Tityi inviso vultu risum veloci, sed gravi, stilo attigerit, in uno Cerbero describendo per unam et dimidiatam stropham immoraretur? Nam de Danaidum scelere ac supplicio quod plura proferret, iustissima sane causa in eo erat, quod illarum exemplo docere Lyden volebat, fastidia et superbiam puellarum a diis plecti. Iam tollite quattuor illos versus, qui posteriorem stropham efficiunt: lyricae expositioni cum partium aequalitate etiam vim et nervos restitutos sentietis. Sublatis autem versibus ne quis Horatio quicquam detractum doleat, nihil detraximus, nisi quod ineptus interpolator ex aliis et genuinis locis suffuratus esset. Vix dubium enim est, quin ex II. Od. 13, 33—36.

Quid mirum, ubi illis carminibus stupens
Demittit atras bellua centiceps
Aures, et intorti capillis
Eumenidum recreantur angues;

et II. Odar. 19, 31. 32, ubi Cerberus

recedentis trilingui
Ore pedes tetigitque crura,

Tum idem, suomet ipse iudicio diffisus, coniecit *aestuatque*, vel *efflat atque*; prius illud receperunt Sanadonus et Sivrius. *Aestuetque*, servatis caeteris, reposuit Wakefeldus, laudans Lucret. III, 1025 et Sil. Ital. VI, 219: *effluatque* maluit Gesnerus, allato Seneca Troad. 394; *emicetque* Iani, qui etiam alia coniecit, quae oblivione, speramus, nunc obruta, inhumanum est in memoriam et censuram revocare. Fea, quod mirum, nihil notavit. Vanderbourgianae editionis secundo volumine aegre careo, qui acutissimi viri hoc de loco sententiam imprimis aveam scire.

nostra illa conflata sint. Accedit, quod Cerberus multo gravius h. l. et lyricae dictioni convenientius significatur descriptione: *immanis ianitor aulae* *), quam adiecto nomine, qui intelligendus sit ianitor, tamquam aliquo interpretamento declaratur. Quid? quod ea nominis adiectio tanto est frigidior, quum novam stropham ordiatur, cuius haec omnino ratio est, ut vim superioris infringat. Nullum equidem in Horatii carminibus exemplum inveni, in quo eadem h. e. aeque putida et inepta sit iunctura stropharum, neque cadere eam puto in artem poetae. Etenim Horatius aut integras sententias singulis strophis concludit, quae frequentissima eius et a Graecorum libertate discrepans ratio est, aut sententiam priore stropha inchoatam sic persequitur deducitque in posteriorem, ut et attentio lectoris maxime suspensa teneatur, neque carere sequentibus possit, qui velit sensum poetae perspicere. Qualia sunt I. Od. 2, 47—49

Neve te nostris vitiis iniquum
Ocior aura
Tollat!

I. Odar. 12, 27—29 de pueris Ledae:

— — quorum simul alba nautis
Stella refulsit,
Defluit saxis agitatus humor.

et aliis locis. In nostro non tantum nulla est attentionis suspensio, sed summa etiam importunitas dicentis ea et glossatoris more adiicientis, quae dici sibi et adiungi nemo sanus postulabat: ut turpem profecto caudam stropha, quae praecedit, trahere videatur.

---

*) Dubitant commentatores, utri vocabulum iungendum sit epitheton. Non dubitabant interpretes Germanici, poetico sensu edocti. Ramlerus enim vertit:

Deinen Zaubertönen wich selbst der Hölle
Heulender Hüter.

et Vossius:

Ja, es wich, liebkosende, dir des Orkus
Grausiger Pförtner.

Nunc, expuncta stropha, concidit etiam illa dubitatio, quam eximere iam poterat elegans oppositio, *blandientis* et Virgilii similis locus, a Doeringio docte allatus, Aen. VI, 418

Cerberus haec ingens latratu regna trifauci
Personat, adverso recubans i m m a n i s *in antro.*

Quamobrem collectis rationibus omnibus, ad quas paullo uberius explicandas ipsum me nomen ac dignitas poetae impulerant, quid tandem reliqui est, nisi ut stropham, tot vitiis inquinatam, sensui pulcritudinis repugnantem, arti prorsus contrariam, interpolatori reddamus, ab Horatio abiudicemus? Quae sententia si probata fuerit idoneis iudicibus, mox pergam quo coepi, similemque in duodecimo libri primi carmine fraudem demonstrabo; sin displicuerit, unum certe nunc habeo, sed acerrimi iudicii maximaeque subtilitatis adstipulatorem, cuius me consensu consoler, ***Frid. Guil. Ioseph. Schellingium***, quem ex dumetis philosophicis ad hos Musarum amoenissimos recessus tandem rediisse laetamur.

LXXVII.

De *Arcadii* quibusdam accentuum praeceptis. Scripsit *Car. Guil. Goettling.*

Accentuum doctrinâ nescio an nihil quicquam maius taedium elegantiae studiosis hominibus procreaverit, quam baiulis et operariis grammaticorum relinquendam esse putant. Sed cum his viris equisque non opus est, ut multum contendamus; et, si opus erat, factum id est a *Porsono* in notis ad Medeam Euripideam. Non enim parum in se fructus habet accentuum doctrina, si recta et definita ipsius historiae linguae graecae cognitione gubernetur. Quae vero cum saepe nitatur diligenti et subtili politicae gentis historiae intelligentia, ita ut altera alteram partim excipiat, partim explicet, vanum esse et inane eorum fastidium, qui absque historiae cognitione posse accuratam linguae cognitionem te adipisci contendant, sponte colliges. Videntur autem hac re inprimis peccavisse accentuum doctores, quod particulatim non summatim eam doctrinam tradiderunt, non, ut quidque primum exortum erat, ita primum exponentes, servato temporum ac rerum ordine, sed, ut solet plerumque usu evenire in rebus grammaticis, excipientes et pro vero ementes, quod grammaticorum quisque pro vero venditasset. Ita paullatim, hoc more per saecula identidem repetito, ingens, praesertim in doctrina de accentibus graecis, exorta est confusio, quae filum, unde haec omnia pendeant, aut aegre aut prorsus non investigari

patiatur. Quare — vix credas — extiterunt, qui accentuum rationes in pronunciandis verbis graecis prius nos sequi debere negarent, quam reddita esset Graeciae libertas publica, et, exuta pristina servitute, novam illa pronuntiationem ex edicto scilicet recepisset. Nae illis multa saecula exspectanda erunt; nos interim pro virili parte ea curasse iuvabit, quae sunt in promptu, ne, dum castella defendimus, urbem huius doctrinae prodere videamur. Videtur itaque ante omnia operae pretium facturus, si quis, quae a grammatico quoque in hac doctrina tradita sint, sedulo colligat, distinctis tamen rebus secundum temporis seriem et resectis iis, quae nonnisi ex caeca relligione erga *Herodiani* auctoritatem exorta sunt, ne in mole auctoritatum quasi in saxo haereamus et in ipsa veri disquisitione praepediamur. Nam etsi satis *Herodiani* et diligentiam et perspicacitatem novimus, tamen, sicubi argumenta ipsius linguae historica non congruant, nulla, ut eum sequamur, idonea causa est. Neque enim cum iis sentimus, qui haec nuperrime disserere coeperunt, nunquam certis regulis posse hanc doctrinam describi propterea, quod tam multi inter se contendant grammatici. Culpa non est in ferentibus leges, sed in temere accipientibus vel cum nulla adest idonea causa. Videtur etiam saepius accidere quibusdam grammaticis, quod *Cicero* de vatibus usurpat: *male coniecta maleque interpretata, falsa sunt non rerum vitio sed interpretum inscientia.* Non ideo nobis compertum esse cognitumque funditus, quid oscines canant grammatici contendimus; sed rimari quae causae possint esse earum legum, quas insignes proposuerunt grammatici, arroganter factum non dices.

Magnus sane is locus est, quem nemo magis perpurgavit *Reizio*, cui tanquam Pelias quidam, si diuturniorem fortuna vitam ei concessisset, omnis haec doctrina de accentibus recoquenda erat. Non poenitebit tamen vel post hunc virum quaedam protulisse, fulta grammaticis rationibus. Opportune enim accidit, quod *Barkerus* nuper *Herodiani* accentuum doctrinam in epitomen ab *Arcadio* Antiocheno redactam edi curavit, de qua quidem non ita sentimus, ut ne transversum quidem digitum decedendum esse credamus ab iis, quae propositae sunt, regulis; potius demonstrabimus, si fieri poterit, alia esse retinenda, alia reiicienda, negligenda alia. Tamen in his rebus cavendum est, ne *Herodiano* iniungamus, quod ab *Arcadii* ingenio profectum est. Hic enim, id quod constat inter omnes,

scripsit περὶ ὀρθογραφίας, περὶ συντάξεως τῶν τοῦ λόγου μερῶν et ὀνομαστικόν. Librum, quem nunc *Barkerus* quidem edidit, περὶ τόνων, nec *Suidas* noverat, nec, quod sciam, alius veterum quisquam. Contra *Aristodemus* quidam a *Suida* s. v. tanquam is allegatur, qui *Herodiani* doctrinam de accentibus in epitomen contraxerit. Idem *Theodosii* grammatici epitomes mentionem facit, non incognitae illius *Bentleio*. Praeterea ab *Fabricio* grammatica quaedam, XIX complexa libros, in bibliothecis Parisinis asservata ut opus Arcadii nuncupatur. Sed ex variis lectionibus, quae ex alio quodam codice, eodemque Parisino, annexae sunt editioni Barkerianae, satis elucet, hanc grammaticam ne minimum quidem differre ab ea, quae typis est conscripta, de accentibus doctrina. Rubrum enim in altero illo codice (2603) ita habet: Ἀρκαδίου γραμματική, ac si libros, quibus omne suum opus absolvit *Arcadius* computes, numero a *Fabricio* allegato ita respondet, ut nec vola dubitationis relinquatur. Sed habet titulus ille magnifici aliquid ac fastidiosi, ut, quaedam de suo addidisse *Arcadium*, fere pignore contendam. Quibus accedit, quod verba praefationis *Arcadii*: Σκόπει οὖν εἴ τι καὶ ἡμῖν ἤνυσται χρήσιμον εἰς συντομίαν, ἀλλὰ καὶ εἰς σαφήνειαν· ἐπεὶ γὰρ τὸ πολύϋλον τῶν ὁρισμῶν ἐν πολλοῖς κανόσιν ἀθρόως κείμενον δύσληπτον ἦν, καταδιῃρέθη τοῦτο, ἵν' εὔληπτα γένηται διαιρεθέντα ὑφ' ἓν κείμενα τῷ Ἡρωδιανῷ κ. τ. λ. innuere videntur, non temere eum secutum esse praescripta *Herodiani*. Satisne hoc sit commode factum aut, quae populariter ab *Herodiano*, an elimatius haec ab *Arcadio* sint proposita, id scire avemus, iudicium nostrum qualecunque interposituri.

Primum quaeri potest, quid causae sit, quod monosyllaba vocabula tertiae declinationis in accusativis et nominativis sibi servant in prima syllaba tonum, quum gignendi et dandi casus in eam syllabam eum promoveant, qua syllaba crevit omne vocabulum. Cuius rei, mirae quidem, si obiter consideres, et rediculae adeo, ut potius stertentem aliquem in grabato monachum hanc regulam ioci causa concinnasse putes, non Graecos antiquos, sapientes illos, nec temere quidquam facientes, satis tamen idonea penitius historiam linguae consideranti causa esse videtur. Nempe nominativos et accusativos primis linguae temporibus nota omnino non distingui solitos, sed una eademque usos esse terminatione argumentis et sat firmis iis probari potest. Dualis numerus et neutrius generis vocabula,

quae antiquissimam flexionis speciem repraesentant, satis illud evincunt. Unde factum est, ut, qualis nominativo conveniret tonus, non denegaretur talis accusativo, quum crescens paullatim linguae volubilitas notis quibusdam casum utrumque distinxisset. Huius rei cum causa sit aperta, satis tamen illud videbitur obscurum, quid Graecos commoverit, ut in casibus vere obliquis, genitivo et dativo, accentum promoverent. Hanc regulam antiquissimis temporibus obtinuisse mihi persuadere nondum potui, quum participia monosyllaba satis ostendant, in Verbo, quod priscam accentuum rationem diutissime omnium servavit, non opus esse. Quid? quod *Hesiodi* illud Δρυὸς ἔλυμα etc. Δρῦος quodammodo flagitare videtur. Accedit, quod vel in vocibus quibusdam tertiae declinationis connivebant etiam recentiores. Sic, cum omnes παντός, παντί, παντοῖν, iidem omnes πάντων, πᾶσι, posthabita recentiorum lege. Haec tamen, quam diximus recentiorum legem, partim in ipso hoc, quod monosyllabae sunt voces, explicationem suam habet. Nempe eiusmodi vocabula talem habent in etymo vim, ut, si qua flexio accedat, quae, non sensum dicam, sed rationem vocis commutet, satis per se sit clarum, cur promoveatur accentus; neque magis id mirum videtur, quam si hanc in prima et secunda declinatione legem videmus constitutam: Vox quaeque, quae acutum in ultima habet in nominativo, circumflexo notator in genitivis et dativis.

Sed praecipua explicandi ratio petenda est ex genitivis pluralis primae declinationis et ex ionica forma tam secundae quam tertiae declinationis genitivorum numeri pluralis; quae omnino causa esse videtur, cur ad caeteros etiam casus obliquos haec accentuum ratio transiret. Nimirum Iones, sicubi consonans terminationem praecedat, ε litteram in genitivo plurali solent interponere.

Sic πεσσέων, τουτέων, χιλιαδέων, χηνέων. Hoc ab Atticorum idiomate non prorsus abhorruisse probant quae *Arcadius* p. 136: καὶ χωρὶς τῶν παρ' Ἀθηναίοις ἀριθμητικῶν τοῦ χιλιάδων καὶ μυριάδων· ταῦτα γὰρ παρ' αὐτοῖς περισπῶνται, παρ' ἡμῖν δὲ βαρύνονται. Ex his corrigi possunt, quae apud *Suidam* de χιλιῶν*) sunt dicta, quum debebat esse χιλιαδῶν. Dores eodem modo videntur α interposuisse pro ε, unde non est, quod θηρᾶν, αἰγᾶν et γυναικᾶν ex θηράων, αἰγάων, γυναικάων orta, multum a

*) Cf. Maittaire de dial. §. 43.

graecae linguae indole abhorrere dicamus, licet invito *Bentleio*, V. *Porson* ad Hecub. v. 1061 et *Buttmann* (ausf. griech. Gramm. p. 176), aut invidiam facere debebant etiam formae *Ποσειδᾶν* pro *Ποσειδάων* etc. Huius rei etiam in caeteris casibus, ubi opus esse videbatur Graecis, exstant exempla, ut, cuius infra fiet mentio, *υἱέος*, *υἱέϊ* et *υἱάσι*. Solet enim in attica dialecto α implecti ante consonantes, ε vero ante vocales. Ita quod alibi *ἁλάσι* (V. *Buttmann* ausf. griech. Gramm. p. 227) apud poetas est *ἅλεσι*, non confundendum illud cum forma, quae apud *Herodotum* est *ἁλέσι*, IV, 184. Hae vocales interpositae non multum differunt ab iis vocalibus, quas in Verbo dicunt copulantes; rationemque primam hanc fuisse, qua terminationem cum etymo coniungere solebant antiqui, satis elucere videtur ex iis vocibus polysyllabis tertiae declinationis, quae ι, υ, ο et interdum α habent vocales radicales, ut vocant temere, quum copulativae aut variantes propter mutabilitatem dicendae essent. Sic verbi causa *πόλις*, *πόλεων*, *πῆχυς πήχεων*, *ἔθνος ἐθνέων*, *κέρας κερέων* radices habent *πολ* non *πολε*, *πηχ* non *πηχε*, *ἐθν* non *ἐθνε*, et *κερ* non *κερε*. Nondum vero huousque mihi occurrit exemplum, quod, dialectum ionicam ε illud implectere vel iis vocibus, quibus nulla sit consonans in radice, comprobaret. Haec genitivi pluralis ratio non observata est a caeteris linguae graecae dialectis, nisi in omnibus fere vocabulis primae declinationis et in monosyllabis tertiae, ita tamen ut ex contractione solum internosceretur. Sic verbi causa ex *ἡμέρα* fit ionice *ἡμερέων*, dorice *ἡμεράων*, attice *ἡμερῶν*, ex *μήν* primum *μηνέων*, deinde *μηνῶν*. Transiit ita ab genitivo pluralis numeri, ubi satis ex contractione intelligitur, in verbis monosyllabis tertiae declinationis haec accentus ratio ad caeteros etiam casus obliquos numerorum omnium.

Quibus rebus breviter expositis veniendum est ad id, cuius causa haec praefati sumus. Excipiuntur enim ab *Arcadio*, seu potius *Herodiano*, p. 134 vocabula quaedam, quae licet monosyllaba sint, genitivum pluralis non in ultima, sed in prima syllaba accentu notant. *Σεσημείωται*, inquit, *ταῦτα μὴ περισπασθέντα Τρῶες Τρώων, τίνες τίνων, πάντες πάντων, παῖδες παίδων, θῶες θώων, κρᾶτες κράτων (αἱ κεφαλαί) δᾷδες δᾴδων, λάες λάων, δμῶες δμώων· χωρὶς δὲ τούτων εἰσὶ καὶ ἕτερα, σέες σέων (ἀπὸ τῶν σκωλήκων) καὶ φῴδων, οὐδένων, φθάντων.* His adde quae p. 132: *εἰ δὲ εἰς οιν γενικὴ ἀπὸ εὐθείας τῆς ες γίνοιτο, τότε ὁμοτονεῖ τῇ γενικῇ πληθυντικῇ, ἀνδρῶν ἀνδροῖν, φωτῶν φωτοῖν ἐπὶ*

ἀνδρῶν, φώτων δὲ φώτοιν ἐπὶ πυρσῶν, πάντων πάντοιν, χειρῶν χεροῖν, παίδων παίδοιν. Videsne ut haec concinant, quae ab *Arcadio* sunt proposita? Nobis vero si prima dederis, quae de origine genitivi pluralis exposuimus, danda sunt etiam quae sequuntur:

Vox quaeque monosyllaba notatur in genitivo pluralis *circumflexo*, si consonantem habeat radicem. Huius generis sunt μηνῶν, χηνῶν, θηρῶν. Excipiuntur δᾴδων, φῴδων, παίδων, κράτων, utpote exorta ex δαΐδων, φωΐδων, παΐδων, κραάτων. Notantur vero in genitivo plurali *gravi accentu* quae vocales habent radicem ω et ε. Excipiuntur enim, quorum accusativus singularis numeri per ν et vocativus sine ς flectitur ut δρῦς δρυῶν, βοῦς βοῶν, γραῦς γραῶν. *) Discrimen enim tantum est, quantum maximum esse potest, si compares cum iis vocibus, quarum supra iam fecimus mentionem, ut πόλις πόλεων, πῆχυς πήχεων. Hoc dissimile totum. Tales enim vere admisisse ε vocalem copulativam ex ΤΙΣ vocabulo prodire videtur. Hoc enim υἱέος, υἱέε, υἱέοιν, υἱέων habet, quum epica forma huius vocis audiat υἷος, υἷι. Huius rei an digamma causa fuerit, nescio; sed conferri possunt ναῦς et *navis*, γραῦς et *gravis*, βοῦς et *bovis* et quae sunt huius generis. Certe etiam in attica dialecto digamma in voce ταῴς causa fuit, cur non, quod nusquam alibi ab Atticis neglectum vidi, in τεώς mutaretur. Vocabulum σής σέων primum apud *Arcadium* inter excepta refertur, incognitum illud nostris grammaticis, sed exemplo satis idoneo firmatum. Vide enim quae dudum apud *Aristophanem* Lysistr. 730 legebantur:

Οἴκοι γάρ ἐστιν ἔριά μοι μιλήσια
Ὑπὸ τῶν σέων κατακοπτόμενα. ΛΥΣ. ποίων σέων;

Apud eundem *Aristophanem* Plut. 537 φῴδων genitivus aeque bene accentu est notatus.

Sequitur ut vocabulorum πάντων πᾶσι, ὤτων et φώτων reddamus rationem. Quorum prima iam sunt notata ut relicta ex antiquis temporibus, neque urgenda magis quam οὐδένων οὐδέσι, quum pronuncietur οὐδενός et οὐδενί. De ὤτων vero et φώτων, an recte in prima

---

*) Saepe mirati sumus, quid causae esset, ut κίς vocem acuto notarent grammatici, λῖς vero circumflexo. Debebat esse aut κῖς ad normam σῦς, μῦς, δρῦς aut in accusativo flecti κία ut Δία. Rectius vero ῥίς, θίς acuuntur.

acuantur iure meo mihi videor dubitare, quum idonea causa non adsit. Quod ad φῶς attinet, nihil movisse grammaticos, nisi ut discrimen notarent a φώς evidentissimum est. Accedit vero quod neutra vox recensetur inter paroxytona ab *Arcadio* seu potius *Herodiano*, nisi putaveris φθάντων, quo nihil hoc loco alienius, mutandum esse in φώτων. Sed ut hoc credam nihil me movet illud, quod p. 132 ab *Arcadio* haec proferuntur: Φωτῶν. φωτοῖν ἀπὸ ἀνδρῶν, φώτων δὲ φώτοιν ἐπὶ πυρσῶν. Qua enim regula, *Herodiano* nimis indigna et, si recte auguramur, ab *Arcadii* ingenio profecta, haud scio an nihil quidquam inconvenientius sit dictum. Sed quae est regula tam nulla, quam grammatici non secuti essent? Omnes fere huius memoriae Angliae grammatici hanc legem, *Porsono* praeeunte (V. eius Hecub. v. 45.) quasi sancitam acceperunt.*)

Sed prorsus alia est ratio genitivi dualis numeri: cuius qualis sit iam exinde elucet, quod nunquam ionica dialectus illud ε, de quo commodum disputabamus, in genitivo dualis interponere solet. Inde patet, non debere ad normam πάντων etiam πάντοιν etc. pronunciari, quum non liceat ionicae dialecto παντέοιν; aut posse et πάντι et πάντος pronunciari. Quid opus est plura? Scribendum et pronunciandem φωτῶν a φῶς et ὠτῶν ab οὖς. Ferrem hoc alterum si esset ab οὔατων οὔτων non ὠτῶν. Sit ita sane, dices; sed nos, quae vere sunt in usu, non quae fingi possunt mente, spectare debemus. Et facile patior, hoc a te mihi obiici, dummodo, non veterum Graecorum, qui omnia quae loquebantur meminerant, sed grammaticorum hanc esse pronunciationem, ac sumere te pro certo, quod controversum sit, mihi concesseris. Sunt enim eiusmodi exceptiones quasi deverticula grammaticorum, ad quae, equorum sitientium instar, semper reverti solent.

His proxime annectenda sunt, quae apud *Arcadium* p. 137: ἐπὶ δὲ ὀνομάτων ὀξύνονται (αἱ δοτικαὶ) τρωσί, βουσί, παισί, χωρὶς τοῦ πᾶσι καὶ πηλεῦσι (an πλεῦσι a πλέοσι?) καὶ ἔτι χωρὶς τοῦ μηδενὸς μηδέσι· αἱ δὲ δοτικαὶ προσλαλοῦσαι (l. προσλαβοῦσαι) α παροξύνονται πατρὶ πατράσιν, ἀνδρί ἀνδράσιν, υἱῖ υἱάσιν, et quae dicta sunt p. 128: Προστίθησι δὲ ὁ τεχνικὸς, ὅτι τὸ μητρός καὶ ἀνδρός καὶ πατρός ἀπὸ τοῦ

*) Sic in: The elements of Greek Grammar; with notes for the use of those, who have made some progress in the language. Sixth edition. London 1818 p. 167.

μητέρος καὶ ἀνέρος καὶ πατέρος ἐγένετο κατὰ συγκοπήν, διὸ οὐκ ἐφύλαξαν τὸν τόνον, ἀκολουθήσαντα τοῖς ἰδίοις συγγενέσι, πατέρος, μητέρος, ἀνέρος. Ἔτι ἁμάρτηται καὶ ὁ τόνος τῆς γυναικός καὶ θυγατρός; et rursus p. 129: τὰ δὲ πατρός καὶ ἀνδρός καὶ τὸ μητρός συγκοπέντα ἠκολούθησε τῷ χαρακτῆρι τῶν εἰς ος δισυλλάβων γενικῶν. Haec satis contorte sunt dicta et perturbate. Qui enim γυναικός et θυγατρός etc. uni eidemque regulae possunt adaptari, quum hoc syncopen patiatur, illud syllabam γυ mutam habeat, ita ut *ΓΝΑΙΞ* quasi primum sit etymon?

Sed quoniam dictum est de vocibus monosyllabis, deinceps de genere eo vocabulorum est disputandum, quae huc pertinent propter vocalem copulativam, quam diximus, et quae est quasi stirps quaestionis nostrae. Nempe genitivi Θάλεω, Βορέω, Πύθεω, Ἀυξέω ad quam normam accentu sunt notata? Utra pronunciandi ratio rectius habet? Satis commode, si recte video, haec ex iis possunt dirimi, quae iam a nobis proposita sunt. Sed antequam certi aliquid statuamus, ut regulam, quam ubique Attici strenue sequuntur, proponamus necesse est. Stat enim lex, quae eam vocalem in substantivis masculini et feminini generis, cui licet in aliam eamque diversam vocalem verti, accentu notari omnino vetat. Sunt huius generis vocabula in υς et ις desinentia, si vocalis ante terminationem est, ut πόλις πόλεως, ἐγχέλεων, πέλεκυς πελέκεων. Nulla enim est vox, in ultima accentu notata, quae vocalem suam, ut aiunt, radicalem, in aliam quamcunque vertat. Unde factum est, ut nunquam attice ad normam ἠώς ἕως etiam λαός λέως aut ναός νέως pronunciaretur. Nunc via est nobis quasi munita. Atticus vel ionicus genitivus in εω ortus est ex ᾱο Aeolum, quod cum in ου tum in εω mutari potest, sed ita tamen, ut nunquam liceat vocalem illam quae mutata est in ε, accentu notari. Itaque Πηληϊάδης Πηληϊάδεω aut Πηληϊάδαο, quod eodem revolvitur. Dicamus deinceps de vocibus in ultima circumflexo notatis ut Θαλῆς, Ἑρμῆς, Βοῤῥᾶς, quae ortae sunt ex Θαλέας, Ἑρμέας, Βορέας, quorum genitivi Θαλέαο, Ἑρμέαο, Βορέαο audiunt vel, mutatis ad normam atticae dialecti vocalibus, Θαλέεω, Ἑρμέεω, Βορέεω. Iam vero si in genitivo syncopen statuas, fieri non potest ut Θαλέω, Ἑρμέω, Βορέω pronuncies ex lege ea vocalium, quam commodum proponebamus. Terminatio enim genitivi ex αο mutata est in εω, cuius prima vocalis non potest accentu notari. Atqui notatur, si Θαλέω, Ἑρμέω, Βορέω pronuncies, quum non liceat atticae dialecto ter-

minationem genitivi αο in ω contrahere; pronunciandum itaque attice Θάλεω, Ἕρμεω, Βόῤῥεω, tanquam a nominativis Θάλας, Ἕρμας, Βόῤῥας.

Longe alia est ratio genitivorum in ionica dialecto. Hanc quidem vere pati contractionem in genitivis ex αο in ω *Homeri* exempla satis multa comprobant: Ita ἐϋμμελίω Il. IV, 165. VI, 449. VIII, 552. Ἀσίω Il. II, 461, ubi male Scholiastes de syncope quadam loquitur, cum contractio esset dicenda ex αο, Ἑρμείω Il, XV, 214. Recte itaque apud *Homerum* Il. XIV, 395. et apud *Herodotum* IV, 54. Βορέω, recte apud *Herodotum* I, 170. Θαλέω contractum ex Θαλέαο, recte apud Scholiastam *Aristophanis* Nubb. 79. Αὐξέω a Αὐξῆς. Contra apud *Thucydidem* II, 29, bene pronunciatur Πύθεω, quod apud *Herodotum* VI, 137 et IX, 78 in Πυθέω est mutandum, si nominativus est Πυθέας non Πύθης, quod Scholiastes *Thucydidis* habet. Nam quod afferunt ex *Pausania* Πύθης longe habet aliter. Licet enim ipse ille *Pythes*, cuius apud *Pausaniam* est facta mentio, sit Abderita, cognato *Nymphodori* ei esse non contigit; addit enim *Pausanias* Eliac. II. p. 180. Fac. εἶναι δὲ ἡγεμών τις ξένων ἢ καὶ ἄλλως τὰ πολεμικὰ ἀγαθὸς ὁ Πύθης ἔοικε. Sed, utut res se habet, debet, si Πυθέας est nominativus, apud *Thucydidem* scribi Πύθεω, apud *Herodotum* Πυθέω; contra, si est a Πύθης non opus est, ut aliquid mutes. Porro apud *Plutarchum* et reliquos Atticos ubique Θάλεω, quod ferri apud *Herodotum* nequit; Θαλέω vero, quod Ionibus proprium, nunquam.

Haec manu quasi nos ducunt ad ea, quae nuper a *Buttmanno* (ausf. griech. Gramm. p. 227 not.) disputata sunt. Quaeritur enim, num Ἄρηος genitivus ab Ἄρης, an ab Ἀρεύς vel Ἄρευς sit derivandus. Nobis quidem *Callimachi* hymn. in Iov. V. 77. τευχηστὰς δ' Ἀρῆος satis est argumenti, novisse poëtam Cyrenaeum nominativum Ἀρεύς. Nam quod alibi facillime corrigeres Ἄρηος, ut etiam apud *Callimachum* fiat auctor non sim. Solet enim is gaudere verborum formis inusitatis *), neque temere de eius pronunciatione iudicabit nisi quem lateant quae Scholiastes *Theocriti* VII, 60. et ipse *Arcadius* p. 26. et p. 111 de accentuatione *Callimachi*. Nam quae ibi: ὀξύνεται τὸ Θεναὶ πόλις, pertinent haec ad *Callim.* Iov. v. 42. Praeterea ipsi *Arcadio* non inco-

*) Addi v. c. poterant a *Buttmanno* (ausf. Gr. Gr. p. 554 not.) propositis *Callim.* Lavacr. Pall. 90 οὐκέτι μοι παριτέ. Porro ἐγείνατο Cer. 58, Ἐστάθη Lavacr. Pall. 83, nisi ibi legendum Ἔστα δήθ' ἄφθογγος.

gnita est forma Ἄρευς p. 93. Ἀρεὺς est ut alias ita apud *Pausan.* Eliac. II. p. 185. Fac. *Μετὰ δὲ τὸν Εὐτελίδαν Ἀρεὺς αὖθις ὁ Λακεδαιμονίων βασιλεύς.*

LXXIX.

G. Burgessii in *Herodotum* emendationes. *)

Ordiar ab illa de Arione narratiuncula in lib. I. 23. *Περίανδρος δὲ ἦν* [1] *Κυψέλου παῖς, οὗτος ὁ τῷ Θρασυβούλῳ τὸ χρηστήριον μηνύσας· ἐτυράννευε δὲ* [2] *ὁ Περίανδρος Κορίνθου· τῷ δὴ λέγουσι Κορίνθιοι, ὁμολογέουσι δέ σφι Λέσβιοι, ἐν τῷ* [3] *βίῳ θῶϋμα μέγιστον παραστῆναι· Ἀρίονα τὸν Μηθυμναῖον ἐπὶ δελφῖνος ἐξενειχθέντα ἐπὶ Ταίναρον, ἐόντα κιθαρῳδὸν τῶν τότε* [4] *ἐόντων οὐδένος δεύτερον, καὶ διθύραμβον, πρῶτον ἀνθρώπων τῶν ἡμεῖς ἴδμεν, ποιήσαντά τε καὶ ὀνομάσαντα καὶ διδάξαντα ἐν Κορίνθῳ. Τοῦτον τὸν Ἀρίονα λέγουσι,* [5] *τὸν πολλὸν τοῦ χρόνου διατρίβοντα* [6] *παρὰ Περιάνδρῳ, ἐπιθυμῆσαι πλῶσαι ἐς Ἰταλίην τε καὶ Σικελίην· ἐργασάμενον δὲ χρήματα μεγάλα, θελῆσαι ὀπίσω ἐς Κόρινθον ἀπικέσθαι· ὁρμᾶσθαι μεν* [7] *νυν ἐκ Τάραντος, πιστεύοντα δὲ* [8] *οὐδαμοῖσι μᾶλλον ἢ Κορινθίοισι, μισθώσασθαι πλοῖον ἀνδρῶν Κορινθίων· τοὺς δὲ ἐν τῷ πελάγεϊ ἐπιβουλεύειν, τὸν Ἀρίονα ἐκβαλόντας, ἔχειν τὰ χρήματα· τὸν δὲ συνιέντα* [9] *τοῦτο, λίσσεσθαι, χρήματα μέν σφι προϊέντα, ψυχὴν δὲ παραιτεόμενον·* [10] *οὔκων δὴ πείθειν αὐτόν τούτοισι, ἀλλὰ κελεύειν τοὺς πορθμέας ἢ αὐτὸν διαχρᾶσθαι μιν, ὡς ἂν* [11] *ταφῆς ἐν γῇ τύχῃ,* [12] *ἢ ἐκπηδᾶν ἐς τὴν θάλασσαν τὴν ταχίστην· ἀπειληθέντα δὲ τὸν Ἀρίονα ἐς ἀπορίην, παραιτήσασθαι, ἐπειδή σφι οὕτω δοκέοι, περιϊδέειν αὐτὸν ἐν τῇ σκευῇ πάσῃ στάντα ἐν τοῖσι ἑδωλίοισι ἀεῖσαι· ἀείσας δὲ ὑπεδέκετο, ἑωυτὸν* [13] *κατεργάσασθαι· καὶ, τοῖσι* [14] *ἐσελθεῖν γὰρ ἡδονὴν, εἰ μέλλοιεν ἀκούσεσθαι τοῦ ἀρίστου* [15] *ἀνδρώπων ἀοιδοῦ, ἀναχωρῆσαι ἐκ τῆς πρύμνης εἰς μέσην νέα.*

Manifesto delenda sunt *Κυψέλου παῖς*: ne forte *οὗτος* referatur ad *Κύψελον*. Certe gl. venit e I. 20. *Περίανδρον τὸν Κυψέλου* similiter dele (2.) *ὁ Περίανδρος*. 3. Quid sibi velit Lesbiorum mentio in tali re plane nescio: etsi vox eadem repetitur ad finem narratiunculae. Mox *ἐν τῷ βίῳ* est plane ineptum. Sententiae tenor postulat *ἐν τῷ ἀνομοίῳ* vel simile quid. Ita demum ratio patet, cur Herodotus scripserit *ὁμολογέουσι δὲ — ἐν τῷ ἀνομοίῳ, θῶϋμα μέγιστον.* — Quod ad vocem ipsam *ἀνόμοις*, *non probabilis*, vid. Lexica. Quod ad *β* et *μ* permutata, adi palaeographiae peritos. 4. Displicet *ἐόντων* post *ἐόντα*. In tali formula *τῶν τότε*, participium rectius omittitur. 5. MS. Pass. *τὸ πολλόν*: quod praestat. 6. Vice *παρὰ* MS. *σύν*. Fuit olim *ἐν Περιάνδρου* scil. *οἴκῳ*. 7. Manifesto legi debet *ὦν* vice *νυν*. 8. Propter *ἀνδρῶν Κορινθίων* sen-

*) *The Classic. Journal*, Decemb. 1820. XLIV. pp. 373 — 376.

tentiae tenor hic postulat — οὐδάμ' ανοισι (i. e. ἀνθρώποισι). 9. Vice τοῦτο syntaxis exigit αὐτοὺς λίσσεσθαι. Mox utinam MSS. praebeant οὔκων δὴ πείθειν δυνατὸν λόγοισι ἀλλὰ κελεύειν τοὺς πορθμέας αὐτὸν διαχρᾶσθαί μιν. Vice ταφῆς MS. ταφείς. Ineptias loci videt Reiske, neque rem explicuit Wess. Herodotus scripsit ὅκα ἀφανὴς ἡ γῆ τύχῃ, *quum procul e conspectu terra fuerit*: alioqui metuere poterant nautae, ne insidiae essent patefactae. 12. Voces ἢ ἐκπηδᾶν ἐς τὴν θάλασσαν manifesto inseri debent post (13) κατεργάζεσθαι; etenim non erat, cur nautae de mortis genere dissiderent, optionemque darent Arioni: qui plane falsus esset, se in mare proiiciens, postquam sibi manus inferre promiserat. Atqui is ὑπεδέκετο, ut opinor, ἑαυτὸν κατεργάζεσθαι ἢ ἐκπηδᾶν εἰς τὴν θάλασσαν. Quod ad τὴν ταχίστην, eae voces iungi debent cum διαχρᾶσθαι. Etenim in tali re, ubi argentum est caede quaerendum, quisque solet esse impatiens morae. 14. Notam prolixam scripsit Schweighaeuser ad tuendam lectionem, quam T. Hemsterh. merito offenderat. Cum Schweighaeusero facit quoque Hermannus, sed nihil proficit. E versione Vallae lectio vera erui potest. Καὶ τούτους, ἐσῆλθε γὰρ ἡδονή, εἰ μέλλοιεν, ἀκούσεσθαι: quod convenit ad amussim cum verbis Vallae. *Istos igitur invaserat enim libido audiendi praestantissimum modulatorem*: convenit quoque ἐσῆλθε — ἡδονὴ cum ἵμερος — ἐπῆλθε in I. 30. Mox εἰ μέλλοιεν, quae verba collide Interpres praeterit, redde *si cunctati fuerint*. 15. Graece dici nequit ἀρίστου ἀνθρώπων ἀοιδοῦ. Scripsit Herodotus vel ἀρίστου διθυραμβοποιοῦ vel κιθαρῳδοῦ.

Diu nimis in hoc loco sum moratus. Pergam ad I. 86. Ibi legitur: Ἔλεγε δὴ ὡς ἦλθε ἀρχὴν ὁ Σόλων ἐὼν Ἀθηναῖος. Ubi quid sit ἀρχὴν exputare nequeo. Saepe apud Herodotum exstat ἀρχὴν vice adverbii, et redditur *omnino*. Verum semper cum particula, quae negationem significat, aut iungitur aut iungi debet. Cf. IV. 25. τοῦτο δὲ οὐκ ἐνδέκομαι ἀρχήν: ita enim MS. Arch. et similiter in IV. 28. ὄνοι οὐκ ἀνέχονται ἀρχήν; et IV. 29. οὐ φύει κέρεα τὰ κτήνεα ἀρχήν; VI. 33. οὐδὲ ἔπλωσαν ἀρχήν. Hic vero ἀρχὴν tueri volunt Wessel. et Schweigh. locis plane dissimilibus, nempe I. 140. καὶ ἀμφὶ μὲν τῷ νόμῳ τούτῳ ἐχέτω ὡς καὶ ἀρχὴν ἐνομίσθη: verum ibi debet legi ὡς κατ' ἀρχήν; etenim respicit Herodotus ad sua verba τάδε λέγεται καὶ οὐ σαφηνέως dicta sub initio excursus. In II. 28. τὴν ἀρχὴν exhibet Arch. et recipi debet. Hic vero ulcus latet altius: verum collato I. 29. καὶ δὴ καὶ Σόλων ἀνὴρ Ἀθηναῖος, medicina se prodit: ἦλθε ὁ Σόλων ἈΝΗΡ ἐὼν Ἀθηναῖος.

Minori negotio restitui potest I. 93. Θωύματα δὲ γῆ Λυδίη ἐς συγγραφὴν οὐ μάλα ἔχει, οἷά τε καὶ ἄλλη χώρη, πάρεξ τοῦ ἐκ τοῦ Τμώλου καταφερομένου ψήγματος. Inter haec nego dici posse — Θωύματα — μάλα ἔχει. Debuit esse πολλὰ vel οὐκ ἄλλα. Neque

intelligo satis οἷά τε καὶ ἄλλη χώρη. Intelligere poteram οἷά τε καὶ μεγάλη χώρη. Mox post ψήγματος abesse nequit χρυσοῦ. Id unice comprobatur locis quam maxime similibus. Agmen ducit ipse Herodotus IV. 195. ψῆγμα ἀναφέρουσι χρυσοῦ. V. 101. Πακτωλὸν ποταμὸν ὅς σφι ψῆγμα χρυσοῦ καταφορέων ἐκ τοῦ Τμώλου. Adde Athen. VI. p. 233. E. ποτάμια τυχόντα ψήγματα χρυσοῦ καταφέρει. Incertus ap. Harpocrat. V. Χρυσοχοεῖον — ὡς ἐν Ὑμήττῳ χρυσοῦ ψῆγμα πολὺ φανείη. Etymol. V. Ἐχέδωρος — χρυσοῦ γὰρ καταφέρων ψήγματα. Nihil hic annotavit Schweigh., neque aliter fecit in II. 33. quod sane miror. Etenim ne Larchero quidem lectio vulgata omni parte satisfacere videtur. Loca tamen ab eo allegata, quibus adde et IV. 27. nequeunt ista.

Καὶ δὴ καὶ ὁ λόγος οὕτω αἱρέει· ῥέει γὰρ κ. τ. λ. Scripsit enim Herodotus ὁ λόγος οἰκώς ἐστι· ῥέει γὰρ — cf. v. 10. μοὶ μέν νυν ταῦτα λέγοντες δοκέουσι λέγειν οὐκ οἰκότα· τὰ γὰρ κ. τ. λ. neque distat IV. 195. οἰκότα ἐστὶ ἀληθίῃ. Manifesto litterae ῥεει e voce proxima oriuntur.

Non eodem, quo praecedentia, silentium praetereunt Editores locum difficilem in II. 135. Sermo est de Rhodopide meretrice: *Καὶ κάρτα ἐπαφρόδιτος γενομένη μεγάλα ἐκτήσατο χρήματα ὡς ΑΝ ΕΙΝΑΙ ῬΟΔΩΠΙΝ, ἀτὰρ οὐκ ὡς γε ἐς πυραμίδα ταύτην ἐξικέσθαι* — Ibi Valckenaeri coniecturam Ῥαδώπιος male edidit Schaefer. Manifesto scripsit Herod. ὡς ΑΝΑΘΕΙΝΑΙ ΔΩΡΟΝ ΤΙ, ἀτὰρ οὐκ ὡς — ἐξικέσθαι. Donum illud mox commemorat Historicus, nempe ὀβελοὺς βουπόρους πολλοὺς σιδηρέους. Quale fuerit illud meretricis donum, alibi exponam. Etenim de rebus impudicis, quas Herodot. usque aversatus est, ut verbis Herodoteis utar, εὔστομά μοι κείσθω. Lectionem vulgatam frustra tuentur cum Wessel. Schweighaeuser, qui felicior fuit in exponendo III. 104. ubi solis tempore ardentissimi ἐν ὕδατι λόγος αὐτούς [scil. Indos] εἶναι βρέχεσθαι. At non intellexit ille veram esse lectionem ἄνευ ὕδατος βρέχεσθαι. Etenim sudor Indis pro aqua fuit.

Sed locus ille, qui Criticos mirum in modum implicitos habet in III. 105. est facillime expediendus. Ibi vulgatur: *Τοὺς μὲν ἔρσενας τῶν καμήλων, εἶναι γὰρ ἥσσονας θεῖν, τῶν θηλέων, καὶ παραλύεσθαι, ἐπελκομένους οὐκ ὁμοῦ ἀμφοτέρους.* At MS. Arch. omittit καί. Rectius sedem mutasset loco οὐκ: nisi quis potius censeat inde subsidium trahi posse ad tuendum Reiskianum κου. Mihi vero certo certius videtur Herodotum scripsisse παραλύεσθαί κοτε ἑλκομένους καὶ ὄνου ἀμβλυτέρους. Redde ἑλκομένους, *se trahentes*. Scripsisset Tragicus κῶλον ἕλκοντας, ut patet e Med. 1178. Vel βάσιν: cf. Phoen. 311. at Bucolicus, πόδας: cf. Theocrit. Id. v. 21. Quod ad ἀμβλυτέρους, satis est allegare Hesych. Ἀμβλύτερον· ὀκνηρότερον.

LXXX.

INDEX VERBORUM.

b.

c. κ.

d.

e.

f.

g.

h. v.

i.

l.

m.

n.

o.

τ. θ.

υ. v.

ζ.

INDEX RERUM ET AUCTORUM.

A.

E.

F.

G.

H.

N.

O.

Q.

R.

S.

T.